STEPHANI ALEXANDRI WÜRDTWEIN
EMINENTISS. AC CELSISS. ARCHIEP. ET ELECTORIS MOGUNT.
CONSILIARII ECCLES. ET OFFICIALIS, INSIGNIS ECCLESIAE
COLLEG. B. M. V. AD GRADUS DECANI, ACADEMIAE
THEODORO - PALATINAE SOCII,

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA
ET
COMMENTATIONIBUS DIPLOMATICIS
ILLUSTRATA

TOMUS II.

QUI CONTINET DIPLOMATA
CCLXXVI.

SIVE
COMMENTATIONES V. VI. & VII.

MANNHEMII,
TYPIS ACADEMICIS,
MDCCLXXII.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA
COMMENTATIONIBUS DIPLOMATICIS
ILLUSTRATA.

COMMENTATIO
QUINTA
DE
ARCHIDIACONATU
ECCLESIAE COLLEGIATAE
S. PETRI
EXTRA MUROS MOGUNT.
È
DOCUMENTIS ORIGINALIBUS ET AUTHENTICIS
ERUTA
A
STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN.

MANNHEMII,
TYPIS ACADEMICIS,
MDCCLXX.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA.

COMMENTATIO
QUINTA.

DE
ARHCHIDIACONATU
ECCLESIAE COLLEGIATAE S. PETRI
EXTRA MUROS MOGUNT.

Digitized by Google

Digitized by Google

Cœptum proſequimur iter: Præpoſiti eccleſiæ collegiatæ *S. Petri* extra muros Mogunt. (a) archidiaconatum mox inviſuri. Is autem ab oriente præpoſituræ *Aſchaffenburgenſis* (b), à ſeptentrione *beatae Mariae Virginis* ad *Gradus* (c), ab occidente *S. Mauritii* (d) eccleſias, à meridie *Moeni Rhenique* ripas attingit; partem cæteroquin pagoram *à Mogano Niddaque* dictorum & utriusque fluminis oſtia cum tractu *Kunigeſundrae* (e) complectitur. Singulare eſt, quod kathedraticam (f) quolibet anno biſextili (g) per terminos hujus archidiaconatûs pendi ſolitum ex indulto *Conradi I.* Archipræſulis Moguntini eccleſiæ S. Petri *ad ruinas ejus & Officinarum ipſius reſarciendas* adſignatum fuerit An. MCXCV III. nonas Januarii. (h).

Jus iſtud in dubium ſubinde vocatum (i) ne ullo unquam tempore interturbaretur, Sanctarum Romanæ (k) & Moguntinæ (l) ſedium confirmationibus cautum fuit (m).

(a) In ſuburbio ad plagam Aquilonarem. vid. Diploma *Sifridi I.* Arch. Mog. de An. MLXIX. apud *Joann. T. II. p.* 460.

(b) Conf. *Commentatio IV. Dioeceſis Mogunt. in Archidiaconatus diſtinctae* §°. ult.

(c) Id demonſtratum ibimus é regiſtris originalibus in *Commentatione VIII.* exhibendis.

(d) Vid. infr. *Commentatio VI.*

(e) *Kunigeſundra.* Occurrit in præcepto *Ludovici Pii* Imp. quo Villam *Maſſenheim* Fuldenſi eccleſiæ donat. An. DCCCXX. Nos Divina inſpiratione conpuncti & cæleſtis patriæ amore ſuccenſi ad monaſterium *S. Bonifacii* martyris in *Fulda*, ubi ipſe pretioſus Chriſti martyr corporaliter requieſcit quasdam res proprietatis noſtræ ſolenni donatione contulimus, id eſt, Villam, quæ eſt in Pago *Kunigeſundre* quæ dicitur *Maſſenheim. Schannat. Corp. tradition. Fuldenſ.* Nro. CCCXIV. pag. 131.

In alia modò fati Imperatoris donatione anno DCCCXXXIV facta refertur: conceſſimus eidem fideli noſtro *Adelberto* nomine ad proprium quasdam res, quas idem ipſe noſtro munere in pago *Wormacienſe* & *Cunigeſſunteri* hactenus jure beneficiario poſſedit id eſt in villa, quæ dicitur *Horagaheim* .... & in villa *Waldorfa* .... *Joann. Spicileg.* pag. 439. Traditio *Adelberti* monaſterio *Fuldenſi* An. DCCCXL. facta hunc pagum ſic memorat: Dono atque trado ad Monaſterium *S. Bonifacii M.*.... Ubi venerabilis *Rabanus* Abbas venerandæ congregationi fratrum præeſſe videtur, videlicet in pago qui dicitur *Kunigeshundra* in villa nuncupata *Waldaffa* aream unam,

in

Digitized by Google

in ipſa area eſt habundanter via publica ſupra & ipſa area habundanter intrat in aquam, ubi ipſa villa *Waldaffa* plurimum valet, in tertio latere ejusdem areæ habet Dominus Imperator, quod reliquum eſt villæ. *Schann. Trad. Fuld.* pag. 179.

In diplomate *Ottonis I.* Imperat. de anno DCCCCLXX. recenſentur: *Wikkera* & *Norenſtede* in pago & comitatu *Kunigeſundra*, cui *Numat* præeſſe videtur. *Sagitarii Antiquit. Magdeburg.* § 126 & *Lunig. Spicileg. Eccleſ.* T. I. Contin. p. 20.

An. DCCCCXCII *Otto III.* prædium ſuum *Biburc. (Biberich)* & *Moſſeback (Mossbach)* nuncupatum cum omnibus pertinentiis ſuis in pago *Cunagiſſunderun* in comitatu *Aruduinti* Comitis ſitum *Salſenſi* cœnobio in honore Apoſtolorum conſtructo donavit.

Kuningeſundra, Kunigeshundra, Regis centenam, Königshundert ſignificat. Medii ævi ſcripturæ *Kuning*, *Kunic*, *Chunic*, *Chuning*, & *Kunig* loco *König* ponunt. *Hundra*, *Hundret*, *Hundreda* priſcam comitatuum denominationem refert. Sic enim *Joan. Stiernhookus lib. 1. de jure Suenonum vetuſto* pag. 30. diſtrictus ſeu comitatus apud *Uplandos* & *Suedos* Cilſilvanos *Hundari* appellatos, quod centum ut plurimum villas vel potius colonos continerent. *Hundredorum* autem in *Anglia* inſtitutum ab *Aluredo* Rege profluxit, nam is indigenarum rapinas & eorum exceſſus cupiens compeſcere, ut auctor eſt *Ingulphus*, totius Angliæ pagos & provincias in comitatus primus omnium commutavit, comitatus in centurias id eſt *hundredas* & in decimas, id eſt trithingas diviſit, ut omnis indigena legalis in aliqua centuria & decima

exi-

əxiſteret, & ſi quis ſuſpectus de aliquo latrocinio per ſuam centuriam vel decuriam vel condemnatus vel inwadiatus (*pro pignore traditus*) pœnam demeritam vel incurreret vel vitaret. Eadem notat *Willelmus Malmesbur* lib. 2. *de geſtis Regum Angl.* cap. 4.

Invexit equidem *Aluredus* in *Angliam* hundras, hundredas vel centenas, ſed non inſtituit, utpote jam prius apud *Francos* uſu receptas, ubi ſinguli comitatus, pagi ſeu territoria & regiones dividebantur in centenas, quibus præerant minores judices ſub comitis diſpoſitione. Decretio *Chlotarii* regis cap. 1. ſic: Decretum eſt, ut, quia in vigilias conſtitutas nocturnas fures non caperent, eo quod per diverſas intercedente conludio, ſcelera prætermiſſa cuſtodias exercerent, *centenas* fieri, in qua centena ſi aliquid deperierit, capitale qui perdiderat, recipiat & latro inſequatur. Centena à centum familiis, quibus conſtabat, dicta. Capitula Caroli M. lib. 3. tit. 23.

In hac *Centena* Teutonum Reges fixiſſe ſedem innuere videntur fontes regii, curia & caſtra regia hinc inde obvia, videlicet *Altkün*, *Altkünig*, *Königſtein*, *Königshof* propè *Idſtein*, *Königſtul* in marchâ *Wisbaden*, *Königsflos* in loco amæniſſimo haud procul à *Coſtheim*, Et à ſede regia centenam hanc nuncupatam eſſe *centenam Regis* haud immerito exiſtimem. De pago *Nitenſi* vid. *Beſſelii Chron. Gottwic.* pag 707. & *Paullini Commentar. de pagis* pag. 246.

(f) Vid. *Comment. II.* pag. 149. not. e.

(g) Annus biſextilis intuitu Cathedratici, quod ab Archidiaconis pro Archiepiſcopo colligebatur, in diplo-

diplomatibus audit: *Exitus Archiepiſcopi.* Confer. *not h. & i.*

I.

(h) In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Conradus* Dei gracia Moguntine ſedis Archiepiſcopus *Sabinenſis* Epiſcopus. Ut ea que noſtris finem debitum ſortita ſunt temporibus, ſine queſtionis ſcrupulo, perhenniter permaneant, notum eſſe cupimus tam preſentis etatis, quam future poſteritatis Chriſti fidelibus, quod cum Prepoſitus *Burchardus* prepoſituram eccleſie *beati Petri* in Maguncia ſponte reſignaſſet, nos eam, illud nobis licere putantes, quia temporibus noſtris illam vacare non contigerat, Prepoſito *Sifrido* attemptavimus conferre; fratres vero antefate eccleſie in hoc nobis usque reſiſtentes, libera eleccione ſe debere gaudere & hoc ſe poſſe probare aſſeverabant & ut ſuccincte dicamus, ſufficienter hoc ab ipſis eſt probatum; Collacionem itaque noſtram robur authorizabile non habentem, jam dictum Prepoſitum, quidquid à nobis receperat, oportuit reſignare & eccleſia eleccionis ſue libertatem obtinuit illibatam. Poſtmodum tamen eisdem fratribus ad eleccionem conſidentibus per noſtre peticionis interventum eundem *Sifridum* unanimi conſenſu, voce concordi in eandem prepoſituram elegerunt. Illud innoteſcere quoque volumus, quod ſepedicti fratres ſufficienti coram nobis obtinuerunt probacione, quod per univerſum pretaxate prepoſiture archidiaconatum *Kathedraticum*, anno qui vulgariter *exitus noſter* vocatur, eccleſie *ipſorum* ad ipſius & officinarum ejus ruinas reſarciendas debeat attinere. Nos igitur tum propter eorum

Collegiatæ S. Petri confirmatur facultas colligendi cathedratici ad uſum. Fabricæ

habundantem probacionem tum propter ccclesie & officinarum ejus manifestas necessitates, quas vidimus, ob beati *Petri* reverenciam & honorem jus tale ipsis & eccleſie recognovimus, nostro assensu robur perhenne adhibentes; Et ne in futuro vel de libere eleccionis titulo vel beneficio predicti Kathedratici a quoquam successore nostro turbari possint, nos ipsis scriptum presens ad sui juris perhennem noticiam & cautelam sigillo nostro insignitum tradidimus. Testium nomina, sub quorum oculis hec facta sunt, subsequentibus scriptis continentur. De Majore Eccleſia: *Heinricus* Decanus & Prepositus Pingwensis. *Rugerus* Custos & Archidiaconus. *Prepositinus* Scolasticus. *Gotfridus* Cantor. *Waltherus* de *Scharfenstein*. *Eberhardus* de *Dorenburch*. *Heinricus* Rufus— De S. Stephano — *Heinricus* Decanus. *Wernherus* Scolasticus. *Waltherus* Cantor. de S. Vitore — *Amilius* Decanus. *Michael* Scolasticus. *Ulricus* Cantor — De S. Maria ad Gradus. *Arlewanus* Decanus Capellani nostri. *Cunemannus*. *Henricus*. Laici: *Hartmannus* de *Budingen*. *Dudo* Camerarius. *Embrico* Vicedominus. *Diterus* villicus & alii quam plures. Acta sunt hec Anno Dominice incarnacionis MCXCV. III. non. Januar. regnante sereniſſimo Romanorum Imperatore *Heinrico* & Rege Sicilie.

Litteras *Mathiae* Arch. Mog. de An. MCCCXXIII priorum confirmatorias vid. apud *apud Joann. Tom. II.* p. 482.

II.

Cathedraticum non ad Præpositum

(i) *Gotfridus* de *Eppenstein* Canonicus *majoris* & Prepositus sancti *Petri* eccleſiarum Magunt. Noverint uni-

univerſi preſencium inſpectores, quod cum nos Decanum & capitulum eccleſie noſtre ſancti *Petri* Magunt. predicte impecierimus ſuper juribus & proventibus Synodalibus exercendis & percipiendis per univerſum predictum noſtrum archidiaconatum & percipiendis in anno biſextili, qui annus vulgariter *exitus Domini Archiepiſcopi* Magunt. vocatur, credentes ea ad nos racione Archidiaconatus noſtri predicti pertinere, verum, quia per reverendum patrem noſtrum Dominum *Gerhardum* Archiepiſcopum Maguntinum patruum noſtrum ſumus informati & per prefatos Decanum & capitulum ſumus plenius inſtructi ac per eosdem plena nobis ſit facta fides, quod kathedratici & ſynodalium prefatorum jura & proventus exercendi & percipiendi anno ſupradicto ad nos non pertinet, ſed ad memoratos Decanum & capitulum pertinent percipienda & exercenda & pertinuerunt ab eo tempore cujus memoria non exiſtit, unde nos prefatam eccleſiam nolentes in ſuis juribus & proventibus impedire, ab hujusmodi noſtra impeticione duximus deſiſtendum, & ne inpoſterum inter nos & predictos Decanum & capitulum ſcrupulus queſtionis ſuſcitari valeat ſuper iſtis, promittimus & bona fide preſentibus nos obligamus, quod amodo ſepedictos Decanum & capitulum in exercendis & percipiendis juribus & proventibus ſupradictis anno prenotato impedire non attemptabimus quovis modo, ſed ipſos & eccleſiam noſtram ſepedictam in his & aliis ſuis juribus pro noſtro poſſe defenſabimus ut tenemur. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum anno Dni MCC nonageſimo ſexto. VIII Idus Januarii.

ſed Decanum & cap. S. Petri pertinet.

Dedit equidem *Joannis Rer. Mog Tom. II.* pag. 489. hanc chartam, ſed non accuratam ſatis; defectus idcirco ex originali ſupplevimus.

III.

Kathedratici levandi facultas à S. Pontifice confirmatur.

(k) *Martinus* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Cuſtodi eccleſie Maguntin. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad hoc prout ex debito paſtoralis nobis incumbit officii libenter adhibemus diligentie noſtre partes, ut eccleſie ſingule noſtre cure commiſſe à nobis preſerventur & in ſuis juribus tueantur illeſe; cum itaque ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum capituli eccleſie *ſancti Petri* extra muros Magunt. petitio continebat, ipſe à tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit, ſanctam ſynodum infra limites & terminos prepoſiture dicte eccleſie ſingulis annis biſextilibus celebrare conſueverint & etiam celebraverint ac commiſſarios qui prout in talibus in illis partibus moris eſt, eandem ſynodum pro tempore convocarent illique preeſſent ac de criminibus & exceſſibus perſonarum infra dictos limites conſtitutarum inquirerent & cognoſcerent illaque punirent & corrigerent, deputaverint, nec non majus cathedraticum pro illis annis exegerint, perceperint & levaverint ac in ſuos & fabrice aliosque ipſius eccleſie uſus & utilitatem converterint, idque etiam eis per plures Archiepiſcopos Magunt. qui fuerunt pro tempore, auctoritate ordinaria ſucceſſive confirmatum ac conceſſum & permiſſum nec non inconcuſſe obſervatum fuerit, tamen quia bone memorie Johannes Archiepiſcopus Magunt. ultimo defunctus hujusmodi

modi consuetudinem & observantiam invitis dictis capitulo tribus duntaxat vicibus interrupit, pro parte eorundem capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut hujusmodi consuetudini & observantie pro earum subsistentia firmiori robur apostolice confirmacionis adjicere & alias ipsis capitulo super his oportune providere de benignitate apostolica dignaremur; Nos igitur de premissis certam noticiam non habentes hujusmodi supplicacionibus inclinati discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si vocatis qui fuerint evocandi, ita esse inveneris, consuetudinem & observantiam predictas auctoritate nostra confirmes, ipsasque facias eadem auctoritate firmiter observari, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo; non obstantibus interruptione predicta & aliis contrariis quibuscunque seu si aliquibus communiter vel divisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Florentie kal. Febr. pontificatus nostri anno tertio.

IV.

Concessio cathedratici ab Archiepiscopo Mog. approbatur.

(1) *Adolphus* Dei gracia sancte Maguntine sedis Archiepiscopus sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius ac princeps Elector ad perpetuam rei memoriam. Decens reputamus & congruum ut predecessorum nostrorum ad pia opera concessionibus paternum & benivolum favorem impertiamur & assensum. Cum itaque dudum bone memorie singuli

noſtre eccleſie Maguntinenſis Archiepiſcopi predeceſſores noſtri ſufficienti & veridica per ipſos informacione recepta ſuper eo quod dilecti nobis in Criſto Decanus & capitulum eccleſie *ſancti Petri* extra muros Maguntin. ſingulis biſextilibus annis ſinodum infra terminos & limites prepoſiture dicte eccleſie per ſe vel ſuos celebrare, cathedraticum & ſinodalia aliaque jura & debita conſueta petere & levare ac in fabricam aliosque uſus & utilitatem dicte eccleſie convertere, denunciatorum exceſſus ſub penis & cenſuris eccleſiaſticis ac alios emendare, corrigere ac cetera circa illa & in eis requiſita facere & exercere conſueverant, nec non in illorum pacifica poſſeſſione vel quaſi per multos annos fuerant, quodque idem predeceſſores noſtri pia affectione moti premiſſa dictis Decano & capitulo confirmaverant & approbaverant eorundem predeceſſorum veſtigiis inherendo omnia & ſingula per eosdem ad ſingulare commodum & uſum fabrice dicte eccleſie, quam ſatis tenuem & exilem agnoverunt, conceſſa, dictis Decano & capitulo eciam conceſſerunt, conceſſionis quoque hujusmodi ac donaciones & confirmaciones per eosdem predeceſſores factas ex certa ſciencia ratificaverunt, approbaverunt, collaudaverunt & confirmaverunt prout in eorundem predeceſſorum litteris plenius continetur. Nos pii patris more predeceſſorum noſtrorum piam & devotam affectionem, quam ad dictam habuiſſe dinoſcuntur eccleſiam non minuere ſed eos imitando potius augere intendentes ſufficienti eciam per nos ſuper premiſſorum veritate ac eciam confirmacione apoſtolica per eosdem Decanum & capitulum deſuper poſt-

mo-

modum obtenta informacione recepta conceſſiones, donaciones & confirmaciones, obſervancias, conſuetudines predictas ex certa noſtra ſciencia ratificamus, approbamus, collaudamus, recognoſcimus & confirmamus per preſentes mandantes ex nunc univerſis & ſingulis utriusque ſexus perſonis eccleſiaſticis & ſecularibus per terminos & limites ſupradictos conſtitutis in virtute ſancte obediencie & ſub excommunicacionis pena trina tamen canonica monicione premiſſa quatenus ipſis Decano & capitulo eorumque commiſſariis quos ad hoc duxerint deputandos in omnibus & ſingulis premiſſis & ea concernentibus parere, aſſiſtere & favere ſtudeant & procurent eosque benigne & benivole recipiant & pertractent & nichilominus declaramus, quod cathedraticum & jura hujusmodi ad eccleſiam *ſancti Petri* & uſum predictum ut premittitur duntaxat & nullum alium predictis annis ſpectent & debeant pertinere; volumus quoque quod de cetero in his per ſucceſſores noſtros aut quoscumque alios Decanus & capitulum ac eccleſia *ſancti Petri* predicta nullatenus debeant perturbari, impediri ſeu moleſtari. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum in civitate noſtra *Maguntinâ* die tercia menſis Marcii Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo.

Ejusdem tenoris eſt confirmatio cathedratici capitulo *S. Petri* data à *Dicthero Arch. Mog.* Dat. in civitate noſtra *Magunt.* die menſis tredecima Novembris Anno MCCCCLIX & confirmatio à *Theoderico* Arch. *Mog.* Dat. *Dieburg* tertia die menſis Septembris Anno MCCCCXXXV.

V.

Commiſſorium pro levando Cathedratico.

(m) *Wigandus Stalberg* Scolaſticus, *Heinricus Erenfels*, *Johannes Bensheim*, *Dudo* de *Igſtaid*, *Conradus Hoppener*, *Georgius* de *Igſtaid*, *Petrus* de *Lyns* & *Ludovicus* de *Etſtein* capitulares capitulum eccleſie *ſancti Petri* extra muros Magunt. repreſentantes ad infra ſcripta capitulariter congregati diſcretis viris Archipresbyteris & Camerariis ſedium *Eſcheborn* & *Caſtel* nec non paſtoribus, plebanis, vice plebanis eccleſiarum & divinorum rectoribus ac clericis quibuscunque per prepoſituram eccleſie *ſancti Petri* antedicte & ejusdem prepoſiture terminos conſtitutis ceterisque perſonis quibuscunque tam eccleſiaſticis quam ſecularibus quarum intereſt vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum communiter vel diviſim ſalutem in Domino ſempiternam & indubiam infraſcriptis fidem adhibere. Sane Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter gratioſiſſimus Dominus *Conradus* (*) ſancte ſedis Magunt. Archiepiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius ea que à ſuis predeceſſoribus pro utilitate eccleſiarum ſalubriter ſunt ordinata devotione pia ductus debitum ad effectum deducere deſiderans attendensque quod dudum recolende memorie *Conradus* ſuus predeceſſor tunc etiam Sabinenſis Epiſcopus cathedraticum quod ad presbiteris clericis & laicis infra terminos prepoſiture predicte eccleſie conſtitutis ad honorem cathedre eccleſie ſue Magunt. quod anno biſextili pro tempore debebatur, Decano & capitulo eccleſie *ſancti Petri* predicte ex certis cauſis animum ſuum moventibus, de aſſenſu capituli ſue Eccleſie majoris, nec non cleri colle-

collegiatarum ecclesiarum civitatis sue Magunt. concessit, dedit atque donavit, recepta etiam informatione per prius per eundem pie memorie Dominum Conradum predecessorem suum, quod cathedraticum predictum spectavit & pertinuit ab antiquo ad Decanum & capitulum ecclesie *sancti Petri* predicte, que omnia approbavit & collaudavit, voluitque de cetero per successores suos aut quoscunque alios minime in permissis eosdem debere turbari; & deinde bone *memorie* Mathias etiam predecessor suus recepta *simili* informatione donationem, confirmationem & approbationem hujusmodi ratas & gratas habens eas ratificavit, approbavit & confirmavit ac etiam declaravit cathedraticum hujusmodi ad Decanum & capitulum ecclesie *sancti Petri* prelibate & ad nullum alium pertinere. Post hoc etiam *Gerlacus* (**) predecessor suus volens Decanum & capitulum ejusdem ecclesie *sancti Petri* majoribus prosequi favoribus omnia predicta per predictos suos predecessores facto approbavit & confirmavit & ultra premissa concessit eisdem quod ipsum capitulum ecclesie *sancti Petri* de sancta synodo quolibet anno bisextili in terminis predicte prepositure celebranda ordinare & disponere possit pro capituli ecclesie *sancti Petri* commodo & usu & certos commissarios deputare, qui hujusmodi synodo presint, personas quascunque oportunas & necessarias ad hoc convocare ac de criminibus & excessibus omnium delictorum infra terminos dicte prepositure inquirere ac excessus & crima hujusmodi corrigere penis debitis & condignis ac etiam cathedraticum majus petere exigere & recipere & quanquam

Decanum & capitulum predicti fuiſſent in poſſeſſione paciſica vel quaſi premiſſa omnia faciendi & exercendi, hujusmodi tamen ſua poſſeſſione vel quaſi absque culpa ac deſidia ſeu negligentia eorum per aliquos annos fuerunt deſtituti in non modicum prejudicium dampnum & gravamen eccleſie predicte. Volens igitur ſupradictus Reverendiſſimus in Criſto pater & Dominus noſter gratioſiſſimus Dominus *Conradus* Archiepiſcopus Moguntinus modernus veſtigiis predeceſſorum ſuorum in hac parte inherere, prefato capitulo ac ipſi eccleſie *ſancti Petri* pro uſibus fabrice & conſervatione nec non reparatione architectorum & utilitate eorundem, recepta etiam per prius per ipſum informatione ſufficienti de veritate omnium premiſſorum, conceſſiones, donationes & confirmationes per ſupradictos ſuos predeceſſores tam pia tamque devota largitione factas ex certa ſua ſcientia ratificavit, approbavit, collaudavit & confirmavit per patentes ſuas litteras & ut hujusmodi ſue & predeceſſorum ſuorum predictorum littere ſuper premiſſis Decano & capitulo predicte eccleſie *ſancti Petri* date & conceſſe debitum ſuum ſortirentur effectum, univerſis & ſingulis, quorum intereſt vel intereſſe poterit, mandavit & precipit in virtute ſancte obedientie mandatque ac precepit, quatenus commiſſarios quos dictum capitulum eccleſie *ſancti Petri* pro quolibet anno biſextili pro hujusmodi ſancta ſynodo per prepoſituram predicte eccleſie *ſancti Petri* & ejusdem ſancte ſynodi conſummatione ac celebratione cum ſuis litteris deſtinare decreverint benigne recipiant eisque aſſiſtant in omnibus realiter & cum effectu & ſententias qua-

les-

lescunque quas contra perſonas delatas & denunciatas pro ſuis exceſſibus & criminibus protulerint, executioni debite demandent, commiſſariisque per ipſum capitulum ad hoc deputatis vel deputandis plenam concedens facultatem ut contra tales perſonas per excommunicationis, ceſſacionis divinorum & interdicti ſentencias procedere valeant prout earundem delicti qualitas & protervia exigit & requirit ipſosque à talibus ſentenciis abſolvere & hujusmodi ſentencias tollere atque relaxare, prout eis viſum fuerit expedire. Nos igitur *Heinricus Erenfels*, *Dudo* de *Igſtad*, *Conradus Hoppener*, *Georgius* de *Igſtad*, *Petrus* de *Lyus* & *Ludevicus* de *Etſteyn* Canonici capitulares ſupradicti venerabiles & circumſpectos viros Dominos *Wigandum Stalberg*, Scolaſticum & Magiſtrum *Johannem* de *Bensheim* Cuſtodem ac Canonicos predicte eccleſie *ſancti Petri* nobiscum capitulariter congregatos & in hujusmodi noſtram commiſſionem conſencientes nec non honeſtos & diſcretos viros Dominum *Johannem Fulappel* Vicarium memorate eccleſie *ſancti Petri* ac Dominum *Heinricum* plebanum in *ſuperiori Eſchebach* Maguntine Dyoceſis communiter & diviſim ac quemlibet ipſorum in ſolidum melioribus modo, forma & jure quibus melius & efficacius potuimus, fecimus & ordinavimus commiſſarios noſtros nomine capituli noſtri & eccleſie noſtre *ſancti Petri* predicte & per preſentes facimus & ordinamus dantesque & committentes predictis Dominis *Wigando* Scolaſtico & Magiſtro *Johanni Bensheim* Cuſtodi nec non *Johanni Fulappel* vicario & *Henrico* plebano ſupradictis conjunctim ac diviſim & cuilibet ipſorum in ſolidum vi-

ces & auctoritatem capituli noſtri pro hoc jam proximo inſtante anno biſextili ſanctam ſynodum per prepoſituram eccleſie noſtre *ſancti Petri* & terminos ejusdem prepoſiture nomine noſtri capituli predicti celebrandi & jura ſynodalia exercendi, perſonas quascunque oportunas & ad hoc neceſſarias convocandi atque ſuper criminibus & exceſſibus ſynodalibus perſonarum quarumcunque procedendi, inquirendi & exceſſus hujusmodi penis debitis & condignis puniendi & corrigendi, nec non cathedraticum majus, procuraciones & jura decimalia, aliaque quecunque ſervicia & jura ſynodalia petendi, exigendi & recipiendi, cenſuras eciam quascunque eccleſiaſticas contra contumaces, rebelles & inobedientes ferendi & fulminandi easque debite executioni demandandi & demandari faciendi, ab hujusmodi eciam cenſuris eccleſiaſticis abſolvendi easque relaxandi & tollendi omniaque alia & ſingula in premiſſis vel circa ea quomodolibet neceſſaria vel opportuna faciendi & exercendi. Preterea tamen volumus quod Dominus *Johannes Fulappel* & Dominus *Heinricus* plebanus ſupradicti conjunctim vel diviſim non poſſint aliquas ferre vel fulminare ſentencias cenſure eccleſiaſtice vel eciam ab eisdem vel aliqua earundem occaſione commiſſionis predicte abſolvere ſine ſpeciali conſenſu ſcitu ac mandato venerabilium virorum Dominorum *Wigandi* Scolaſtici & Magiſtri *Johannis* Cuſtodis ſupradictorum communiter vel diviſim. Unde nos *Wigandus* Scolaſticus, *Heinricus Erenfels*, *Johannes* de *Bensheim*, *Dudo* de *Igſtad*, *Conradus Loppener*, *Georgius* de *Igſtad*, *Petrus* de *Lyns* & *Ludevicus* de *Etſtein* Canonici

ca-

capitulares & capitulum eccleſie *ſancti Petri* predicte ad preſens repreſentantes vobis honeſtis & diſcretis viris Archipresbyteris & Camerariis ſedium *Eſcheborn* & *Caſtel* nec non paſtoribus plebanis, viceplebanis eccleſiarum & divinorum rectoribus ac clericis quibuscunque per prepoſituram eccleſie *ſancti Petri* ſepedicte & ejusdem prepoſiture terminos aliisque perſonis quibuscunque quarum intereſt vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum communiter & diviſim & cuilibet veſtrum preſentem capituli ſupradicte eccleſie *ſancti Petri* commiſſionem ac omnia & ſingula in hujusmodi commiſſionis literis contenta nomine capituli memorati intimamus, inſinuamus & notificamus vobisque & cuilibet veſtrum in virtute ſancte obediencie & ſub excommunicacionis pena canonica tamen monicione premiſſa pro parte prefati capituli diſtricte precipiendo mandamus, quatenus ſupradictos capituli *ſancti Petri* ſepefati commiſſarios cum ad vos venerint communiter vel diviſim cum litteris commiſſionis ipſius capituli pro ſancta ſynodo per prepoſituram eccleſie *ſancti Petri* & ejusdem prepoſiture terminos pro anno biſextili nunc proxime inſtante celebranda benigne recipiatis eisque in omnibus que pro predicta ſancta ſynodo conſummanda ac perficienda fuerint quomodolibet neceſſaria & oportuna prout ad vos & quemlibet veſtrum ſpectat & pertinet fideliter aſſiſtatis; Preſentes inſuper commiſſionis litteras cum & prout per ſepefatos capituli commiſſarios communiter vel diviſim requiſiti fueritis, ubi, quando quibus & quotiens publice intimare & inſinuare curetis.

retis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtri capituli preſentibus eſt appenſum. Actum & datum *Maguncie* in curia noſtra capitulari *zum Ringraſen* vulgariter nuncupata ſub anno Dni Milleſimo quadringenteſimo vigeſimo tercio in vigilia *beati Laurencii* Martyris.

An. MCCCCXXV die decima ſeptima menſis Maji *Philippus Flache* de *Schwartzinberg* Cuſtos eccleſie Maguntinæ executioni dedit confirmationem privilegii de levando annis biſextilibus cathedratico collegiatæ *S. Petri à Martino V.* Pontifice conceſſam.

An. MCCCCLXXIX. in die *Tiburcy Martiris* *Jacobus Welder* Decanus, *Adolffus* de *Breythart* Scolaſticus, *Syſridus Liedbecher* Cantor, *Johannes Wiſsbecker*, *Johannes Kirchperg*, *Hermannus Strohut*, *Hermannus Erckel*, *Adolffus Ruwe*, *Heinricus Konig*, *Nicolaus Danſsbach*, *Philippus Hanauwe*, *Heinricus Wiſsbeker*, *Conradus Konckel*, *Bertholdus Lorch*, *Conradus Sommer* & *Petrus Schurgual* Canonici capitulares *S. Petri* mandatum dedere *Johanni Kirchperg* Canonico dictæ eccleſiæ & *Bernhardo Frank* plebano in *Caſtel* celebrandi ſynodum in Archidiaconatu præpoſituræ *S. Petri* vid. mandatum ſimile ad an. 1423.

(*) Privilegium *Conradi Arch. Mog.* inſertum eſt litteris capituli *S. Petri* An. MCCCCXXIII commiſſariis ſynodalibus ejusdem eccleſiæ datis *incip. Conradus* Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius ad perpetuam rei memoriam. Exhibita nobis nuper pro parte honorabilium virorum Decani & capituli eccleſie *ſancti Petri* extra muros

Ma-

Magunt. devotorum nobis in Chriſto dilectorum peticio continebat, quod dudum recolende memorie *Conradus* predeceſſor noſter tunc etiam *Sabinenſis Epiſcopus &c. &c.* definit. Datum *Bopardie* undecima die menſis Maji Anno Dni MCCCCXXIII.

Privilegium hoc munitum eſt ſigillo majori archiepiſcopali. Exemplari alteri eodem anno, loco & die ſcripto appendet ſigillum minus.

(⁂) Privilegium *Gerlaci A. M.* confirmatorium cathedratici narrativè ſaltem extat in predictis litteris capituli de An. MCCCCXXIII. Datum eſt *Eltvil* quarta die menſis Maji anno incarnacionis Dominice Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tercio.

VI.

Aliud commiſſorium à collegio S. Petri datum.

Conradus Kunkel, Decanus totumque capitulum eccleſie *ſancti Petri* extra muros Maguntin. honorabilibus Dominis Magiſto *Cunoni Winter*, prefate eccleſie Canonico & *Paulo Carnificis* in villa *Caſtel* plebano in Criſto nobis dilectis ſalutem in Domino. Cum cathedraticum majus juraque ſynodalia per univerſos prepoſiture eccleſie *ſancti Petri* ſupradicte terminos tam ex privilegiis conceſſionibus & confirmacionibus ſedis Apoſtolice nobis & eccleſie predicte Apoſtolica & ordinaria auctoritatibus nobis factis atque conceſſis eciam ex antiqua & legitime introducta usque modo obſervata conſuetudine ſingulis biſextilibus annis ad nos pertineat, jamque annus biſextilis prefatam ſynodum ſanctam in prefatis prepoſiture eccleſie *ſancti Petri* terminis convocandi, cathedraticum ac hujusmodi jura ſublevandi, aliaque ad hoc tam de jure

quam

quam conſuetudine requiſita faciendi, inſtare preſenti anno noſcatur, noſtra de veſtra prudentia & legalitate plurimum confiſi, vos & veſtrum quemlibet in ſolidum in noſtros & capituli noſtri dicteque eccleſie commiſſarios auctoritate prefatis omnibus melioribus modo, via, jure, cauſa & forma quibus poſſumus & debemus ac preſencium tenore facimus, conſtituimus & deputamus, dantesque & concedentes vobis & veſtrum cuilibet plenam & omnimodam poteſtatem ſynodum ſanctam pro hoc jam inſtante anno biſextili prout conſuetum eſt per terminos prepoſiture ſupradicte noſtro & dicte eccleſie nominibus auctoritatibusque prefatis celebrandi & jura ſynodalia exercendi, illique preſidendi ac ad eandem quascunque perſonas quarum inter eſt, convocandi, ac ſuper criminibus & exceſſibus vobis in eadem ſynodo delatis & accuſatis quarumcunque perſonarum procedendi & inquirendi, easque occaſione criminum & exceſſuum hujusmodi penis & multis debitis & condignis emendandi, puniendi & corrigendi nec non cathedraticum majus, procuraciones, decimalia & ſynodalia quecunque eciam alia jura, emendas & ſervicia in quibuscunque conſiſtant, petendi, exigendi, & recipiendi, dictasque perſonas ad illa ſolvendi per cenſuras eccleſiaſticas ac alia juris remedia compellendi & coërcendi, eciam ſi opus fuerit litteras & proceſſus per vos fulminandos aggravandi & reaggravandi, illasque litteras & proceſſus ac omnia & ſingula in eis contenta exequendi in & contra easdem perſonas nec non contradictores contumaces & in hac parte rebelles quoscunque, vos aut aliquem veſtrum, quo minus premiſſa

miſſa omnia & ſingula libere & pacifice exequi poſſitis impedientes aut illis dantes conſilium, auxilium vel favorem ferendi & promulgandi litteras quoque & proceſſus quoscunque vobis ut premittitur & eccleſie veſtre deſuper conceſſos perſonis quibuscunque intimandi & publicandi & eos juxta ipſorum continenciam & tenorem atque formam pareant ac ab inobediencia & impedimentis ceſſent requirendi nec non cenſuras & ſentencias quascunque debite execucioni demandandi & demandari omniaque & ſingula faciendi, proteſtandi, diſponendi, exercendi, que in premiſſis & circa ea neceſſaria & conſueta fuerint ſeu quomodolibet oportuna, mandantes ex tunc auctoritatibus prefatis omnibus & ſingulis Archipresbyteris, camerariis, paſtoribus, plebanis, vice plebanis, altariſtis & divinorum Rectoribus clericis & aliis utriusque ſexus hominibus jurisdictioni prepoſiture eccleſie *ſancti Petri* predicte ſubjectis ac omnibus aliis quorum intereſt ſeu intereſſe poterit communiter & diviſim in virtute ſancte obediencie ac excommunicacionis pena canonica tamen monicione premiſſa, quatenus vobis & cuilibet veſtrum in premiſſis & omnibus aliis que ad dictum veſtrum commiſſariatus officium de jure vel conſuetudine pertineant, plene pareant & intendant, ac fideliter aſſiſtant vosque & capituli noſtri nominibus benigne recipiant & pertractent ac proceſſusque veſtros ac alias litteras debite execucioni demandare, inſinuare & publicare ſtudeant faciant atque procurent, abſolucionem vero omnium & ſingulorum qui prefatas & per illas in premiſſis & illorum occaſione ferendas ſentencias & pe-

nas quomodolibet incurrerint, nobis ſeu ad hoc per nos deputatis tantummodo reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium preſentes litteras ſigillo noſtro, quo ad cauſas utimur, duximus roborandas. Datum *Maguncie* in loco noſtro capitulari die lune tredecima menſis Auguſti, anno Dni milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſeptimo.

§. I.

Iſte eſt modus celebrandi ſanctam ſynodum laicalem in anno biſſextili per prepoſituram ſancti Petri *extra muros Maguntinos.*

Primo incipit in Peterweil *in craſtino* Aſſumpcionis beatæ Mariæ Virginis, *ubi intimata eſt prius tribus diebus Dominicis & per tres quindenas ſucceſſive & ita intimatur in omnibus eccleſiis prepoſiture; & commiſſarii veniunt in* die Aſſumpcionis *hora veſperarum ad* Peterwil, *quos ſuſcipiunt incole ibidem in valvis ſepium, habentes ſemellum panem in manutergio mundo & medium quartale vini exhibentes ipſis commiſſariis reverenciam & ducunt eos ad domum, in qua facient eis debitam & ſolennem procuracionem, inſuper & honeſtum ſtratum dormiendi. Nocte illa transacta in* craſtino Aſſumpcionis *valde mane pulſatur ad ſynodum ter ternis vicibus, hoc eſt, nonies, & ex tunc ſedebunt commiſſarii pro tribunali & unus commiſſariorum & ſpecialiter presbyter indutus ſuper pellicio & ornatus ſtola facit unam brevem collationem aſſumendo thema de Evangelio vel Epiſtola vel de aliquo, ſuper quo poſſit applicare effectum ſynodi.*

Con-

Concluſa collacione idem inquirit: Cui fateantur pro illo tempore jus ſynodi ſancte ſcilicet in anno biſextili? *ad hoc reſpondent, uti moris eſt.*

Deinde inquirit: utrum ſit denunciata ſynodus per cancellos per plebanum vel ſuos tribus quindenis ſucceſſivis uti moris eſt?

Item. Utrum ſit pulſata ter tribus vicibus, *id eſt*, nonies ut moris eſt?

Item. Utrum ſit tempus ſedendi & celebrandi ſynodum?

Item. Cujus auctoritate debeat defenſio fieri & proponi vulgariter beheget werden &c. *Reſpondent ſcabini ut moris eſt. Et tunc commiſſarius proponit uti ſequitur*, unde behegend den ſend *& dicit*: In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Ego nomine Dominorum meorum Decani & capituli eccleſie ſancti Petri extra muros Magunt: & auctoritatibus ſancte ſedis Apoſtolice & gratioſiſſimi Domini noſtri Dni Maguntini ipſis Dominis meis de ſancto Petro conceſſis impono ſilencium omnibus hic exiſtentibus, ne quis aliquas faciat inſolencias verbo vel facto ſub pena excommunicacionis & inobediencie, ne quis pro aliquo loquatur vel reſpondeat ſine licencia, ne quis ad ſanctam ſynodum pertinens recedat niſi racionabili cauſa, donec officium compleatur, *& ſic inquirat ab uno de ſcabinis aſſedentibus:* utrum bene propoſuit & defenſavit vel vulgariter: beheget habe den ſend? *qui reſpondent ut moris eſt.*

Tunc inquirit à predictis ſcabinis: utrum omnes ſint jurati ſancte ſynodi?

Tunc primo incipit & inquirit à plebano, ſicut ſynodus ſancta ſit inſtituta propter conſervacionem religionis Chriſtiane, quare merito debeat incipi à conſervationibus & domeſticis fidei; & ſic incipiens à plebano, qui primus eſt illius loci conſervator morum & dat ſibi ſuper juramento & ad obedientiam, quam fecit ſuperioribus ſuis: Utrum conſtet ſibi aliquid in regimine eccleſie, per quod defraudetur vel imminuatur religio Chriſtiana, quorum articuli ſunt quam plures.

Primo: Utrum corpus Dominicum & ſacramentum baptismatis ſint honorifice cuſtodita & clauſa?

Item: Utrum idem ſacramentum euchariſtie lumine perpetuo, ut decet, die noctuque ſit illuminatum.

It. Utrum aliquis ſit defectus ad cultum divinum ſpectans, ſcilicet in calicibus, in ornamentis, in libris miſſalibus ſeu aliis neceſſariis, in tectis, feneſtris?

It. Utrum altariſta & campanator ſint ibi obedientes in licitis ad cultum divinum miniſtrando?

It. Utrum magiſtri fabrice ſint ibi obedientes reddendo racionem de cenſibus, redditibus & eleemoſynis eccleſie, quid & qualiter expendant?

It. Utrum ſcabini ſynodi ſint ſibi obedientes, per quindenam vel menſem accuſantes, quando opportunum fuerit, perpetrata vel negligencias factas vel pretermiſſas?

It. Utrum habeat aliquem parochianum, qui utatur nominis Chriſtiani, non chriſtianè vivens, quorum articuli quam plures ſunt; quorum primus eſt, in fide dubitans.

It.

It. annuatim non confitens & corpus Dominicum non ſumens?

It. Per annum in excommunicacione permanens?

It. Utrum ſint aliqui, qui non dederunt ſibi cenſus vel decimas & offertoria.

It. Utrum ſint aliqui, qui impediviſſent eum in officio divino verbis vel factis?

It. Utrum aliquis moleſtaſſet ſeu impediviſſet eum ſeu ſuum campanatorem, magiſtros fabrice, ſcabinum ſynodi, decimatores, quando fuiſſent in ſervicio Dei ſive negociis eccleſie.

It. Utrum aliqui cohabitent matrimonialiter ſine proclamacione & inthroniſacione eccleſie? *Primo inquiratur ſub juramento quod fecit plebano, eccleſie & parochialibus*, utrum magiſtri fabrice porrigant ſibi coram cereos, oleum ad lampades & alia neceſſaria ad cultum divinum pertinencia, ne ex defectu pretactorum cultus divinus minuatur.

It. utrum omnia ad hoc officium & ſervicium pertinencia cedant ſibi, utputa in manipulis, campanalibus panibus nec non omnibus aliis juribus huc usque introductis?

It. Utrum ſint omnes ibi preſentes ad illam ſynodum ſpectantes?

Primo: Utrum contentantur in cera, oleo & in proventibus: redditibus ſeu cenſibus per que poſſit ſuſtentari eccleſia in cultu divino & conſervacione edificii in eſſe?

It. utrum ſit aliquis qui eccleſie cenſus, redditus, proventus, agros, prata vel hujusmodi depredando uſurpans vel ſurripiens violenter, manifeſte vel occulte?

It. inquiratur ſub juramento, utrum aliquis non decimaverit, ut debuit, vel eos in congregacione ejusdem verbo vel facto moleſtavit? Jr geſchworn! ich geben uch off den eyt, den ir mynn herrn von Mentze getan hant, unde myme herrn dem probſt, myme herrn dem pferrer und des heiligen ſtuls wegen, daz ir hute vorbrengent alles daz da rubar iſt, eyne warheit vor eyne warheit, eyn leymut vor eynen leymut usgenomen drier hande ſache und articuln die ir nit rugen ſollent: uwern eigen perrer uwern eigen herrn und uwer iglicher ſin eigen elige frauwe, darnach ob ymans hievorn &c.

Item continuando ut ſequitur:

Primo utrum ſint aliqui, qui utantur nomine Chriſtiano, cui contradicunt verbo vel facto, quorum articuli ſunt quam plures.

Primo: ſi ſint aliqui, qui Deum perjuriis, juramentis vel aliis blaſphemiis blaſphemârunt?

It. qui uſuram commiſerunt, vel empcionis vini, ſeminis, bladi, avene?

It. utrum ſint, qui ſunt heretici, incantatores, arioli, aruſpices ſeu quovis modo contra fidem facientes?

It. utrum ſint aliqui falſarii in modis frugum vel vini vel imminucione monete, ponderis vel libre?

Item aliqui cohabitantes in matrimonio ſine proclamacione & inthroniſacione?

It. Legitimati non cohabitantes?

It. Utrum ſint aliqui adulteri?

It. Fornicarie cohabitantes ſeu occulte ſe viſitantes?

It. Utrum ſint aliqui qui per ſe vel parentes ſeu

alios

alios conjunctos in vicem matrimonium promiſerint & nunc una pars aliis renuntiat ſine decreto judicis?

It. Utrum aliquis legitimam ſuam vel aliam mulierem in puerperio moleſtaverit verbo vel facto de quo poſſit oriri periculum corporis & anime & ſenſuum?

It. Utrum emiſſet aliquis mala acquiſita ſcilicet per furtum, per rapinam vel per publicam uſuram? *Hec & alia hoc ſpeciale & ſanctum judicium concernencia aſſumant ſibi ſcabini ſuper juramenta ſua exequentes, convocent parochiales & inquirant diligenter, utrum aliquis ſit culpabilis in aliquo propoſitorum articulorum? & illa admonicio predicti exitus ſuper ſcabinum fiat tribus vicibus, ut eo melius ſalvare poſſint conſcientias ſuas. It. poſt tertium reditum inquirat diligenter de juribus Dominorum Maguntinorum ſeu Domini Prepoſiti. It. Inquirat de foralibus, quilibet mechanicus dat tres hallenſes, faber vero quatuor babatha cum gumphis, quilibet molitor turonum ſuum & de rota duos capones, quilibet caupo turonum ſuum, qui tamen dicunt, quod noviter ſit inventum, ergo per me non ſunt ardue coarctati.*

Hoc facto commiſſarius concludit judicium ad quindenam, committens plebeno in quindena revocacionem ſecunde ſynodi. Et ſi paratas univerſitas non habuerit pecunias jurium ſynodalium, habebunt inducias ad quindenam & ſurgens commiſſarius legat pſalmum: Deus miſereatur noſtri, *cum collecta de Dominica vel:* Protector in te ſperantium, *vel:* Prætendo Domine,

quot

quos &c. *& intimat indulgencias ex gracia Domini Maguntinenſis vel Domini Prepoſiti quadraginta dierum & ex parte cujuslibet ſacerdotis ibidem preſentis totidem, ultimatim finiendo & concludendo cum aſperſione aque benedicte, ſui & univerſi populi.*

In Peterweil *in craſtino* Aſſumpcionis b. M.V. *circa horam octavam vel quaſi pulſatur, ut moris eſt, & procedatur. Commiſſarii habebunt duas procuraciones ſcilicet veſpere & mane valde ſolenniter, ut notum eſt. Item nniverſitas ibidem dat tres libras, duo quartalia vini, duos groſſos ſcriptori & octo octalia avene. Item quindecim ſolidos pro cathedratico dant idem. It. ibidem ſunt duo molendina habentes quatuor rotas. Item* Acarben *eſt filia de* Peterweil *& venient ibidem; & univerſitas ibidem dat unam marcam, unum quartale vini, unum groſſum ſcriptori & tria octalia avene. Item eadem die in veſperis in* Grünau *commiſſarii habebunt ſolemnem procuracionem alias conſuetam ibid. Item univerſitas ibidem dat tria octalia avene. It. pro more ibidem dant duos florenos. Item quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem.*

Sequenti die hora Miſſe in Vilwil. *& commiſſarii habebunt duas procuraciones alias dari ſolitas ſcilicet mane & veſpere ſolemniter. Item univerſitas ibidem dat tres florenos, duo quartalia vini, duos groſſos ſcriptori. Item pro more ibidem dant tres florenos, duo quartalia vini, duos groſſos ſcriptori. Item quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. It. tres ſoll. dat molitor in* Maſſenheim. *It. duos Cappones dat idem molitor. It. unam myn avene dat campanator. It. una mola.*

In

In veſperis eadem die in Dorchwiler, *ibi pernoctabunt habentes duas procuraciones alias dari ſolitas ſcilicet in cena & ſequenti die in prandio valde ſolemniter. Item univerſitas ibidem dat duas libras, unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. Item pro more ibidem dant duos florenos, unum quartale vini, & unum groſſum ſcriptori. Item quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem.*

Sequenti die hora miſſe in Sulburg *& habebunt duas procuraciones ſcilicet veſpere & mane & non datur cathedraticum, quia eſt filia. Item univerſitas ibidem dat alterum medium florenum, unum quartale vini, unum groſſum ſcriptori & tria octalia avene. Item pro more ibidem dant tres florenos, unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. Item quatuor mole ſunt ibidem.*

Item eadem die in veſperis in Kirchdorff. *ibi dat univerſitas octo hll. pro cathedratico & opponunt ad ſervandam ſynodum de ſeptennio in ſeptennium. Ibi nulla eſt procuracio, nec cathedraticum.*

Sequenti die hora miſſe in Erlebach ſuperiori, *& habebunt procuracionem alias conſuetam ibidem. Item quatuor ſoll. dat univerſitas ibidem. Item quindecim ſoll. pro cathedratico dant pro more ibidem. Item quindecim ſoll. pro cathedratico dant pro more ibidem. Item duos cappones dat molitor ibidem. Item duodecim hll. dat idem molitor. It. una mola eſt ibid.*

Eadem die in veſperis in Erlebach inferiori *commiſſarii habebunt ſolemnem procuracionem alias conſuetam ibidem. Item univerſitas ibidem dat duos florenos, duo quartalia vini, duos groſſos ſcriptori & ſcabini rehabebunt unum quartale vini pro juribus eorum. Item pro more ibidem dant quatuor florenos, duo quar-*

talia vini, duos groſſos ſcriptori. Item quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem.

Sequenti die hora miſſe in Eſchbach ſuperiori. *Commiſſarii ibi habebunt duas procuraciones. Item univerſitas ibidem cum univerſitate in* Ganzenhein *dat triginta ſoll. medium quartale vini & unum groſſum ſcriptori, ſex oſtalia avene. Item pro more ibidem dant tres florenos cum dimidio, duo quartalia vini, duos groſſos ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. Item quatuor mole ſunt ibidem, quarum una vacat.*

Anno MCCXIX. pridie idus Julii controverſia Dnum *Ulricum* de *Minzinberc* inter & D. *Eberhardum* * Eſchbach. *Waren* ſuper patronatu eccleſiæ in *ſuperiori Askebach** exorta ab arbitris cum conſenſu *Gerbodonis* Prepoſiti *ſancti Petri* conſtitutis ſic deciſa eſt: quod predicti nobiles *D. Ulricus* & *D. E. Waro* eandem eccleſiam *Burchardo* ſacerdoti, cui & ipſam *D. Ulricus* in antea contulerat, communicata manu ambo conferrent. Si autem poſtmodum, ambobus eis ſuperſtitibus, *Burchardo* verò ſacerdote moriente, eandem eccleſiam contingeret vacare, Dno *Ulrico* de jure patronatus ejusdem eccleſie competat collatio, ita tamen, quod ſi Dnus *E. Waro* hoc contradicat, juramentum, ſicut prius debuit & voluit D. *Ulricus*, pro ſui juris conſervatione, preſtabit. Ceterum, ſi *Ulrico* moriente, Dno autem *E. Waren* ſuperſtite, contingat, eandem eccleſiam vacare, heredes Dni *Ulrici* eodem jure & condicione, quibus pater gaudebat in ipſa eccleſia, debent gaudere. Si autem D. *Ulricus* Dno

E.

E. Waren ſupervixerit, eo jure, quod apud filiam ſuam *Adelheidim* primogenitam emit, libere & ſine conſorte in eadem eccleſia gaudere debet *D. Ulricus* cum ſuis heredibus. *vide de Gudenus ſylloge pag.* 585.

§. II.

Item eâdem die in veſperis in Esbach inferiori *commiſſarii. Item Univerſitas ibidem dat decem ſoll. medium quartale vini & unum groſſum ſcriptori. Item pro more ibidem dant quindecim ſoll & unum groſſum ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem.*

Sequenti die hora miſſe in Crutzen. *Commiſſarii vivunt de burſa Dominorum ſuorum. Ibidem eſt una mola. Item univerſitas in* Wiſſenkirchen *pertinens in* Crutzen *dat duo octalia avene & unum groſſum ſcriptori. Item pro more in* Wiſskirchen *dant unam libr. Item univerſitas in* Kaltenbach *dat tres ſoll. pertinens in* Crutzen. *Item pro more in* Kaltenbach *dant duos florenos. It. univerſitas in* Niederſteeten *pertinens in* Crutzen *dat duo octalia avene. Item una mola eſt ibidem & he ville ſunt omnes filie pertinentes in* Crutzen.

An. MCCLVII. lis ſuper jure præſentandi ad eccleſiam in *Crutzen* inter *G. de Eppinſtein* & *Wintherum* de *Brunisheim* orta à *Wernhero S. Petri* Præpoſito determinata fuit pro *G.* de *Eppinſtein* VII. Idus Februarii vid. *Joan. Spicileg. p.* 283.

An. MCCCXI. *Godefridus* de *Eppinſtein* Præpoſitus *S. Petri* mandat Archipresbytero ſedis *Eſchborne*, ut *Gottfridum* de *Eppinſtein* Germanum ſuum

à *Sifrido* fratre præſentatum ad eccleſiam parochialem in *Crutzen* in ejusdem eccleſiæ poſſeſſionem corporalem inducat & inveſtiat *Joan. Spicil. p.* 347. Præſentationem ad præfatam eccleſiam à *Godefrido* de *Eppinſtein* an. MCCCLI. die Dominica poſt feſtum diviſionis Apoſtolorum factam vid. *l. c. pag.* 370.

Item eadem die in veſperis in Bonemeſſe. *Ibi nulla eſt procuratio, ſed vivunt de burſa Dominorum ſuorum. Item univerſitas in* Bonomeſſe *& in* Kalten, *que eſt filia, dat unam libr. hll. Item triginta ſoll. medium quartale vini & unum groſſum ſcriptori. Item quindecim ſoll. pro cathedratico dant pro more in* Harheim *que eſt filia in* Bonemeſſe. *It. ibidem eſt una mola habens tres rotas. Item una mola eſt etiam in* Harphem.

An. MCCCCLXXVII. *Dietherus Archiep. Mog.* litteris Aſchaffenburgi die ſabbathi poſt *Johannis Baptiſtae* datis conſulatui Francfordienſi & incolis oppidi *Bonemeſe* conceſſit poteſtatem eccleſiam parrochialem hactenus extra oppidum ſitam intra muros transferendi. Plura continet hac de re ipſum diploma:

VI.

Facultas extruendi Eccleſiam parochialem in oppido Bonemeſe

Dietherus Dei gratia ſancte Maguntin. ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector. Cum eccleſiaſtici paſtoris ſit officium juxta temporum qualitates gregem ſuum celeſti pabulo, hoc eſt divini cultus frequentacione fideliter inſtruere, aciemque cogitacionis ad hoc extendere, ut nunc nova inſtruant, nunc inſtau-

rata ſalubrius diſponant & ordinent, quo rectiori ordine cuncta dirigantur; videmus etenim frigeſcente ubilibet devocionis zelo, temporumque cauſante malicia in noxam vergere, occaſionem mali prebere que veteres tam ſalubriter tamque pie ſtatuerunt, habent ſacra patrum decreta ut matrix eccleſia à ſubditis ſuis crebrius viſitetur; cum autem nonnunquam in minime munitis locis matrices conſiſtant eccleſie illas absque periculo viſitare, ibidem ſacramenta percipere & *divinis* intereſſe, ut, proch dolor, dietim conſpicimus, incurſus prohibent hoſtiles, verum quia matrix eccleſia opidi *Bonemeſe* noſtre Dioceſis non in ipſo opido ubi locus munitus eſt, ſed extra muros ejusdem opidi & in loco minime munito conſiſtit & populus opidi ſine multis periculis hujusmodi matrem eccleſiam viſitare nequit ipſique opido ex eadem eccleſia in futurum dampna & pericula per inſultus hoſtiles iuſurgere poſſent, ut autem tam incole opidi predicti quam alii parrochiani ad hujusmodi eccleſiam pertinentes divinis tucius intereſſe ſacramenta percipere & oraciones ſuas, quas Deus liberas eſſe amat, intrepide poſſunt perſolvere, ideoque conſulatui Frankfordenſi & inhabitatoribus dicti opidi *Bonemeſe* auctoritate noſtra ordinaria tenore preſencium indulgemus atque concedimus poteſtatem & auctoritatem ut ipſi in eodem opido *Bonemeſe* in loco decenti & honeſto parrochialem eccleſiam & altaria inibi neceſſaria edificare & conſtruere de novo poſſint & valeant, quam eciam ex nunc omnibus melioribus modo via cauſa & formis quibus efficacius poſſumus in matricem & parrochialem eccleſiam erigendam duximus ac erigimus

per preſentes, volentes ut omnia & ſingula ſacramenta eccleſiaſtica, que in parrochiali eccleſia extra muros ipſius opidi *Bonemeſe* hactenus ſolita ſunt miniſtrari, nunc in antea in prefata eccleſia in opido *Bonemeſe* de novo conſtruenda ſepultura duntaxat eccleſiaſtica excepta de cetero miniſtrentur, ſitque deinceps in opido *Bonemeſe* parrochialis eccleſia & eciam extra muros ejusdem opidi capella eidem ſubjecta hoc adjecto moderamine, ut in hujusmodi capella & in ejus cimiterio extra muros ipſius opidi ſingulis diebus Dominicis per presbyterum aliquem hora ſibi convenienti fiat aſperſio aque benedicte & ad minus in ebdomada una miſſa de tempore vel pro defunctis celebretur, inſuper indulgemus prefatis conſulatui Frankfordenſi & inhabitatoribus opidi *Bonemeſe* ut predictam eccleſiam extra muros *Bonemeſe* ſitam una cum muris & tecto deſtruere ac lapides ejusdem in uſum nove parrochialis eccleſie intra muros ibidem de novo conſtruende vertere poſſint & valeant, ita tamen, quod ſuper altari minori ejusdem deſtruende eccleſie capella erigatur vel aliqua pars prefate eccleſie ſtare permittatur; volumus tamen ut conſenſus collatorum ſive patronorum prefate eccleſie extra muros *Bonomeſe* ad premiſſa accedat, alias volumus conceſſionem hujusmodi nullius eſſe roboris vel momenti, pro reparacione quoque & conſervacione ipſius eccleſie de novo conſtruende magiſtri fabrice per conſules Frankfordenſes in futurum eligantur & ordinentur, qui de edificiis & aliis eccleſie neceſſariis juxta eccleſie utilitatem & ipſorum conſulum arbitrium provideant. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus

bus eſt appenſum. Datum *Aſchaffenburgi* die ſabati poſt *Johannis Baptiſtae* anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

Item in octava Aſſumptionis B. Marie V. hora miſſe in Brungesheim. *Commiſſarii habebunt ibi ſolemnem procurationem. Item univerſitas ibidem dat duos florenos, duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. Item ulterius ibidem dantur duo floreni, duo quartalia vini & duo groſſi ſcriptori. Item quindecim ſoll pro cathedratico dantur ibidem.*

An. MCCLXXV commendator & fratres domus Teutonicæ in Frankfort jus patronatus capellæ in *Redelnheim* tranſtulerunt in nobilem virum *Wernherum* de *Falkenſtein* & hic memoratis fratribus jus patronatus eccleſiæ parrochialis in *Bruningesheim* verſa vice tradidit. Permutationem hanc *Wernherus Arch. Mog.* litteris apud *Seligenſtat* II nonas Januarii datis confirmavit. vid. *Gud. T. IV. pag.* 928 *& ſeq.*

It. eadem die in veſperis in Eſchersheim. *Ibi nulla eſt procuratio. Ibi eſt una mola duas habens rotas. It. Univerſitas ibidem dat quindecim ſoll. & medium quartale vini & unum ſoll. ſcriptori. It. porrigunt & ibidem dant unam marcam, unum quurtale vini & unum groſſum ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant & porrigunt ibidem & in* Ginheim. *Item in vigilia* b. Bartholomæi *Apoſtoli in* Prumheim. *Commiſſarii ibi habebunt duas procurationes hucusque conſuetas & valde ſolemnes ſcil. veſperé & mane, & quilibet molitor dat tres ſoll. It. univerſitas ibidem dat*

tres

tres florenos, duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. Item pro more ibidem dabunt mediam marcam. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. It. una mola in inferiori Urſel *que eſt filia & una in* Prumheim *habet tres rotas pertinens ad dominum ibidem. It. una mola eſt in* Huſen *que eſt filia. It. univerſitas in* inferiori Urſel *dat unum octale avene & eſt filia in* Prumheim. *Item ulterius ibidem dant unum florenum & unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. It. pro more in* Rettelheim *dant unum florenum & eſt filia in* Prumheim.

An. MCXXXII *Adelbertus Arch. Mog.* ordinavit, ut Præpoſitus de domo præſit inveſtituræ eccleſiæ in *Prumheim. Gud. T.* 1. *p.* 105.

Item eadem die in veſperis in ſuperiore Urſel. *Commiſſarii habebunt procurationem. It. univerſitas ibidem dat quatuor florenos, duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori & ſex octalia avene. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. It. ibidem eſt una mola Martini ſacerdotis, dat duos capones. Item die Hohemühl dat quatuor cappones. Item mola Sigfridi dat duos cappones. Item una mola eſt in* Gozenhan *dat duos cappones.*

VII.

Jus patron. in ſuperiore Urſel conceditur coll. leg. S. Bar-

Emericho Dei gracia Prepoſitus & Canonicus eccleſie Frankenvordienſis viris providis & honeſtis Decano totique ejusdem eccleſie capitulo ſalutem in Domino. Ut vobis noſtre ſubvencionis auxilium & beato

Bar-

Bartholomaeo eccleſie veſtre patrono honorem & reverenciam impendamus & ut ob hoc eciam apud vos perpetuo noſtri memoria habeatur. jus patronatus eccleſie in monte *Urſele*, quod ad nos & prepoſitos Frankenvordenſes pertinere dinoſcitur pleno jure, vobis & per vos eccleſie veſtre conferimus cum univerſis ſuis pertinenciis & appendiciis in perpetuum obtinendum, ita ut, cum primum parochiam ipſam vacare contigerit ex morte vel reſignacione ejus, qui nunc tenet eandem, proventus ipſius eccleſie veſtris communibus uſibus libere & perpetuo applicetis, eamque officiari faciatis per idoneum ſacerdotem, aſſignantes ei de proventibus ipſius parochie congruam porcionem, per quam honeſte valeat ſuſtentari, dioceſani & loci Archidyaconi per omnia jure ſalvo. In cujus rei memoriam & perpetuam firmitatem damus vobis preſentes litteras ſigilli noſtri munime roboratas. tholomæi in Francofurt.

Nos eciam Decanus totumque capitulum eccleſie Frankenvordenſis in recompenſam hujusmodi gracie nobis facte, prefato domino noſtro Prepoſito & omnibus ſucceſſoribus ſuis conferendi prebendam in eccleſia noſtra Frankenvordenſi perpetuis temporibus damus liberam poteſtatem de omnium noſtrorum beneplacito & conſenſu cum primum ad id obtulerit ſe facultas. In perpetuam igitur memoriam premiſſorum & ſtabilem firmitatem ſigillum eccleſie noſtre preſentibus de omnium noſtrorum certa ſciencia duximus appendendum. Datum & actum anno Dni MCC nongenteſimo ſeptimo XIII kalendas Aprilis.

VIII.

Dicti juris patronatus confirmatio archiepiſcopalis.

Gebhardus Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto Decano totique capitulo eccleſie Frankenfordenſis ſalutem in Domino ſempiternam. Ponentes coram oculis mentis noſtre, quod eccleſia corporalis, quemadmodum ſanctorum Patrum verenda teſtatur auctoritas ſine rebus corporalibus in modico immo pocius in nullo proficit, ſicut nec anima ſine corpore corporaliter vivit & quod ſervi Dei, quanto eis habundancius in temporalibus eſt proviſum, tanto ardentiori ſtudio celeſtia ſicientes, vacare poſſint debitis officiis divinorum, illam quoque graciam ſpecialem, qua vos & eccleſiam veſtram proſequimur, intuentes, parochialem eccleſiam in monte *Urſele*, cujus jus patronatus ad Prepoſitum eccleſie veſtre hactenus pertinebat, de expreſſo conſenſu honorabilis viri *Emerchonis* Scolaſtici Maguntine nunc Prepoſiti veſtri cum omnibus proventibus, redditibus, cenſibus, decimis, obvencionibus & aliis ſuis juribus & pertinenciis univerſis eccleſie veſtre Frankenfordenſi perdicte unimus, incorporamus, unitam & incorporatam eſſe volumus perpetuis temporibus in futurum, ita tamen quod de redditibus ſupradictis perpetuo vicario, quem loci Archidiacono, cum vacaverit ipſa eccleſia, preſentabitis prebenda ſive porcio competens relinquatur, unde poſſit jura epiſcopalia perſolvere, hoſpitalitatem congruam facere & competentem vite ſuſtentacionem habere, reſiduo in augmentum prebendarum veſtrarum per diviſionem canonicam convertendo ſine juris prejudicio alieni,

alieni, dantes vobis has literas in teſtimonium ſuper eo ſigilli noſtri robore communitas. Datum *Maguncie* anno Dni milleſimo ducenteſimo nonogenteſimo ſeptimo, tercio kalendas Maji.

Hanc incorporationem *Otto* Decanus totumque capitulum majoris eccleſiae Moguntinæ confirmavit eod. an. XVI kal. Maji.

IX.

Conſenſus Archidiaconi.

Godefridus de *Eppenſtein* Dei gracia Archidiaconus in eccleſia Treverenſi nec non Cuſtos majoris & Prepoſitus *ſancti Petri* eccleſiarum Magunt. viris diſcretis & honeſtis Decano totique capitulo eccleſie Frankenfordenſis Mag. Dioc. ſalutem in Domino ſempiternam. Cum honorabilis vir Dnus Emmericho de *Schoneke* veſter Prepoſitus eccleſiam parochialem in monte *Urſele* dicte Dioc. Mag cujus collacio ſeu preſentacio ad ipſum pertinebat, vobis in aucmentum prebendarum veſtrarum donaverit & tradiderit pleno jure, vosque obtinuiſtis per reverendum patrem ac Dnum *Gerhardum* Dei gracia Arch. Mog. dictam eccleſiam parochialem vobis & eccleſie veſtre uniri favorabiliter & incorporari, ſecundum quod in literis preſatorum Dominorum plenius vidimus contineri, nec non conſenſum noſtrum & ratihabicionem ad hujusmodi donacionem & tradicionem petiveritis adhiberi, nos devotis precibus veſtris annuentes donacionem & tradicionem preſatam ſecundum tenorem litterarum venerabilis patris & Dni noſtri *Gerhardi* Arch. Mog. preſati & Domini Prepoſiti ſupradicti ratam habemus & gratam & eam preſenti litterarum

teſtimonio approbamus. In cujus rei teſtimonium litteras ſigillo noſtri Archidiaconatus Treverenſis, quia ſigillo prepoſiture *ſancti Petri* caremus, duximus ſigillandas. Datum & actum anno Dni milleſimo trecenteſimo ſeptimo in vigilia converſionis *ſancti Pauli* Apoſtoli.

X.

Preſentatio ad eccleſ. paroch. in ſuperiore Urſel.

Honorando Domino ſuo Dno *Gotfrido* de *Eppinſtein* Cuſtodi majoris & Prepoſito *ſancti Petri* eccleſiarum Moguntin. ſeu vices ejus gerenti *Philippus* Decanus totumque capitulum eccleſie Frankenfordenſis ſervicium ſuum cum omni reverencia & honore. Cum eccleſia parochialis in villa *Urſule* de conſenſu quondam venerabilis Dni ac patris Dni *Gerhardi* Archiepiſcopi Mogunt. Dni *Emichonis* olim Prepoſiti eccleſie Frankenfordenſis, ad quem preſentacio rectoris ad eccleſiam predictam in *Urſule* pertinuit, eccleſie noſtre Frankenfordenſi prelibate dudum incorporata fuerit & unita, prout in litteris ſub ſigillis dictorum Dominorum ſuper hoc confectis plenius continetur, ac Cuno olim rector eccleſie in *Urſele* prenotate ipſam eccleſiam reſignaverit & eidem renunciaverit pure & ſimpliciter propter Deum, reſignacionem hujusmodi nobis benevole transmittendo, honeſtatem veſtram rogamus humiliter & devote, quatenus Wernherum Vicarium dicte eccleſie in *Urſule* preſencium exhibitorem noſtro & eccleſie noſtre predicte nomine, de ipſa eccleſia in *Urſel*, prout ad veſtrum ſpectat officium, dignemini inveſtire, ipſumque nomine quo ſupra in poſſeſſionem dicte eccleſie inducentes corporalem ſeu

indu-

induci mandantes, adhibitis ad hoc ſollemnitatibus debitis &conſuetis. Sigillo cauſarum eccleſie noſtre prefate utimur in hac parte. Datum anno Dni MCCCXV. xvii kalend. Aprilis.

XI.

Gotfried de *Eppenſtein* Dei gracia Cuſtos majoris & Prepoſitus *ſancti Petri* eccleſiarum Mogunt. dilecto noſtro archipresbitero ſedis in *Eſcheburg* ſalutem in Domino. Cum eccleſia parochialis in monte *Urſule* vacans ex libera reſignacione *Cunonis* de *Houe Wyſſele* canonici eccleſie *ſancti Petri* Moguntine rectoris quondam ejusdem jam longe tempore transacto per honorabilem virum Prepoſitum eccleſie Frankinvordenſis quondam ipſius eccleſie verum patronum cum conſenſu quondam reverendi patris ac Dni noſtri *Gerhardi* Archiepiſcopi Moguntini honorabilibus viris Decano & capitulo eccleſie Frankinvordenſis incorporata ſit & unita, prout in ipſorum literis ſuper hoc confectis vidimus plenius contineri, ipſosque Decanum & capitulum predictos inſtituimus de eadem, mandantes vobis, quatenus ipſos in prefate eccleſie poſſeſſionem ducatis corporalem, facientes nihilominus à parocho ibidem eisdem obedienciam debitam in omnibus exhiberi, adhibitis circa hoc ſolemnitatibus debitis & conſuetis. Datum anno Domini MCCCXV feria ſecunda proxima poſt feſtum *Palmarum*.

Decanus & cap. poſſeſſionem eccleſie in Urſel accipit.

XII.

P. Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius devoto ſuo Cantori ſancte Marie ad gradus Mogunt. ſalu-

Injungitur eccleſie Francof. ut eccleſie in

Urſel de paſtore prouideat.

tem in Domino. Ad aures noſtras de novo pervenit, quod *Kuno* qui ſe gerit pro rectore eccleſie in *Urſele* Mogunt. dioc. ipſam eccleſiam in ſue ſalutis periculum & plurimorum ſcandalum occupet & jam tanto tempore occupaverit ad ſacerdotii ordinis, quos idem requirit beneficium, ſtatutis temporibus non promotus, quod ejus ad nos ſit proviſio devoluta & nichilominus quod idem *Kuno* pro eo quod in dicta non reſedit eccleſia pluribus ſit ſententiis innodatus, verum quia audivimus, quod eadem eccleſia eccleſie Frankfordenſi, quando vacaret, incorporata exiſtat, in cujus Frankfordenſis eccleſie prejudicium circa proviſionem dicte eccleſie in *Urſele* aliquid prepropere innovare & exceſſum predictum ſine debita correccione tranſire nolentes, diſcrecioni tue committimus & mandamus, quatenus predicto Cunone nec non Decano & capitulo eccleſie Frankfordenſis ad tui preſenciam evocatis inquiras de predicta incorporacione & aliis premiſſis diligencius veritatem, & ſi de ipſis tibi conſtiterit, Decano & capitulo eccleſie Frankfordenſis predicte denuncies, ut de predicta eccleſia in *Urſele* juxta incorporacionis ſue indultum infra menſem à denunciacione eis facta computandum provideant, ordinent & diſponant; alioquin ex tunc alicui perſone ydonee nos de ipſa curabimus providere, contradictores quoslibet & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam racione previa compeſcendo, teſtes eciam qui nominati fuerint, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili cogas veritati teſtimonium perhibere. Datum *Wormacie* anno Dni MCCCXV quarto idus Januarii.

XIII.

XIII.

Cantor eccleſie ſancte *Marie ad gradus* Magunt. judex ſeu executor in hac parte à reverendo in Chriſto patre & Domino Dno *P.* ſancte Magunt. ſedis archiepiſcopo ſpecialiter deputatus diſcretis viris plebano in *Frankinfurt* & Cuſtodi eccleſie *ſancti Petri* Magunt. vel eorum vices gerentibus ſalutem in domino. Noveritis nos literas prefati Dni Archiepiſcopi recepiſſe & continencie in hec verba: *Petrus* Dei gatria &c. (*vide litteras immediate præcedentes*). Harum igitur auctoritate literarum vobis plebano in *Frankinfurt* mandamus, quatenus Dominos Decanum & capitulum, vobis vero cuſtodi, quatenus *Cunonem* canonicum eccleſie *ſancti Petri* prefatos citetis peremptorie, quos & nos citamus peremptorie per preſentes, ut feria quinta proxima poſt octavam beate *Agnetis* virginis compareant coram nobis ipſi Decanus & capitulum de incorporatione predicta & ejus tenore in preſencia dicti *Cunonis* nos legitime inſtructuri & alias ſuper premiſſis proceſſuri, quantum de jure fuerit procedendum cum intimacione eis facta quod prefato Dno noſtro archiepiſcopo inſinuare volumus, quidquid in premiſſis fecimus & in poſterum faciemus. Reſtituite literas ſigillatas veſtris ſigillis in ſignum executionis. Datum anno Dni MCCCXV, III idus Januarii.

Executio modo dicti mandati.

XIV.

Cantori eccleſie ſancte *Mariae ad gradus* Mogunt. judex ſeu executor in hac parte à reverendo in Chriſto patre & Dno Dno *P.* Archiepiſcopi Mog. ſpecia-

Executor terminum citationis prorogat.

li-

liter deputatus cauſam incorporacionis ſeu inquiſitionis negocii ſuper eccleſia *de Urſule* nobis à predicto Duo commiſſam de conſenſu procurationis Decani & capituli eccleſie Frankinfurt. & Dni *Cunonis* paſtoris predicte eccleſie de *Urſule* usque in feriam tertiam proximam poſt Dominicam *Letare* ad faciendum omnia & ſingula, que proximus terminus requirebat, preſentibus prorogamus. Actum anno Dni MCCCXV, 11 kal. Febr.

XV.

Reſignatio parochiæ in Urſel.

In nomine Dni Amen. Ego *Cuno* de *Houe Wizſele* Canonicus *ſancti Petri* Mag. & paſtor parochialis in *Urſule* eccleſiarum univerſis preſencium inſpectoribus cupio fore notum quod conſiderans ex inſtinctu divino ſalutem anime mee, quia eccleſiam meam predictam in *Urſule* non potui nec poſſum congruis & debitis officiis officiare, ipſam eccleſiam in *Urſele* honorabilibus viris Decano & capitulo Frankf. eccleſie, cui eccleſie Frankf. prelibata eccleſia in *Urſule* dudum eſt incorporata & unita prout in inſtrumento ſuper eo confecto lucidius continetur, reſigno liberaliter propter Deum renuncians nichilominus omni juri quod mihi in prefata eccleſia *Urſele* competebat ſimpliciter & preciſe literas per preſentes, transmittens prelibatis Decano & capitulo in ſignum reſignacionis & renunciationis hujusmodi literas has meo ſigillo ſigillatas in teſtimonium ſuper eo. Actum & datum anno Dni M°CCC°XV, VI idus Marcii.

XVI.

XVI.

Hi ſunt reditus perpetui vicarie in Urſule, qui anno Domini MCCCLI per Sifridum plebanum ibidem ſunt conſcripti. Primo reditus bladi notantur: Redditus parochiæ in Urſel, in ſiligine.

Primo tercia pars decime majoris ville Bomersheim inferioris & terminis ejusdem ſine omni ſervicio ſinodi & olei ad lampades & prevalet aliis partibus in uno maldro ſiliginis annuatim. Item i octale tritici & i octale ſiliginis de univerſitate ville Bomersheim ſuperioris die beati Michaelis. It. i octale ſiliginis & iii ſolid. hll. de curia dicta Crebuz & bonis dictis Abengut in feſto natalis beati Martini Epiſcopi in Bomirsheim ſuperiori prenotato. It. i octal. ſiliginis primo anno i ſecundo anno ſex ſomern avene gehuſet, tercio anno nichil dat Wernherus de Caldebach de quibusdam agris ibidem & totidem plebano in Bonemeſe. It. i octal. ſiliginis primo anno ſecundo anno unum octal. havene tercio anno nichil plebano & fabrice ſimul ville Urſele predicte de agris Hartmudi dicti rode ſitis in terminis Caldebach jam notatis. Item vi octal. ſiliginis de j manſo in Horheym dat Heinricus Karbin ibidem, cujus hi ſunt agri primo V. quartal an den bygen wegen. It. iii quartal. in den erlen de hys dat Metza Heilbochern i octal. ſiliginis. It. v quartal. ein anwender an dem anreyne. It. iii. quartal. apud viam Frankfordenſem by der alden Smyden i de his dat Conrad Holzheimer de Rodeheim unum octale ſiliginis. Item ii jugera tendencia ad ortum dicti Velwiler de quibus Heilmann frater Kerbers i octal. ſiliginis. It. ij juger an dem bygen wegen. It. j juger uff der holen verſus Kaldebach.

Item iii quartal. an dem anwege. It. v quart. an dem Anreyne. It. iii jugera juxta viam Moguntinam tendencia ultra viam dictam Meneweg, de hys dant heredes Herburdi & Metze dictorum by der beche iii. octalia ſiliginis. Item v octalia ſiliginis. dat dictis ſchone Culman de Dorveldem ſuperiori de ȷ manſo ſito in terminis ejusdem ville nunc dant heredes Wentzonis ſculteti ibidem. It. xxv jugera in campo ſuperiori Bomersheym verſus Steden. Item v jugera verſus Eſchebach. It. xviii jugera verſus Urſele inferiori. It. xviii jugera in campis Urſule ſuperioris. It. xi jugera uff dem blatzenberge. It. iii jugera pratorum ibidem. It. ii jugera pratorum by der Oleymolen. It. ii jugera pratorum by dem Noſsbaume in Bathenhoven.

In pecunia. Hi ſunt redditus pecuniarum dicte Vicarie cecedentes in feſto natali beati Martini Epiſcopi. Primo ij marca Den. levium Decanus & capitulum eccleſie ſancti Bartholomæi Frankfordenſis racione incorporacionis eccleſie in Urſule & idem plebanus videlicet ibidem ſolvet de ſuo ſubſidia. It. i marc. iiii den. dat Johannes Welker & i pullum de molendino ortis & pratis ſuis molendino videlicet Walgmole ſito in Gattinhoff legavit Hartmudus miles de Heidersheim. It. vi den. levium de pratis manſi dotis & ſunt iii jugera & decimant plebano, legavit Antzelo Drewer. It. vi hll. de duobus jugeribus dotis. It. Viȷ ſol hll. Kuntzela dicta herpen de manſo monaſterii in Throno ſito in tarminis ville Stierſtad. It. xiiii. ſol. hll. fogil de Gattinhofen, legavit idem plebano de orto Wintheri militis. It. v ſolid. den. he-

redes

redes Conradi dicti Wegeheubit. It xiii ſol. cum ii hll. Kulinus Reſe, It. xiiii col. duas aucas, duos pullos herburdus Wener. It. in Bomirsheym ſuperiori primo v ſolid. hll. cum tribus pullis heredes Bertoldi textoris. It. vi ſol. den. cum iii pullis dicta die Stumpen. It. x ſol. hll. Heilman ſartor ibid. It. ii ſol. hll. Johannes Huppe Schuch. It. iii metretas vulgariter Meſten ſiliginis cum xv Col. faber ibid. It. v ſol. den. cum ii. aucis textris de Sulburg. It. v ſol. den. lev. Dnus Jacobus Flemyng miles de Steden de bonis ſuis ibidem ſitis videlicet uno manſo. It. iii ſol. den. lev. Dnus Rudolfus miles de Prumheim de j manſo Schelmonis in inferiori Urſele ſito. It. xv Col. den. de domo quondam Iſengardis Begine ſita in Urſele apud Cymitherium. It. xiiii Col. de domo dicti Gewinner. It. v ſol. hal. die Slyfhutten magiſtri Hertlini de Maguncia. It. vi ſol. hll. Bender von der Slyffhutten die Aſſumpcionis Marie. It. iii ſol. hll. domus Hantzonis Dabegker. It. v j ſol. hll. dictus Oberndorfer de agris, pratis & areis ſuis. It. v ſol. den. lev. manſus dotis & decimat plebano, dat Johannes Blaſſinberger Walkun molendinarius & dictus Huruz. It. v ſol. den. lev. Waltherius magnus. It. ix den. lev. idem de bonis ſuis in inferiori Bomirsheym videlicet j jugere prati ſito ibidem Nydewendig des Steynes, legavit Wentzel Rode plebano. It. xv Col. den. Sibrach Drewer. It. vii den. lev. Idem de domo ſua quam inhabitat. It. i ſol. den. lev. Gumpe Dabegker. It. i ſol. den. lev. Hantzo Fleucheman. It. iii ſol. den. lev. de iii jugeribus dat Reinhardus ſcultetus in Ur-

ſele legavit Guntramus ſcultetus plebano i horum jugerum unum ſitum apud viam dictam Gruneſtraze, aliud juxta curiam Heinrici dicti zu der Weſen, tercium in campo Urſule apud viam que ducit Steden. It. i ſol. hll. de area Domini Petri plebani in Viſchebach. It. iii ſol. hll. Irmengardis Welkener. It. vi den. lev. eadem. It. v ſol. hll. minus den. lev. Alheidis Roden. de inferiori Bomersheym de iij jugeribus arabilibus ſitis apud ortum crucis, legavit Wentzel Rode plebano. It. xv den. lev. eadem. It. ii ſol. hll. Ludewicus opilio de Stierſtad. It. ii. ſol. hll. de orto ibidem quem poſſidet die Gryenen. It. ii ſoll. hll. Gumplo molendinarius. It. i ſol. den. lev. Drudela de Gattinhof. It. ſol. den. lev. Helwicus textor de Frankinford. It. iii ſol. hll. Kuntzela filia Ludowici Opilonis de Stierſtad de agro dicto der Molenmorge.

In vino. Hi ſunt redditus vini vicarie memorate cedentes & ſunt xv quartalia in univerſo. Martini datur primo xv dualia Drudela de Gattinhof dicta Blaſſinbergern. It. ix quartalia cum i. dual. Reinhardus Gryſo de Gattinhof. It. ii quartal. Kuntzela Hirppen nunc Happo der Fulczen de Stierſtad & cedunt hec xv quartalia vini die natali beati Martini Epiſcopi de uno manſo terre arabilis ſito in terminis ville Gattinhofen dicto der Greppen.

Hi cenſus omnes ſunt inſcripti libro mortuorum in Urſule & legancium anniverſaria peraguntur prout occurrunt & ibidem agri, prata, aree, orti & domus pro ſub pignoribus reddituum predictorum poſiti nominatim & diviſim plene conſcripti inveniuntur.

Si-

Similiter agri dotis, perſone poſſidentes libro reperiuntur in eodem & unus manſus inter agros preſcriptos ſpectat ad curiam Fronhof Prepoſiture Frankf. & datur de eodem 1 octale tritici & 1 octale avene gehufit, 1 pullus ſex ſol. hll. IX ova cum ovo j & reperiuntur in libro miſſali ibidem circa XIII. libri olei ad coquinam. It. III pulli in Wizenkirchen & nota, quod omnes cenſus, oblaciones & legata & alia in pecunia conſiſtencia usque ad ſummam XXX. libr. hll. & ultra. Et ſumma fructuum circa LXXX octalia ſiliginis & ultra ſimiliter eſtimantur. Et collacio parochie ejusdem ſpectat ad Decanum & capitulum eccleſie ſancti Bartholomei Frankford.

XVII.

Compromiſſum in controverſiæ circa decimas in Bomersheim &c.

Nos Johannes Prepoſitus, Reinhardus Decanus totumque capitulum eccleſie S. Bartholmæi Frankenfordenſis & Fridericus miles advocatus in Urſele recognoſcimus & tenore preſencium publice profitemur, quod cum alias inter nos mutuo queſtio lis ſeu controverſia ſuper decimis quorundam agrorum certorum in campis ſeu terris villarum videlicet Bomersheim ſuperioris & inferioris, Wizenkirchen & Mitteln Urſele ſitorum aliquamdiu verteretur, tandem ſuper lite hujusmodi in honeſtos & diſcretos viros dominos Fridericum Scolaſticum eccleſie predicte ex parte Friderici militis antedicti ex una nec non ex parte Prepoſiti & eccleſie predictorum in Rulmannum dictum Wiſſe de Lympurg ſcabinum Frankfordenſem tamquam in arbitros arbitratores ſive amicabiles compoſitores & in honorabilem virum Reinhardum Deca-

num predictum tamquam in perſonam mediam concorditer ſub pena quinquaginta marcarum denariorum Colonienſium tribus hallenſ. pro denario quolibet computatis & ſub periculo cauſe fuit compromiſſum verbotenus nunc vero propter majorem certitudinem & hujusmodi compromiſſi modo ut premittitur, initi efficaciam pleniorem compromiſſum hujusmodi in ſcriptis redegimus & redigimus per preſentes dantes & concedentes eisdem noſtris arbitris arbitratoribus ſive amicabilibus compoſitoribus & perſone medie ut prius auctoritatem liberam & plenam in dicto negocio pronunciandi & diffiniendi in amicitia vel in jure, ſtando vel ſedendo, die feriato vel non feriato, ſummarie & de plano, ita tamen quod quecumque parcium predictarum contra predictam pronunciacionem quam dicti arbitri arbitratores ſeu amicabiles compoſitores aut media perſona decreverint facienda, venerit in parte vel in toto, penam pretactam & periculum cauſe ſolvet & incurret ipſo facto parti arbitrium ſeu pronunciacionem hujusmodi obſervanti. In premiſſorum omnium teſtimonium & debitam firmitatem nos Johannes Prepoſitus prepoſiture noſtre predicte officialitatis, Decanus vero & capitulum eccleſie ad cauſas ſigilla una cum ſigillo proprio mei Friderici militis antedicti preſentibus literis duximus appendenda. Actum & datum anno Dni MoCCCoXL. xiii kalendas Julii ante prandium.

XVIII.

Laudum. Fridericus Scolaſticus eccleſie ſancti Bartholomæi & Rulmannus dictus Wize de Limpurg ſcabinus Frankenfordenſis arbitri arbitratores ſeu amicabiles compoſito-

ſitores una cum honorabili viro magiſtro Reynhardo Decano ejusdem eccleſie promedia perſona inter honorabiles viros Dominos Prepoſitum Decanum & capitulum antedicte eccleſie ſancti Bartholomæi Frankenford. ex una & ſtrenuum virum Fridericum militem advocatum in Urſele parte ex altera electi pariter & aſſumpti notum eſſe volumus univerſis preſentes literas inſpecturis, quod in cauſa compromiſſi que vertitur inter antedictas partes ſuper decimis quorundam agrorum in certis & expreſſis locis ſitorum, videlicet tria jugera que quondam fuerunt dicti Har in campis & terminis ville Wizenkirchen. Item unum juger cum dimidio, que quondam fuerunt Hermanni dicti Schelmen. Item ſex jugera cum dimidio que ſunt plebani in Steden & ſita ſunt in terminis ville Bomersheim ſuperioris. Item tria jugera ſita ſunt an dem Bubinſtucke que pertinent ad decimam ville Bomersheim ſuperioris. Item tredecim jugera Conradi militis de Bomersheim in terminis ville Mitteln Urſule. Item duo jugera que quondam fuerunt Weczelonis. Item dimidium jugerum quod eſt Irmengardis ſororis Gerlaci Wollinkaufer. Item duo jugera que quondam fuerunt magiſtri Nicolai dicti Roſen. It. tria jugera que ſunt Humberti. Item unum jugerum Nicolai dicti Rodelnheimers. It. quinque jugera que quondam fuerunt Heinrici dicti Rode de Kaldebach. Item tria jugera Hermanni de Kaldebach. It. ſeptem jugera Hartungi piſtoris de Frankenford. It. quatuor particule terre arabilis que quondam fuerunt dicti Keyſer. Item teſtes quos dicte partes hinc inde pro ſuis intentionibus fundandis produxerunt juratos recepi-

cepimus diligenterque examinavimus eosdem & ipſorum dicta in ſcriptis redegimus & ipſorum defenſiones hinc inde omnes & ſingulas audivimus, prout ad noſtrum in hac parte ſpectabat arbitrium, excepcionibus & defenſionibns omnibus à ſepedictis partibus renuntiatis ac demum in dicta cauſa arbitrali per nos concluſo dictis partibus nobiſcum voluntarie concludentibus in eadem ſtatutoque per nos ſabbato proximo poſt viti & modeſti ad pronunciandum in eadem ac dicto ſabbato, cauſa ſanioris deliberacionis habende usque in feriam ſecundam proximam immediate ſequentem prorogato, jurisperitorum freti conſilio ac penes nos deliberacione prehabita diligenti; nos igitur viſis dicte cauſe meritis diligenter & conſideratis, & quia invenimus intencionem predictorum actorum per dicta teſtium legalium & bonorum ſufficienter fore fundatam, ſub debito eciam noſtri juramenti dicimus & pronunciamus in hys ſcriptis, bona preſcripta omnia & ſingula decimare debere dictis actoribus pleno jure & eadem partim pertinere ad decimam ville Bomersheim ſuperioris & partim Bomersheim inferioris per preſentem noſtram pronunciacionem ſententialem arbitralem & per omnia concordem reo predicto ſuper peticione & uſurpacione decime agrorum predictorum perpetuum ſilencium imponentes neutram partem in expenſas litis hujus ex certis cauſis nos ad hoc moventibus ſub pena quinquaginta marcarum denariorum Colonienſium tribus hall. pro den. quolibet computatis, condempnando. Lecta & lata eſt hec pronunciatio arbitralis & ſententialis anno Dni M°CCC°XL, feria ſecunda ſupradicta.

Su-

Digitized by Google

Superiori Urſel contermini ſunt agri villæ *Bomirsheim*, ubi olim inſtituta fuit miſſa perpetua teſte chartâ ſequente.

XIX.

Capellanus in Bomersheim parocho in Urſel tenetur præſentare oblationes &c.

Decanus & capitulum eccleſie ſancti Bartholomæi in *Frankinfurt*. Ad inſtitucionem miſſe perpetue inſtitute per honorabilem virum *Heinricum* militem de *Bomirsheim* Burggravium in *Stralenberg* & *Irmengardem* collateralem ejusdem in caſtro *Bomirsheim* noſtrum conſenſum plenarium adhibemus, ita videlicet quod capellanus ejusdem caſtri, qui pro tempore fuerit, plebano in *Urſule* noſtro perpetuo vicario quicunque fuerit, univerſas oblaciones & ſingulas, que ipſi cappellano antedicto in manifeſto oblate fuerint vel occulte vel eciam legata aut teſtamenta, ſi qua ſupradicto cappellano à parochialibus quibuscunque predicte parochie in *Urſele* attinentibus legata fuerint, offerat & preſentet integraliter & in toto, cum eciam ipſe Capellanus nulla de premiſſis, quia eſſet in prejudicium parochialis eccleſie, de jure debeat retinere. In cujus rei evidens teſtimonium ſigillum noſtre, eccleſie ad cauſas preſentibus duximus appendendum. Datum anno Dni MCCCXIX°, v idus Auguſti

Proventus hi notantur: iiij octalia ſiliginis. Item tres manſi terre arabilis ſiti in terminis ville *Bomirsheim*. Item curia cum ortis & aliis pertinenciis. Ita referebat *Udalricus* primus dicte capellanie capellanus preſentibus Dno *Reinhardo* Decano, *Johanne* de *Petterwil* officiato Frankinf. plebano in *Urſule ſuper*.

Conrado dicto *Kaltys* publico notario anno Domini MCCCXLVII, craſtino *beati Nicolai* Epi glorioſi.

§. III.

In die ſancti Bartholomæi *Apoſtoli hora miſſe in* Heckſtat. *Commiſſarii habebunt ibi duas procuraciones conſuetas ſcilicet veſpere & mane & valde ſolemniter. Item univerſitas ibidem dat duodecim ſoll. medium quartale vini & unum ſoll. ſcriptori.*

Item univerſitas in Schœnberg, *que eſt filia in* Heckſtat *dat duodecim ſoll. medium quartale vini & unum ſoll. ſcriptori. Item pro more dant duos florenos. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. It. mola magiſtri Ginges ſacerdotis dat duos cappones.*

Item eadem die in veſperis in Eſchborn. *Ibi nulla eſt procuracio. It. univerſitas ibidem dat unum florenum, duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. Item ſcabini rehabebunt unum quartale vini. Item pro more ibidem dant unam marcam. Item quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem.*

Item univerſitas in Steinbach, *que eſt filia, dat unum oſtale avene. Item à quolibet legitimo cedit unus hll. ſed ſcabini ſunt exempti & vocantur* Mützegeld.

Sequenti die in Schwalbach *hora miſſe. Commiſſarii ibi habebunt duas procuraciones ſolemnes hucusque conſuetas ſcil. veſpere & mane. Item univerſitas ibidem dat unam libram hll., duo quartalia vini, duos groſſos ſcriptori. Item pro more ibidem dabunt quatuor libr. hll. duo qartalia vini, duos groſſos ſcriptori. Item quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. It. ibidem eſt una mola habens duas rotas.*

It.

Item eadem die in veſperis in Solzbach. *Commiſſarii habent duas procuraciones ſolemnes ſcil. veſpere & mane. Item univerſitas ibidem dat tres florenos, duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori & ſcabini rehabebunt unum quartale vini. Item more conſueto ibidem dant quatuor florenos. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. It. ibi eſt una mola habens duas rotas.*

Item univerſitas in Schneckenhan *& in* Altenhan *dant decem ſoll. unum quartale vini, & unum groſſum ſcriptori. It. duos groſſos dat quilibet molitor & quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem.*

XX.

Capella in Neuenhain ſeparatur à matrice in Sultzbach & in parochialem eccleſ. erigitur.

In nomine Domini Amen. *Reinhardus* Cantor eccleſie *ſancti Bartholomaei* Frankenfurtenſis executor ad infra ſcripta à reverendo in Chriſto patre ac Domino noſtro Dno *Mathia* ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopo ſpecialiter deputatus. Noverint univerſi preſencium inſpectores, nos litteras infra ſcriptas reverendi patris ac Domini noſtri Dni *Mathie* S. Magunt. Sedis Archiepiſcopi recepiſſe in hec verba: *Mathias* Dei gratia S. Magunt. ſedis Archiepiſcopus, Imperii per Germaniam Archicancellarius honorabili viro Cantori eccleſie *S. Bartholomaei* Frankfurtenſis devoto noſtro dilecto ſalutem in Domino. Ex parte diſcreti viri *Theoderici* dicti *Frys* canonici eccleſie Aſchaffenburgenſis ac rectoris parochialis eccleſie in *Sulzbach* nobis extitit ſupplicatum, quod cum villa dicta zu *Neuenhain* infra limites parochialis eccleſie in *Sulzbach* predicte ſita tantum diſtet ab eadem eccleſia, quod incolis

ejusdem ville *Neuenhain* non ſine diſpendio more & laboris difficultate maxime hyemali ac inundacionis aquarum tempore adeundi predictam matricem ac parochialem eccleſiam patet acceſſus, nec ſacerdos ſeu paſtor ipſius eccleſie parrochialis tanta voluntate infirmis dicte ville *Neuenhain*, ſicut ſepe expeteret, poſſit ſuccurrere & eisdem absque more periculo ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare; quatenus propter has & alias rationabiles cauſas eandem villam *Neuenhain* à predicta parochiali eccleſia ſeparare & capellam ejusdem ville conſtructam & per incolas ipſius ville de propriis ipſorum facultatibus ſine prejudicio ipſius matricis eccleſie pro ſuſtentacione unius ſacerdotis ſufficienter dotatam in eccleſiam parochialem erigere & dotationem predictam confirmare de noſtra auctoritate ordinaria dignaremur; volentes itaque mandatum ſingulorum reverenter exequi, ut tenebamur, dictam villam zu *Neuenhain* perſonaliter acceſſimus & convocatis incolis ejusdem ville & aliis, quorum intererat, iidem incole & ſingule perſone aſſignaverunt reditus quinque marcarum cum portione denariorum Colonienſ. quolibet denario pro tribus hallenſibus computato in bonis ſubſcriptis ſitis in terminis ville ejusdem in feſto *beati Martini* Epiſcopi cedentes, videlicet: viginti octo jugera ſita in monte Sanctorum dabunt quindecim ſolidos denariorum levium, quodlibet jugerum ſex denar. lev. preter duo jugera, que poſſidet Johannes de Monſter. ſcultetus . . . Item duo jugera que poſſident *Rodermel* & *Byſeln* . . It. an dem *Schnodelberg* unum jug. dabit IX. den. quod legavit relicta *Paulini*. It. tria an dem *Queckhard* dabunt tres ſolidos,

quod-

quodlibet jugerum unum ſolidum. Item dicta *Woſſely* de uno jugere ibidem an dem *Quanhayn* unum ſolidum. It. *Wolffsemi* de duobus jugeribus ibidem unum ſolidum den. lev. Item *Hilz* ſex den. leves de uno jugere ibidem. It. *Hartmud Külbe* unum ſolidum den. lev. de duobus jugeribus ibidem. It. *Arnoldus* de *Altenhayn* novem den lev. de vinea & ſolidum unum denariorum de una area ſita in dem *Altenhain.* It. Dni *ſancti Jahannis Jheroſoymitani* domus in Frankfurdia octo ſolidos denar. lev. de vineis, quas locavit dicta *Greda.* Item *Hermannus Urſeler* cum ſuis heredibus unum ſolidum den. lev. de vinea ſita an dem *beſtebuchole.* Item *Fridericus Blum* unum ſolidum denar. de vinea ibidem. It. *Rudolfus* unum ſolidum den. de vinea ibid. It. *Conradus Ruegel* unum ſolidum den. de vinea ibid. It. *Quillmannus piſtor* quindecim den. Colon. de uno jugere ibidem. It. *Arnoldus* centurio quindecim den. Colon. It. *Henrich* de *Hatſtein* unum ſolidum den. de vinea. It. *Hartmundushube* unum ſolidum den. Colon. de dimidio jugere *in dem Kummer.* It. *Gineltz* de dimidio jugere ibidem tres ſolidos den. lev. It. *Botzge* zu Altenhain tres ſolidos den. de dimidio jugere ſito *in dem Grundt.* It. *Heilmannus Lydenleby* unum fertonem de vinea ſita an der *Schonhelden.* It. *Ruſa* dicta *Gramſterin* quindecim den. lev. It. *Dni de S. Antonio* novem ſolidos den. lev. cum dimidio de quinque jugeribus ſitis prope curiam *Höx.* It. *Urſuler ii* ſolidos den. lev. de bonis . . It. de area ſita in *Schwalbach* unam libram hall. quam colit *Conradus* Molendinarius. It. Dude quatuor den. lev. dem *Gilbery.* It. *Hiltz* unum ferto-

nem de prato ſito zu *Heyſenburn.* Item filius *Erhardi* fertonem unum de prato ibid. It. *Henricus Kerber* tres ſolidos den. lev. de prato ibid. *Mengeborn.* Item *Arnoldus* Armiger 11 den. cum dimidio lev. de prato. It. relicta *Kintzele* dabit tres obulos. It. *Wolferamus Armbrüſter* duos ſolidos lev. de prato in dem *Anger.* It. *Hartwig Letterſack* quindecim den. lev. de prato ibid. It. *Rudolfus Stumpf*, quindecim den. lev. de prato ibid. Item *Heilmannus Urſeler* fertonem de prato ſito bey Sunttenborn. It. *Rodermelle* unum ſolidum hall. de prato ſito bey *Berbzoloche.* It. *Urſeler* quindecim den. Colon. de prato *bey der Harth.* It. *Roſenmantel* tres ſolidos den. lev. de prato ſito in der *Altenhainer grundt.* It. unum ſolidum den. de area ſita ibid. Item tres ſolidos den. de area juxta crucem, nec non ipſa univerſitas redditus trium marcarum denariorum Colon. tribus hallenſibus pro quolibet denario computatis ſimiliter aſſignarunt & tradiderunt pro ſuſtentacione & prebenda ſacerdotis & capellani capelle ejusdem ville in futurum officiantis & de eadem inveſtiti, eligentes ipſa univerſitas, majores & jurati ipſius ville, qui quocunque anno in decollacione *S. Johannis Baptiſtae* negligentes eſſent in ſolutione trium marcarum predictarum, poſſent per reverendos ſancte Maguntine ſedis judices ſeu per Dnum Prepoſitum eccleſie *ſancti Petri* Magunt. ſeu ejus officiales, in cujus prepoſiture centro eadem capella ſita eſt, ad ſolucionem trium marcarum quolibet judiciorum ſtrepitu quieſcente compelli eccleſiaſticam per cenſuram; que quidem bona ſupra ſcripta omnes majores dicte ville per juramentum requiſiti confeſſi ſufficientia ſubpignora pro

red-

redditibus ſupra dictis requiſivimus etenim noſtris litteris ſuper hujusmodi ſeparatione & erectione capelle in Neuenhain reverendum Dnum Abbatem Monaſterii *Lympurgenſ.* ſpir. Dioc. ordinis *S. Benedicti* patronum parrochialis eccleſie in *Sultzbach* matricis eccleſie dicte capelle in *Neuenhain*, qui ſuper hoc benevolum ſuum adhibuit conſenſum & de conſenſu rectoris matricis eccleſie in *Sultzbach* fecimus ordinationem de recompenſatione, oblationem incolarum dicte ville *Neuenhain*, que hucusque cedebat plebano officianti predictam eccleſiam matricem, videlicet quia Capellanus, qui fuerit pro tempore inſtitutus, in dicta capella recipiat oblationes incolarum ejusdem ville & alia jura habet, que iidem incole ſuo plebano ſolvere & preſtare conſueverunt & in ſuturum preſtare voluerint & tenentur. Et ſolvet ipſe capellanus inpoſterum perpetuo plebano matricis eccleſie ſedecim ſolidos denariorum Colon. ſingulis annis videlicet octo ſolidos den. Colon. in feſto nativitatis Dni & reliquos octo ſolidos den. Colon. in feſto Paſche anni ejusdem. His itaque per nos peractis & inquiſitis de cauſis rationabilibus & neceſſariis ſeparationis preſcripte, habito ſuper eis jurisperitorum conſilio & tractatu & penes nos deliberatione competenti, quia invenimus dictam ſeparationem & erectionem ex cauſis rationabilibus faciendam eſſe . . . . . Nos Dei nomine invocato dictam villam in *Neuenhain* ab eccleſia prefata in *Sultzbach* authoritate à predicto Dno Maguntino nobis tradita ſeparandam duximus & in Dei nomine ſeparamus & dotationem dicte capelle confirmamus in his ſcriptis, ipſam capellam in eccleſiam parrochialem

lem erigentes, ſepulturam, baptismum & alia jura parochialia tribuendo eidem ita quod incole dicte ville in *Neuenhain* venient & ibunt perpetuo ad ſynodum ad eccleſiam ſuam matricem in *Sultzbach* predictam & contribuent ad edificia ejusdem eccleſie ſue matricis modo & forma prout hactenus contribuere conſueverunt. Datum anno Dni milleſimo trecenteſimo viceſimo ſexto in vigilia beate *Eliſabethe* Landgravie.

Item in ipſa die ſanctorum Herenei *&* Habundi *Martyrum in* Niede *hora miſſe. Commiſſarii habebunt unam procurationem ſolemnem. It. univerſitas ibidem dat quinque florenos & duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. Item pro more ibidem cum filiabus annexis dant ſex florenos, duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. It. una mola eſt ibidem.*

Anno MCCXVIII. *Sigefridus* Arch. Mog. confirmavit translationem juris patronatus eccleſiæ in *Nithe* in capitulum *beatae Mariae Virginis* ad gradus Moguntiæ factam, vid. *Joan. T. 2. p. 655.*

It. eadem die in veſperis in Höchſt. *Ibi nulla eſt procuratio. It. univerſitas ibidem dat duodecim ſoll. unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. Et Dnus Maguntinus dat tredecim cum dimidio hll. ratione Prepoſiture ibidem. Item pro more in* Höchſt *dant ſoll. denariorum.*

It. univerſitas in Zeilsheim, *que eſt filia, dat unum florenum auri & quinque minas avene. It. una mola eſt ibidem pertinens Domino Maguntino.*

Quo-

Quomodo Baſilica *ſancti Juſtini* (a), quæ eſt in *Hoſteden*, (Höchſt) (b) in jus & poteſtatem *ſancti Albani* tranſierit ſub *Ruthardo* Arch. Mog. anno MXC. vid. ap. *Joann. T.* 2. *p.* 737. ubi inſimul notatur: „ ut locus hic religioni monachorum traditus nullum „ advocatum habeat ... nullus Chorepiſcopus in il- „ lum poteſtatem exerceat, niſi ab Abbate fuerit vo- „ catus, tunc quinque ſolidi in ejus ſumptus dentur; „ Archipresbyter vero ſemel in anno ſinodum ibi „ propter corrigendas animas celebrans, ſolidum „ unum ad expenſas prandii ſui accipiat.

(a) *Papebrochius in actis SS. ad diem* XVI. *Junii in commentario de S. Aureo & Juſtina* ſolicite cupit edoceri. *Quaenam ſit illa Heoſtedinenſis ſancti Juſtini Baſilica unde ablatum vel corpus vel inſignis reliquia indicatur. Hactenus nihil propius occurrit quam Hoogſtetten in Suevia; ſed nimis incerta eſt conjectura in ſola nominis affinitate fundata?* dubium hoc abſtergit diploma *Ruthardi* ſupra allatum.

(b) In chartis antiquioribus audit: *Hochſtedin, Heoſtedin, Hoſteden, Hoſten, Oſten*, in nummis ibi cuſis: *Hoëſt ſupra Mogunt.*

Anno MCXLV *Heinricus I.* Archiepiſcopus Mog. incorporationem eccleſiæ *S. Juſtini* in *Hoëchſt à Ruthardo* Archipræſule monaſterio *S. Albani* factam confirmat vid. *Joann. T.* 2. *p.* 750.

An. MCCCCXLI, *Theodericus* Arch. Mog. eccleſiam hanc parrochialem fratribus *S. Antonii* ſub certis modis, ſtatutis & ordinationibus tradidit regendam. *Gud. T.* 4. *p.* 276.

§. IV.

Item ſequenti die hora miſſe in Sindlingen *commiſſarii habebunt unam procurationem ſolemnem. Item univerſitas ibidem dat unam marcam, unum quartale vini, unum groſſum ſcriptori & unum malterum avene menſure pingwenſis. Item pro more ibidem dant novem ſoll. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem.*

Item eadem die in veſperis in Acrifftel *commiſſarii ibi habebunt unam procurationem ſolemnem valde, ſcilicet, veſpere. It. univerſitas ibid. dat tres libr. hll. duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori & unum malterum avene. Item pro more ibid. dant quatuor florenos in auro, duo qaartalia vini & duos groſſos ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. It. una mola duas habens rotas. It. nota de mola in* ſuperiori Heidensheim.

Seqnenti die hora miſſe in Crüfftel. *Commiſſarii ibi habebunt procurationem ſolemnem. It. univerſitas ibid. dat alteram dimidiam libram hll., duo quartalia vini, duos groſſos ſcriptori & tria oftalia avene. It. pro more ibidem dant tres florenos in auro, duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem.*

XXI.

Jus patronatus in Crüfftel ceditur capitulo b. M. V. ad gradus.

Wir *Conrad* an dem Berge Probiſt *Heinrich* Dechan und der convent gemeinlichin des ſtiftes und cloſters zu unſer frauwen berge *bie Folde* ſant *Benedictus* Ordins bekennen uffinlichin an dieſſem brieffe und tun kunt allen luten die yn ummer ſehent odir horent leſen, das wir mit rechten wiſſen willen rate und verhencke-

niſſe

niſſe des erwirdigen in Gotte vatter und herren unſers lieben gnedigen herrn herrn *Friderichs* Apts und der geiſtlichen herrn herrn *Karln* Dechans und des gantzen capitels des Stifftes zu *Folde* des ſelbin ordins gemeinlich in unſerm capitel in capitels wiſe das wir darzu gemacht hatten nach unſers cloſters gewonheid ubirkomen ſyn vor uns und alle unſere nachkommen und umb Gottes willen und umb beſunderen liebe und fruntſchafft die wir han lange zyt gehabt und noch han zu den erbern Herrn dem Dechanten und dem capitel des ſtiftes *unſer fruuwen* zu den *Gredden* zu *Mentze* und auch umb dienſt und furderniſſe die ſie uns getan han und noch tun mogen zu zyten, ſo han wir yn den kirchſatz der kirchen des dorfes zu *Crüfftel* by *Hoveheim* by de me *Meine* gelegen in Mentzer biſchtum mit wolbedachtem mude und ſynnen wiſſentlichen und willechen gegeben und geben yn auch und irem ſtiffte den mit crafft dieſſes brieffes ummer eweclichen zu behaben und zu beſitzen mit allen rechten, friheiden, gewonheiden und zugehorde, als wir und unſere vorfarn convent und cloſter denſelbin kirchſatz bisher gehabt und von alder herbracht han, auch virzihen wir fur uns und unſer convent cloſter und alle unſre nachkommen uff denſelbin kirchſatz und uff alles das recht, das wir bisher darzu gehabt han wiſſentlichen willeclichin gentzlichin und gar und mit dieſem geinwirtigen briffe, und han geſatzet und ſetzen ſie fur uns und alle unſer nachkommen in den kirchſatz und in rechte ware ewige beſitzunge deſſelbin kirchſatzes mit crafft und macht unſer worte wercke und dieſſes brieffs und globin in guten truwen by

rechter warheit fur uns unſer convent und alle unſer nachkommen und cloſter widder die vorgeſchriben giffte virzihunge und alle andere vor und nachgeſchriben artikele ſtucke und poncte nummerme zu tun, noch ſchaffen darwidder werden getan in deheinewys mit worten odir wercken heimelichen odir uffinlichen mit gerichte odir ane gerichte, geiſtlichin oder werntlichin wie man die genennen odir erdencken mochte ane alle argeliſt und geverde, und des zu urkunde ſo han wir *Conrad* Probiſt unſer probiſtie und wir *Heinrich* Dechan und der convent vorgeſchriben unſers conventes groſen ingeſiegel an dieſen brieff gehencket und han wir *Conrad* Probiſt *Heinrich* Dechan und der convent des obegenannten cloſters unſer frauwenbergs by *Folde* gelegen gemeinlich mit gantzem ernſte und vliſſe gebeden den vorgenanten unſern erwirdigen in Gotte vatter und herren herrn *Fridrich* apt und die geiſtlichin herrn *Karln* Dechan und das capitel des vorgenannten ſtiftes zu *Folde* das ſie zu merer ſichirheid aller vorgeſchrieben ſtücke und artickele eweclichen ſtede und veſte zu halden und uns und alle unſere nachkommen zu beſagen ir ingeſigele zu den unſern an dieſen brieff hant gehangen und wir *Friederich* von Gottes gnaden Apt, *Karle* Dechan und das gemeine capitel des ſtifftes zu *Folde* vorgenannt bekennen uffinlichen und tun kunt allen lüden mit dieſſem brieffe das die egenannte gabe virzihunge und inſazunge und alle ander vorgeſchriben ſtücke artikel und poncte getan und geſcheen ſyn von dem vorgeſchriben probiſte Dechan und convent unſer frauwenbergs vorgeſchriben unſere untertanen mit

uu-

unſerm güten willen, unſerem rate, heiſſe und rechtem verhenckeniſſe und beſtedigen ſie auch ſo wir aller rechtiſte und beſte konnen mogen und ſollen, und des zu einer rechten warheid und merer ſichirheit ſo han wir *Friederich* von Gottes gnaden unſer aptie groſs ingeſiegel und wir *Karle* Dechan und das capitel unſers ſtifftes und capitels gros ingeſiegel durch bede willen der vorgenannten *Conrad* Probiſtes *Heinrich* Dechans und des conventes gemeinlichen unſer Frauwenberge vorgenant unſer untertanen by ire ingeſigele an dieſſem brieff gehencket, der gegeben wart da man zalte nach Chriſtus geburt drutzehenhundert jar und nün und achczig jar uff des *heilgen cruzes* tag als es herhaben wart.

XXII.

Mandatum pro capienda poſſeſſione parochiæ in Crüfftel.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo triceſimo octavo indictione prima die vero Martis ſexta decima menſis Aprilis pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dni *Eugenii* divina providentia Pape quarti anno octavo in mei notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum preſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis vir Dominus *Bernhardus Wolmerthuſen* paſtor parochialis eccleſie in *Crüftel* Mag. dioc. omnibus melioribus modo & forma quibus melius & efficacius potuit & debuit matura delibratione ut dixit prehabita omnia & ſingula occaſione impetrationis certarum literarum à venerabilibus & circumſpectis viris Dominis Decano & capitulo eccleſie *beate Marie* ad *gradus* Magunt. dicte

paſtorie collatoribus & alia quecunque ratione & occaſione ipſius paſtorie per honorabilem virum magiſtrum *Henricum Grimar* Canonicum eccleſie ſancti *Severi* Erfforden. dicte dioceſis que nomine ipſius Domini *Bernhardi Wolmerthuſen* paſtoris facta acta dicta geſta ſeu procurata fuerint ratificavit, approbavit & collaudavit ac ea rata atque grata expreſſe habuit ac ſe habere velle dixit & nichilominus omnibus melioribus modo & forma premiſſis quibus potuit & debuit fecit conſtituit creavit & ſolemniter ordinavit ſuos veros certos legitimos & indubitatos procuratores actores factores negotiorumque ſuorum geſtores ac nuntios ſpeciales & generales ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget nec e contra, videlicet providos & diſcretos viros dominos *Henricum Roſt* beate Marie ad *gradus* Magunt. predicte, *Theodericum Renboge* ſancti *Albani* extra muros Magunt. perpetuos vicarios & *Conradum Raſons* de *Gudensberg* laicum dicte dioc. abſentes tanquam preſentes & eorum quemlibet in ſolidum, ita quod non ſit melior condicio occupantis nec deterior ſubſequentis ſed quod unus eorum incepit alter eorundem id proſequi valeat mediare & finire ad dicti domini conſtituentis nomen & pro eo ſe ad dictam paſtoriam per predictos dominos collatores vel quemcunque alium ad hoc poteſtatem habentem inveſtiri ſeque in corporalem realem & actualem poſſeſſionem ipſius paſtorie juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem induci recipi & ut moris eſt induci petendum & faciendum nec non ipſam poſſeſſionem cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis arreptandum capiendum adipiſcendum nanciſcendum

manu-

manutenendum regendum & gubernandum & ipſam paſtoriam in divinis laudabiliter deſervire faciendum, fructus quoque redditus & proventus ex dicta paſtoria provenientes à quibuscunque debitoribus levandum petendum extorquendum & recipiendum ipſosque & ipſam quibuscunque honeſtis perſonis dandum concedendum & ad firmam ſeu continuam penſionem tradendum & locandum de habitis quoque & receptis finem & pactum de ulterius nil petendo faciendum & *pro* premiſſis omnibus & ſingulis ſi neceſſe fuerit in quacunque curia tam eccleſiaſtica quam ſeculari coram quibuscunque Dominis judicibus eccleſiaſticis vel ſecularibus quacunque auctoritate fungentibus pro ipſo domino paſtore & ejus nomine comparendum & agendum ipſumque & ejus jus defendendum litem ſeu lites conteſtandum libellum ſeu libellos & quascunque ſummarias petitiones dandum & recipiendum, darique & recipi videndum, de calumpnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & ſingulis capitulis in & ſub calumpnie juramento contentis & quocumque alterius generis licitum & honeſtum juramentum in animam ipſius domini conſtituentis preſtandum ponendum & articulandum ponique & articulari videndum & quoscunque alios terminos de jure vel conſuetudine ſervari ſolitos & conſuetos ſervandum & obtinendum, ſententiam & ſententias tam interlocutorias quam diffinitivas ferri & promulgari petendum & obtinendum & ab ea ſeu eis ex quocumque alio gravamine appellandum & provocandum, appellationes & provocationes ſuas publicandum inſinuandum & notificandum, unum quoque vel plures

pro-

procuratorem ſeu procuratores loco ſui & cuilibet ipſorum ſubſtituendum eumque vel eos revocandum & onus procuratorium hujusmodi in ſe reaſſumendum totiens quotiens ipſis ſeu eorum alteri viſum fuerit expedire; & generaliter omnia alia & ſingula faciendum que in premiſſis neceſſaria fuerint ſeu etiam quomodolibet oportuna & que ipſemet dominus paſtor & conſtituens faceret ſive facere poſſet ſi premiſſis omnibus & ſingulis preſens & perſonaliter intereſſet etiam ſi talia forent, que mandatum exigerent magis ſpeciale quam preſentibus eſt expreſſum. Promittens nichilominus idem dominus paſtor ſe ratum gratum atque firmum perpetuo habiturum totum id & quicquid per dictos ſuos procuratores actum dictum geſtum procuratumve fuerit in premiſſis & quolibet premiſſorum relevansque & relevare volens dictos ſuos procuratores & eorum ſubſtitutos ab omni onere ſatisdandi judicio ſiſti & judicatum ſolvi ſub obligacione & ipotheca omnium bonorum ſuorum preſentium & futurorum. Super quibus omnibus premiſſis dictus dominus paſtor petiit ſibi & dictis ſuis procuratoribus fieri unum vel plura publicum ſeu publica inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta ſunt hec *Fritzlarie* in collegiata eccleſia ſancti *Petri* anno, indictione, die, menſe & pontificatu premiſſis preſentibus providis viris domino *Johanne Nebelung* dicte eccleſie vicario presbitero & *Henrico May* clerico Magunt. dioc. teſtibus ad premiſſa rogatis ſpecialiter & vocatis.

Et ego *Johannes Roder* de *Fritzlaria* clericus Mag. Dioc. publicus Imperiali auctoritate Notarius quia pre-

predictorum ratificationi & approbationi, procuratorum conſtitutioni & ordinationi poteſtatis traditioni, promiſſioni & relevationi omnibusque premiſſis dum ſicut prefertur fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi, ideoque hoc preſens inſtrumentum manu mea propria ſcriptum exinde confeci & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium premiſſorum.

XXIII.

Officialis prepoſiture eccleſie ſancti *Petri* extra muros Magunt. Nobis in Chriſto dilectis Archipresbytero & camerario ſedis *Eſchborn* ceterisque plebanis & divinorum rectoribus nobis ſubjectis & preſertim plebano in *Crüfftel* ſalutem in Domino ſempiternam. Cum ad parochialem eccleſiam in *Crüfftel* Mag. Dioc. vacantem ad preſens per obitum quondam domini *Johannis Raſoris* ultimi ipſius eccleſie poſſeſſoris honorabilis vir *Bernhardus Wolmerthuſen* Canonicus eccleſie ſancti *Petri* Fritzlarienſis dicte Mag. Dioc. per venerabiles & circumſpectos viros Dominos *Wigandum* Decanum & capitulum eccleſie beate *Marie ad gradus* Maguntin. ad quos preſentatio ſeu jus preſentandi ad dictam eccleſiam vacationis tempore perſonam ydoneam ad dictos dominos pleno jure dinoſcitur pertinere prout hec & alia in ipſis litteris preſentationis plenius habentur & continentur, ſupplicantes una cum eodem preſentato quatenus ipſum preſentatum ad dictam eccleſiam prout ad noſtrum ſpectare dinoſcitur officium,

Inveſtitura ſuper dicta eccleſia.

inveſtire dignaremur, ipſumque decreta proclamatione premiſſa cum ejusdem proclamationis termino nullus coram nobis comparuit oppoſitor ſeu contradictor diſcretum virum dominum *Henricum Roſt* perpetuum vicarium eccleſie beate *Marie* ad *gradus* Magunt. procuratorem procuratorio nomine honorabilis viri domini *Bernhardi Wolmerthuſen* de cujus procurationis mandato nobis conſtabat legitimis documentis. Quapropter eundem dominum *Henricum* procuratorem in perſonam dicti Dni *Bernhardi* decrevimus inveſtiendum ac per libri tradicionem quem in noſtris tenebamus manibus tenore preſentium inveſtimus mandantes vobis & in hys ſcriptis committentes quatenus eundem Dominum *Henricum* procuratorem per nos inveſtitum ut premittitur in & ad dicte eccleſie poſſeſſionem ducentes corporalem facientesque ſibi de fructibus redditibus juribus & obventionibus ejusdem integre reſponderi adhibitis circa hec ſolemnitatibus debitis & conſuetis. Datum & actum ſub anno à nativitate Dni milleſimo quadringenteſimo triceſimo octavo noſtri ſubofficialatus officii ſigillo preſentibus appenſo die nona menſis Maji.

XXIV.

Ordinatio circa competentiam parochi in Crüfftel.

In nomine Domini amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo, indictione quinta decima, die vero Veneris octava menſis Martii hora prima poſt meridiem vel quaſi pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Sixti* divina providentia Pape quarti anno undecimo coram venerabili viro Domino *Conrado Kunkell*

kell eccleſie ſancti *Petri* extra muros Maguntin. canonico & officiali prepoſiture dicte eccleſie *S. Petri* in mei notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum preſentia perſonaliter conſtituti venerabilis vir Dominus *Bertoldus de Lorich* decretorum doctor dicte *S. Petri* & *B. Marie Virginis ad gradus* Maguntin. eccleſiarum canonicus pro ſe & venerabilibus Dominis Decano & capitulo dicte eccleſie beate *Marie ad gradus* & eorum nominibus ex una & honorabilis Dominus *Petrus Addeln* plebanus in *Crüfftel* partibus ex altera aſferens & exponens idem Dominus *Bertoldus* de *Lorich* decretorum doctor prefatos Dominos Decanum & capitulum beate *Marie ad gradus* Magunt. ipſum deputaſſe & ordinaſſe ad perficiendum & conſummandum ſive concordandum certas lites ſive differentias preteritis temporibus inter eosdem Dominos Decanum & capitulum beate Marie virginis & prenominatum Dominum *Petrum Addell* plebanum in *Crüfftel* ſive etiam ipſius predeceſſores exortas, volentes itaque ipſi Domini *Bertoldus* doctor & *Petrus Adell* uti plebanus in *Crüfftel* ut aſſeruerunt & quilibet eorum aſſeruit de & ſuper omnibus & ſingulis differentiis, litibus, controverſiis atque rixis inter eodem Decanum & capitulum & predeceſſores ipſius Domini *Petri Addell* de & ſuper plebania in Crüfftel forſitan preteritis temporibus quomodolibet exortis rebusque aliis tunc expreſſis & illius occaſione quantum juris fuerit finem imponere litium evitare anfractus & ſe ad concordiam ſeu amicitiam veram atque ſinceram reducere non vi neque coacti atque ſeducti aut aliqua alia ſiniſtra machinatione circumventi ſed ex eorum certis & ſponta-

neis voluntatibus omnibus melioribus via jure cauſa & forma quibus potuerant & debuerant concordarunt, convenerunt atque pepigerunt atque omnes ulteriores diſcordias lites atque rixas ratione & occaſione dicte plebanie in *Crüfftel* quomodolibet exortas ſedare evellere & ſuffocare penitus & in toto cum omnibus & ſingulis ſuis emergentibus & connexis prout & quemadmodum in quadam papiri cedula per me notarium infra ſcriptum ibidem de verbo ad verbum perlecta plenarie continetur & habetur; cujus quidem papiri cedule tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis: Officialis nobilis ac generoſi viri Domini *Henrici Ruſs* de *Plauwe* prepoſiti eccleſie *ſancti Petri* extra muros Magunt. predicte ad futuram rei memoriam. Inter ceteras curas nobis creditas potior noſtra eſt ſollicitudo ad ea, que in divine laudis augmentum congruamque & debitam ſuſtentationem perſonarum in ſortem divini miniſterii preſertim ad regimen parochialium eccleſiarum & curam animarum vocatarum vergere & litium anfractus rixas & diſcordias in futurum inter illas ſuſcitandas amputari atque è medio tolli atque pacem & tranquillitatem inter ipſas concipere veriſimiliter conſpicimus, vires quoque noſtros eo libentius impendimus, quo id convenientius comperimus ordinandum. Sane intelleximus diverſas querelas à plebanis ſive perpetuis vicariis eccleſie parochialis ville *Crüfftel* Mag. dioc. ad aures predeceſſorum noſtrorum preteritis temporibus deveniſſe, quod licet eadem eccleſia parrochialis, que cum omnibus juribus & proventibus ſuis eccleſie beate *Marie ad gradus* Maguntin. ymo verius illius cottidianis diſtributio-

butionibus auctoritate apoſtolica unita & incorporata exiſtat, cujus fructus redditus & proventus tanti ſint valoris, quod venerabiles Domini Decanus & capitulum nomine preſentie dicte eccleſie beate Marie pro tempore plebano ſive perpetuo vicario prefate eccleſie parochialis in *Crüfftel* pro congrua ipſius ſuſtentacione & decenti ſtatu debitam portionem aſſignare poſſent, ut ipſe plebanus ſuam perſonalem reſidentiam, ad quam in eadem eccleſia continuo tenetur eo commodius continuare & adimplere, epiſcopalia & archidiaconalia jura ſolvere & alia incumbentia ſibi onera ſupportare valeat; ipſi tamen Domini Decanus & capitulum id hucusque facere diſtuliſſent atque recuſaſſent, quamvis ſepius deſuper requiſiti, quodque etiam ex adverſo memorati domini Decanus & capitulum allegaſſent, qualiter eo tempore, quo predicta unio & incorporatio facte fuerant plebano ſeu perpetuo vicario predicte parochialis eccleſie in *Crüfftel* pro congrua illius ſuſtentatione & decenti ſtatu ſufficienter fuerit proviſum, videlicet in quinque manſis terre arabilis, duobus agris vinearum certis pratis & aliquibus cenſibus pecuniarum ac decimis minutis de vitellis, ancis & pullis ibidem cedentibus illi aſſignatis, de quibus nec non de offertoriis & votivis ipſius eccleſie quam plures perpetui vicarii ſive plebani ibidem fuiſſent contenti, ita quod ipſi Decanus & capitulum ad aliquam majorem competentiam aſſignandam non tenerentur, nos vero ex officii noſtri debito, ad inſtantiam predictorum Decani & capituli & *Petri Adelli* moderni plebani ſive perpetui vicarii predicte eccleſie parochialis requiſiti, volentes hujusmodi que-

relis & altercationibus & majoribus insolenciis, que in futurum verisimiliter ex illis oriri possent, finem imponere, nec non plebano sive perpetuo vicario predicte parochialis ecclesie in *Crüfftel* pro tempore existenti de competenti portione providere, ac alia ordidinare, que inter partes predictas equitatem, pacem & tranquillitatem conservare possunt maxime ut plebanus sive perpetuus vicarius predicte ecclesie parochialis pro tempore suam personalem residentiam, ad quam in predicta ecclesia continue tenetur, eo commodius continuare & adimplere, episcopalia & archidiaconalia jura solvere & alia sibi incumbentia onera supportare valeat, propterea de dictorum dominorum Decani & capituli ecclesie beate Marie ad gradus Maguntin. ac *Petri Adelln* moderni plebani sive perpetui vicarii in predicta parochiali ecclesia in *Crüfftell* scito, voluntate & expresso consensu, auctoritate nostra qua fungimur in hac parte, statuimus & ordinamus tam a prefatis dominis Decano & capitulo quam à *Petro Adelln* moderno plebano sive perpetuo vicario predicte parochialis ecclesie & eorundem ex utraque parte pro tempore successoribus perpetuis futuris temporibus ratum gratum & firmum observandum prout id etiam ab ipsis prefata auctoritate inconcusse observari volumus precipimus atque mandamus, quod deinceps singulis annis perpetuis futuris temporibus ipse *Petrus Adelln* modernus plebanus sive perpetuus vicarius predicte ecclesie parochialis in *Crüfftel* & ipsius pro tempore in eadem successores ultra suprádictam quotam ipsis ut premittitur olim pro competentia assignatam percipere sublevare & habere debent tertiam partem

deci-

decime vinorum, integram decimam feni, decimam herbarum ſive olerum & fructuum ex arboribus infra limites predicte eccleſie parochialis in *Crüfftel* exiſtentium, nec teneri ad ſolucionem decimarum de predictis quinque manſis terre arabilis, duobus agris vinearum vel aliarum vinearum ad dotem ſpectantium & pratorum ab olim perpetuo vicario ibidem pro quota ſive competentia aſſignatorum, ſed hujusmodi decimas de dictis quinque manſis dummodo tamen & quamdiu illas per ſe vel alium ſuis expenſis ſive ſtipendiis coluerit, nec non decimas de duobus agris vinearum & de pratis ſibi aſſignatis libere & integre reſervare ſine omni contradictione & impedimento memoratorum dominorum Decani & capituli & ipſorum ſucceſſorum atque cottidianarum diſtributorum predicte eccleſie *beate Marie*. Omnes vero alias decimas quorumcunque bladorum & duas partes decime vinorum infra limites predicte eccleſie parrochialis provenientium preſatis cottidianis diſtributionibus eccleſie *beate Marie* reſervatas eſſe volumus. In recompenſam vero prefate copioſe competentie plebano ſive perpetuo vicario predicte parochialis eccleſie parochialis in *Crüfftell* per nos ut premittitur ita aſſignate, ne prefati Domini Decanus & capitulum ymo verius cottidiane diſtributiones in ipſa eccleſia beate Marie que preſentie nuncupantur per nimium graventur, pariformiter ſtatuimus & ordinamus de conſenſu predicti *Petri Adell* moderni plebani ſive perpetui vicarii in predicta eccleſia parochiali, quod ipſe ex nunc & ipſius in eadem eccleſia ſucceſſores plebani ſive perpetui vicarii perpetuis futuris temporibus ſuis expenſis

pro-

Digitized by Google

providere debent communitati ville *Crüfftell* de animalibus que faſelfiehe vulgariter dicuntur & illa diſponere & his ſumptibus nutrire ita quod incole ibidem de illis querulare non habeant, quemadmodum ipſius anteceſſores in predicta eccleſia de illis etiam providere & diſponere obligati fuerunt atque etiam in domo dotis ſue ordinare, torcular pro vino duarum partium decimarum vinorum ibidem ad cottidianas diſtributiones ſpectantium torculando & illud in bona & debita ſtructura ſervare ac cum opus fuerit reparare ſine omni prefatarum cottidianarum diſtributionum contributione damno & impedimento nec non eorundem Dominorum Decani & capituli ymo verius cottidianarum diſtributionum hujusmodi officiatum & familiam ad colligendum decimas vinorum & bladorum hujusmodi annis ſingulis autumnali & meſſium temporibus in eadem domo dotis ſue voluntarie ſine repulſa & dedignatione expenſis preſentie hoſpitari honeſte & decenter locari atque tractari. Qua quidem papiri cedula ſicut premittitur per me notarium infra ſcriptum perlecta ſtatim & in continenti prelibati Domini *Bertoldus de Lorich* ſuo & dictorum Dominorum Decani & capituli eccleſie beate *Marie ad gradus* Magunt. nominibus & *Petrus Adell* alter partim hujusmodi nomine ſuo proprio uti pro nunc plebanus in *Crüfftell* hujusmodi cedulam cum omnibus ſuis clauſulis atque capitulis ac punctis ratificarunt, laudarunt & approbarunt & quilibet eorum nominibus quibus ſupra ratificavit, laudavit & approbavit ſtipulatione manuali loco juramenti michi notario infra ſcripto ſuper hoc libere per quemcunqne ipſorum in manibus

meis

meis tradita, & hec omnia prout preſcribuntur preſatus Dominus *Bertoldus* Doctor ut aſſeruit premiſſa fuiſſe & eſſe de mente & voluntate dictorum Dominorum Decani & capituli beate *Mariae Virginis ad Gradus* Magunt. quodque prelibati Domini Decanus & capitulum ejusdem eccleſie beate Marie ad Gradus ipſum ad premiſſa faciendum & perficiendum diſpoſuiſſent & ordinaſſent & ita nomine dictorum Dominorum omnia & ſingula ſicut premittitur geſta & facta ratificavit & approbavit & in perpetuum per Dominos ſuos ſervari debere publice & expreſſe dixit & allegavit omni fraude & dolo exceptionibus quibuscumque ſemotis & excluſis. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras litteras ſive preſens publicum inſtrumentum hujusmodi noſtram concordiam in ſe continentem ſive continens exinde fieri & per Notarium publicum ſcribamque noſtrum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus noſtrique ſigilli officialatus juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & actum *Maguncie* in curia habitationis dicti Domini *Bertoldi Lorich* decretorum Doctoris *zum bauern* vulgariter nuncupata, ſub anno indictione die menſe hora & pontificatu quibus ſupra, preſentibus ibidem venerabili & diſcreto viris Domino *Hermanno Erckell* ſepedicte eccleſie *S. Petri* extra muros Magunt. Canonico & *Henrico Piſtoris* de *Hoeſt* Clerico Mag. Dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et ego *Johannes Quaedheyn* clericus Maguntinus publicus ſacra Imperiali auctoritate notarius cauſarum-

ſarumque coram prefato Domino officiali ſcriba, quia predicte cedule exhibitioni lectioni ejusdem ſtipulationi atque promiſſioni omnibusque aliis & ſingulis premiſſis dum ſic ut premittitur una cum prenominatis teſtibus preſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, idcirco hoc preſens publicum inſtrumentum manu mea propria fideliter ſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.

XXV.

Præſentatio ad parochiam in Crüfftel.

Venerabili viro Domino Prepoſito eccleſie *ſancti Petri* extra muros Maguntin. aut ejus officiali ſeu locum tenenti Decanus & capitulum eccleſie beate *Marie ad Gradus* Maguntin. quidquid poterimus reverencie & honoris. Vacante ex nunc vicaria perpetua eccleſie parochialis ville *Crüfftel* Mag. Dioc. ex obitu quondam honorabilis Domini *Hartmanni Schorkopp* noviſſimi poſſeſſoris ejusdem perpetue vicarie cujus preſentacio ſeu jus preſentandi ad nos pleno jure pertinere dinoſcitur, honorabilem virum Dominum *Johannem Ruwe* presbiterum Maguntinum de vita & morum honeſtate plurimum commendatum ad predictam perpetuam vicariam tanquam abilem & ydoneum vobis duximus preſentandum, nec non in Dei nomine preſencium per tenorem preſentamus eundem ſupplicantes una cum eodem preſentato quatenus ipſum preſentatum ad predictam perpetuam vicariam inveſtire & inſtituere ſibique de fructibus redditi-

ditibus & juribus ejusdem perpetue vicarie reſponderi mandare dignemini, ſalvis tamen emolumentis & juribus nobis & preſencie eccleſie noſtre in predicta parochiali eccleſia reſervatis & aſignatis. In teſtimonium premiſſorum ſigillum capituli noſtri, quo ad cauſas utimur, preſentibus duximus appendendum. Datum & actum in capitulo noſtro *Maguncie* propterea celebrato die Jovis prima menſis Julii anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono.

§. V.

Item eadem die in veſperis in ſuperiore Lyterbach. *Commiſſarii ibi habebunt unam procurationem ſolemnem. It. univerſitas ibidem dat duas libras hll., duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori & tria maltera avene. Item pro more ibidem dant duos florenos, duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. Item quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. It. ibidem eſt una mola habens duas rotas. It. univerſitas in* ſuperiori Lyterbach *dat duas libr. hll. unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori & duo octalia avene. Item pro more ibid. dant triginta ſoll. & unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori & eſt una filia.*

Item ipſa die Decollationis S. Johannis in Monſter Lyderbach *hora miſſe. Commiſſarii ibi habebunt duas procurationes ſolemnes à decimatoribus ſcilicet veſpere & mane. It. univerſitas duas dat libras hll. duo quartalia vini, duos groſſos ſcriptori & unum malterum avene. Item pro more ibidem dans duos*

florenos, duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. It. ibidem eſt una mola tres habens rotas.

Anno MCLIX *Arnoldo* ſedem Archiepiſcopalem Moguntinam tenente collegium *S. Stephani* eccleſiam in *Münſter Liderbach* vindicat *Joan. T. 2. p. 419.*

Item eadem die in veſperis in Fiſchbach. *Commiſſarii habebunt duas procurationes hucusque ſolitas ſcil. veſpere & mane. It. univerſitas ibidem dat unam libram hll. & unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori & unum malterum avene. It. una mola eſt ibidem.*

Sequenti die hora miſſe in Born. *Commiſſarii habebunt ibi duas procurationes dari conſuetas ibidem. Item univerſitas ibidem dat duas libras hll. unum quartale vini, unum groſſum ſcriptori & unum octale avene & colligitur ita, quod quelibet domus dat duos cumpos & campanator colligit ibidem. Item pro more ibidem dant duos florenos, unum quartale vini, & unum groſſum ſcriptori, It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. It. una mola eſt ibidem.*

Item eadem die in veſperis in Goisbach. *Ibi nulla eſt procuratio, nec dabunt cathedraticum, quia filia eſt* Born. *Item univerſitas ibidem dat triginta ſoll. & unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori.*

An. MCXCVI *Conradus* Arch. Mog. *Gosbach* filialem parœciæ *Brunnenſis* in parochialem ſub certis modis erigit. *Joann. Tom. 2. p. 525.* Eccleſia in *Brunnon* juſſu *Willigiſi* conſtructa & à *Stag-*

gone

gone Danorum Epiſcopo conſecrata ſic determinatur: à fonte fluvii *Wilene* & ſic fluvium deſcendendo usque ad eum locum, qui vulgo dicitur Lach, ubi predia *Hartmanni* & *Baganhardi* finiunt & ſic in fluvium, qui dicitur *Scanwilina* & eundem fluvium aſcendendo ad eum locum, ubi predia *Cuononis* Ducis & *Hartmanni* invicem ſeparantur & inde usque in medium montem *Veltberc* ad eum lapidem, qui vulgo dicitur lectulus *Brunnihilde* & ſic viam quandam usque ad *Esgeneſtruot* ubi *Ronebach* rivulus oritur & inde per medium montem *Bondenhart* & ſic in finem ejusdem montis usque ad eum locum, ubi ſcamna ſunt poſita & à ſcamnis usque in illum montem, qui dicitur *Wazzonis mons* & inde in fontem, qui dicitur *Belebrunnon* & ſic in rivulum qui dicitur *Buochbach* ac totum predium *Beroldi* in loco qui dicitur *Laresbach* & ſic deſcendendo in fluvium qui dicitur *Bruofdera* & eum fluvium deſcendendo usque ad eum locum, ubi *Duosna* influit & illud flumen aſcendendo usque in ejus fontem & à fonte *Duosne* fluvii in plateam que de *Wiſebadon* tendit in *Logenahi* & ſic per eam plateam usque ad eum locum qui dicitur *pfal* & ſic in *pfal* in circuitu usque ad fontem *Wilene* fluvii predicti, vid. *Joan. T. 2. pag.* 514.

Ex hoc corrigenda eſt *nota* * 3. in diplomate Gudeniano Tom. 1. pag. 267. occurrens, quæ eccleſiam *Aldenburc* ponit in præfectura *Alsfeld*; nam *Altenburg*, *Aldenburc vetus caſtrum*, de quo ibi quæſtio, ſitum eſt in Archidiaconatu *S. Petri*, in parochia *Brunnen*. Anno MCCLXXVI III kalendas Februarii Abbas S. Albani eccleſiam *Aldenburg ve-*

tus caſtrum donavit ſanctimonialibus in *Walestorff* teſtante charta apud *Joann. T. II. pag.* 765.

Ipſa die S. Paulini hora miſſe in Seelbach. *Commiſſarii ibi habent duas procurationes dari conſuetas ibidem ſcilicet veſpere & mane valde decentes. Item univerſitas ibidem dat viginti hll. & tres ſaccos avene. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant pro more ibidem. It. quatuor mole ſunt ibidem & quelibet mola dat unum groſſum & nullum capponem pro nunc.*

Item eadem die in veſperis in Nieroth. *Ibi nulla eſt procuratio, & ſcabini volunt habere unum quartale vini pro juribus eorum. It. univerſitas ibidem dat duodecim ſoll. & groſſum ſcriptori & ſeptem minas avene. Item pro more ibidem dant duodecim ſoll. & unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem.*

Item ipſa die S. Egidii confeſſoris hora miſſe in Bremmenthal. *Commiſſarii ibi habent duas procurationes ſolemnes dari conſuetas ibidem. Item univerſitas ibidem dat decem ſoll. unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant decimatores ibidem. It. nota de molis in* Eppenſtein. *It. mola* Cerdonis *dat unum ſoll.*

An. MCCCCLXVI. *Adolphus* Arch. Mog. ad inſtantiam *Eberhardi* de *Eppenſtein* eccleſiam parochialem B. M. V. prope *Königſtein* & capellam *S. Antonii* extra muros Eppenſteinenſes ſupprimit ac extinguit, easque in collegiatam erigit ad inſtar domorum *Fontis ſal., Weidenbach* & *vallis S. Mariae* in *Rhingavia.* Novo huic collegio cura animarum commiſſa eſt, quin

tamen

tamen ejusdem presbyteri aut familia juribus archidiaconi ſubjiceretur, *Gud. T. IV. p.* 386.

XXVI.

Altaria in Epſtein incorporantur collegio in Königſtein.

Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Decet ex benigno ſedis Apoſtolice provenire ſubſidio, ut perſonis eccleſiaſticis preſertim ſtudio pie vite vacantibus, ne rerum premantur inopia, proviſionis ſuccurratur gratia congruentis; exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prepoſiti & capituli eccleſie *beatae Mariae* prope *Königſtein* Mag. Dioc. petitio continebat, quod dicta eccleſia tunc parochialis pro divini cultus augmento ac ex certis aliis rationalibus tunc expreſſis cauſis in collegiatam eccleſiam ſub certo numero ſacerdotum & clericorum in communi viventium noviter canonice eſt erecta & ipſi Prepoſitus & capitulum de fructibus, redditibus & proventibus menſe capitularis dicte eccleſie nequeunt commode ſuſtentari; verum ſi *ſancti Antonii* in dicta eccleſia, cujus quatuor, & ejusdem *ſancti Antonii* & *S. Petri* in capella dicti ſancti *Antonii* prope *Eppenſtein* ſita duo altaria, quorum quatuordecim marcharum argenti fructus, redditus & proventus ſecundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, & que de jure patronatus quondam *Eberhardi* Baronis de *Eppenſtein* & Domini in *Königſtein* dicte dioceſis extiterunt, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis dicte menſe unirentur, annecterentur & incorporarentur, ex hoc ipſi Prepoſitus & capitulum aliquale ſuſciperent relevamen; quare pro parte Prepoſiti &

capi-

capituli eorundem aſſerentium, quod altaria predicta, que ſine cura ſunt, ex premiſſis cauſis vigore litterarum felicis recordationis *Pauli* P.P. ſecundi predeceſſoris noſtri, etiam ad ſupplicationem dicti Baronis, in cujus dominio dicta eccleſia conſiſtit, predicte menſe unita fuerunt, quodque adhuc ſubſunt cauſe unionis antedicte, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut altaria predicta cum omnibus juribus & pertinentiis ſupra dictis eidem menſe de novo perpetuo annectere & incorporare de benignitate Apoſtolica dignaremur; nos itaque, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum valorem ſecundum extimationem predictam tam beneficii uniendi, quam illius cui uniri peteretur, alioquin unio non valeret; & ſemper in unionibus fieret commiſſio ad partes, vocatis quorum intereſſet; fructuum reddituum & proventuum menſe hujusmodi verum valorem annum pro expreſſo habentes, eidem menſe auctoritate Apoſtolica in perpetuum unimus, annectimus & incorporamus, ita quod cedentibus vel decedentibus modernis ipſorum altarium rectoribus ſeu illa alias quomodolibet dimittentibus, liceat ipſis Prepoſito & capitulo per ſe vel per alium ſeu alios corporalem poſſeſſionem altarium juriumque & pertinentiarum predictarum auctoritate propria libere apprehendere & predictos illorum fructus, redditus & proventus in ſuos & dicte menſe uſus & utilitatem convertere, dioceſani loci & cujuscunque alterius licentia ſuper hoc minime requiſita; non obſtantibus voluntate predicta ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec

non

non dicte ecclesie statutis & consuetudinibus, juramento, confirmatione apostolica vel quacumqne firmitate alia roboratis, contrariis quibuscunque, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus specialis vel generalis predicte sedis vel legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem & decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras & processus habitos per easdem & quecunque inde secuta ad dicta altaria volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad affecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis ac litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet aut differi, & de quibus quorumque totis temporibus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem, quod propter unionem, annexionem & incorporationem hujusmodi dicta altari a debitis non fraudentur obsequiis, sed illorum onera consueta congrue supportentur; & insuper ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre unionis, annexionis, incorporationis & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum

Romae apud *S. Petrum* anno incarnationis dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, ſeptimo idus Novembris, pontificatus noſtri anno quinto.

XXVII.

Inſtitutio rectoris diſtaneo collegiatæ.

In nomine Domini noſtri *Jeſu Chriſti* amen. Tenore preſentis inſtrumenti publici pateat evidenter, quod anno a nativitate ejusdem Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, indictione quinta decima, die autem Jovis, ſexta decima menſis Julii, hora veſperarum vel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Dni *Pauli* divina providentia Pape *ſecundi* anno tertio, in mei notarii publici & teſtium infra ſcriptorum preſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis & devotus vir dominus *Joannes* de *Berlyn* rector domus clericorum *zo Wydembach* in *Colonia*, omnibus melioribus modo, via, jure, cauſa, ſtilo, forma & ordine quibus melius & efficacius potuit & debuit, tam ſuo proprio, quam aliorum rectorum colloquii monaſterienſis, ut aſſeruit, nominibus in vim & vigorem certarum litterarum apoſtolicarum & proceſſuum deſuper fulminatorum honeſtum & devotum Dominum *Henricum* de *Tulpeto* presbyterum ſeu fratrem domus *zo Wydembach* prefate ibidem preſentem ac ut apparuit conſentientem & acceptantem in rectorem nove congregationis collegialis & olim parochialis, eccleſie beate Marie in oppido *Königſtein* Mog. dioc. ordinaria primo & de poſt apoſtolica auctoritatibus in collegialem eccleſiam erecte & inſtitute, inſtituit, ordinavit, & deputavit,

dans

dans & concedens eidem plenam & omnimodam poteſtatem per auctoritatem atque mandatum ſpeciale, illic perſonas idoneas in confratres juxta & ſecundum tenorem & continentiam litterarum apoſtolicarum & proceſſuum deſuper fulminatorum prefatorum congregandi, colligendi & recipiendi atque cum eisdem dictam novam congregationem fratrum communiter ad inſtar domus *zo Wydembach* pretacte vivere cupientium ibidem inchoandi, continuandi & regendi & generaliter omnia alia & ſingula faciendi, dicendi, gerendi & exercendi, que in premiſſis & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet opportuna, ſalva tamen atque retenta & reſervata ſibi & aliis rectoribus prefatis plenaria & omnimoda poteſtate & authoritate eandem antedictam novam congregationem ſeu eccleſiam collegialem viſitandi & corrigendi, prefatumque Dominum Henricum rectorem, ut prefertur, inſtitutum, ac alios rectores & fratres ibidem ſucceſſive inſtituendos & quomodolibet aſſumendos, juxta & ſecundum ſtatuta & conſuetudines colloquii monaſterienſis predicti hactenus inconcuſſe obſervata deſtituendi & confirmandi, ipſumque vel alium quemcunque idoneum de novo inſtituendi & deputandi totiens quotiens & quando ſibi placuerit & viſum fuerit expedire, de quo ſolenniter & expreſſe proteſtabatur. Super quibus omnibus & ſingulis premiſſis ipſi hinc inde domini Johannes inſtituens & Henricus inſtitutus me notarium publicum infra ſcriptum requiſierunt, quatenus ipſis deſuper conjunctim vel diviſim unum vel plura publica conficerem in meliore forma inſtrumenta. Acta ſunt hec in domo ſeu curia

venerabilis Domini et magiſtri *Henrici de Verpena* decretorum doctoris, canonici et theſaurarii collegiate eccleſie *ſancti Severini* Colonienſis infra emunitatem ejusdem eccleſie ſituatis, ſub anno, indictione, menſe, die, hora et pontificatu quibus ſupra. Preſentibus ibidem eodem magiſtro *Henrico* et honorabili domino et magiſtro *Gabriele Byel* in ſacra theologia licentiato presbytero predicte Maguntinenſis dioceſis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego *Johannes Wernher de Borgentryke* clericus Paderburn. dioc. publicus ſacra imperiali auctoritate et in dioceſi Colonienſi ordinaria admiſſione approbatus notarius &c. &c.

XXVIII.

Juramentum fratris neo recepti.

Ego *Nicolaus* frater domus *beatae Mariae in Königſtein* juro, quod ſtatum communis vite clericorum ſub noſtro generali capitulo domorum Almannie ſuperioris, ad quam receptus ſum et communitatem in eodem ſub noſtro generali capitulo non mutabo, neque deſeram, niſi per profeſſionem religionis approbate in aliquo conventu, in quo viget obſervantia regularis. Sic me Deus adjuvet et ſanctorum evangeliorum conditores. Salva tamen auctoritate generalis capituli predicti in caſſando, relaxando et limitando votum ſupra dictum.

XXIX.

Receptio ad collegiatam in Königſtein.

Inſtrumentum *Antonii de Remich* et *F. Joannis Tonſoris de Pingwia* wie ſie in der chorherrn hus angenommen,

In

In nomine Domini amen. Anno à nativitate ejusdem MCCCCLXXVII. indictione X. pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et Domini noſtri Dni *Sixti* divina providentia *Pape IV.* anno ejus VII die vero *Saturni* XII menſis Novembris, hora nona vel quaſi in domo habitationis vel capituli fratrum eccleſie *S. Marie in Königſtein* Mag. dioc. in venerabilium dominorum *Henrici* prepoſiti ſive rectoris, ceterorumque fratrum canonicorum predicte eccleſie *S. Marie* ad hoc capitulariter congregatorum meique notarii publici *Antonius de Remich* et *Joannes de Pingwia* clerici in fratres ejusdem domus *S. Marie* recipi et admitti petierunt humiliter, qui ſic ab eisdem dominis juxta ſtatuta et ordinationes ejusdem domus in antea ipſis publicata et lecta in perpetuos fratres dicte domus *S. Marie* à prefatis prepoſito et confratribus pure propter Deum recipi et admitti petierunt humiliter; qui ſic; ab eisdem Dominis juxta ſtatuta et ordinationes ejusdem domus in antea ipſis publicata et lecta in perpetuos fratres dicte domus *S. Marie* recepti et admiſſi quasdam cedulas papyreas in manibus ſuis tenentes et manibus propriis, prout aſſeruerunt, ſcriptas, non coacti, nec vi, dolo aut fraude circumventi ſed matura deliberatione ac bona voluntate ſponte et libere altis, expreſſis et intelligibilibus vocibus legerunt ac de verbo ad verbum, prout ſequitur, pronuntiarunt: Ego *Antonius de Remich*, ego *Johannes de Pingwia*, frater domus *S. Marie in Königſtein* Mog. dioc. omnibus melioribus via, modo et forma, quibus id fieri poteſt ac in jure viribus ſubſiſtit, donatione inter vivos do, confero et irrevoca-

biliter aſſigno omnia et ſingula res et bona mihi tam ex hereditate vel hereditatibus, quam per labores manuum vel alias quomodolibet licite tamen acquiſita hactenus vel inpoſterum acquirenda, dicte domui S. Marie ejusdemque menſe communi, promittens bona fide, loco juramenti, quod ſi me, quod Deus avertat, de domo & congregatione hac ſecundum ſtatuta et ordinationes capituli generalis expelli aut motu proprio vel paſſione victum recedere contingat, ex tunc cum pace recedam, nichil repetam, neque domum iſtam, congregationem, rectorem aut quemlibet ex fratribus trahendo ad quodcunque judicium per me vel per alium moleſtabo, eroque contentus in eo, quod mihi rector pro tempore ſua ſponte voluerit aſſignare. Quibus ſic ut premittitur, lectis tam donationem ipſam quam cetera omnia et ſingula inibi contenta ſe inviolabiliter, irrevocabiliterque firmiter ac perpetuo ſervaturos promiſerunt prefatis Domino *Henrico* Prepoſito ſui ac fratrum omnium preſentium et domus ipſius nominibus, michique notario publico infra ſcripto ſolemniter ſtipulanti ac promiſſionem ipſam recipienti vice et nomine omnium et ſingulorum, quorum intereſt, intererit ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum, renuntiaverunt in his omnibus et ſingulis exceptioni juris, doli mali, fraudis, beneficii reſtitutionis in integrum vel minoris etatis et generaliter omni alii juris canonici et civilis auxilio per quodvis inſtrumentum reſcindi vel infringi vel aliqualiter vitiari poſſit et ſpecialiter juri dicenti generalem renuntiationem non valere, niſi preceſſerit ſpecialis. Super quibus omnibus et

ſin-

ſingulis prefatus Dominus *Henricus* Prepoſitus ſive rector quibus ſupra nominibus unum vel plura ſibi à me Notario publico ſubſcripto confici petiit publicum ſeu publica inſtrumentum vel inſtrumenta. Actum anno Domini, indictione, pontificatu, die, menſe, hora et loco quibus ſupra, preſentibus ibidem diſcretis viris *Joanne Molitore de Itzſtein* clerico Mog. dioc. et *Petro Metzler* opidano in *Königſtein* teſtibus ad premiſſa vocatis et rogatis. Et ego *Johannes Scharph de Urſel* Mag. dioc. publicus ſacra imperali auctoritate notarius &c. &c,

XXX.

Confirmatio altaris in capella Ryfenberg.

Dietherus Dei gratia ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector univerſis et ſingulis Chriſti fidelibus ad quos preſentes noſtre litere pervenerint ſalutem in eo qui omnium vera ſalus exiſtit. Inſtaurationem, fundacionem, erectionem et dotacionem perpetui beneficii in capella vallis *Ryſenberg* noſtre Dioc. ad altare ſancti Othmari conſecratum in eadem capella ſitum per *Waltherum* ſtrenuum de *Ryſenberg* armigerum pro ſue ſuorum parentum et ſingulorum Chriſti fidelium hominum animarum ſalute, cum certis ſufficientibus redditibus pro unius ſacerdotis dictum altare regentis congrua ſuſtentacione ſufficienter dotatum, prout in litteris autenticis dotacionis hujusmodi plenius fuimus informati dummodo ſine prejudico rectoris dicte capelle et eciam cujuscunque alterius juris injuria facte ſint et fiant, ratas atque gratas habentes ipſas perpetuando ap-

pro-

probamus, collaudamus atque in Dei nomine auctoritate noſtra ordinaria preſentibus confirmamus, fructus redditus et bona in predictis dotacionis litteris nominatos aſcribentes eccleſiaſtice libertati, jusque patronatus ſive preſentandi dicti altaris ſeu beneficii perpetui illi vel illis cui vel quibus in prefatis dotacionis litteris reſervatum extitit, futuris temporibus reſervantes harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt teſtiminio litterarum. Datum in civitate noſtra Maguntin. die lune poſt *Dioniſii* menſis Octobris anno &c. LXXVII.

XXXI.

Poſſeſſio altaris S. Antonii prope Epſtein.

In nomine Domini amen. Anno à nativitate ejusdem MDVII. indictione decima, die vero Mercurii, tertia decima menſis Octobris, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Julii* divina providentia Papæ *ſecundi* anno quarto, ego *Eberhardus Schiesher* Clericus Maguntinenſis publicus notarius infra ſcriptus vigore litterarum ſive proceſſuum reverendi patris et venerablilis quondam viri Dominorum *Hermanni* Abbatis monaſterii *ſancti Jacobi* ordinis ſancti *Benedicti* extra et *Antonii de Oppenheim* in decretis licentiati ſcholaſtici eccleſiæ ſancti *Stephani* intra muros Maguntinenſes commiſſariorum et executorum apoſtolica auctoritate deputatorum de data ſub anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo indictione quinta decima, die vero veneris decima nona menſis Junii mane hora tertiarum pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris et Domini noſtri Domini *Pauli* divina pro-

vi-

videntia *Papae ſecundi*, anno ejus tertio, eorum et cujuslibet ipſorum ſigillis oblongis de cera viridi glauca circumdata in preſſulis pergamenis impendentibus ſigillatorum, ſignoque et manu diſcreti quondam viri magiſtri *Henrici Ortenberg* clerici Maguntinenſis diœceſis publici Imperiali auctoritate notarii ſignatorum atque ſubſcriptorum per venerabilem virum Dominum *Antonium de Remich* præpoſitum ſive rectorem domus eccleſiæ beatæ *Mariae* Virginis in *Königſtein* ejusdem diœceſis in vim decreti in dictis litteris ſive proceſſibus contenti legitime requiſitus eundem dominum Antonium præpoſitum dictæ domus ſive eccleſiæ nomine in perpetui beneficii eccleſiaſtici ſive ſtipendii capellæ ſancti *Antonii* ſitæ extra muros oppidi *Eppſtein* dictæ Maguntinenſis diœceſis eidem domui ac ejus menſæ communi præmentionatarum litterarum vigore apoſtolica auctoritate uniti, annexi et incorporati ad præſens per deceſſum ſive obitum quondam Domini *Johannis Stoll* ejusdem beneficii ſive ſtipendii olim dum vixit ultimi et noviſſimi poſſeſſoris extra Romanam curiam defuncti vacantis, omniumque et ſingulorum illius fructuum, reddituum, proventuum, jurium et obventionum ac emolumentorum corporalem, realem et actualem poſſeſſionem vel quaſi miſſarum ſolemniis inibi celebratis, nemine contradicente, uti obedientia filius auctoritate apoſtolica prædicta per tactum dextri cornu altaris ſummi in dicta capella ſiti et trinam repetitionem verſiculi: *Haec requies mea in ſaeculum ſaeculi &c.* poſui et induxi; ſibi quoque Domino *Antonio* et eccleſie beatæ *Mariae* in *Königſtein* prædictæ et eorum ſucceſſoribus de eisdem

fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus et emolumentis perpetuo plenarie ac integre reſponderi prout melius potui et debui, mandavi. Super quibus omnibus et ſingulis præmiſſis idem Dominus *Antonius* ſibi et eccleſie ſuæ prædictæ unum vel plura fieri petiit atque confici publicum ſeu publica inſtrumentum et inſtrumenta. Acta ſunt hæc ſub anno, indictione, die, menſe, pontificatu et loco quibus ſupra hora ante meridiem decima vel quaſi præſentibus ibidem honorabilibus viris Dominis *Michaele* de *Brunfels* in *Igſtatt* et *Joanne Buſer* in *Eppenſtein* parochialium eccleſiarum Maguntinenſis diœceſis prædictæ rectoribus ac *Johanne Piſtoris* altariſta ibidem in *Eppenſtein* teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et ego *Eberhardus Schisher* clericus Maguntinenſis publicus apoſtolica et imperiali auctoritatibus notarius &c.

An. MDXVI *Joannes monaſterii* ſuffraganeus Moguntinus annuam ſacelli extra mœnia *Eppenſtein* dedicati memoriam transfert ad Dominicam *in Albis Joann. T. 2. p.* 910.

§. VI.

Item eadem die in veſperis in Langenhan. *Commiſſarii habent unam procurationem de ſero à plebano ibidem. It. univerſitas ibidem dat duas libr. hll. & unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. Item pro more ibidem dant unam marcam, unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem.*

Item

Item in craſtino beati Egidii *hora miſſe in* Larsbach. *Ibi nulla eſt procuratio, ſed vivunt de burſa dominorum ſuorum. It. univerſitas ibidem dat quindecim ſoll. & octo minas avene & eſt una filia. Item una mola eſt ibidem.*

Item eadem die in veſperis in Hoffheim. *Commiſſarii habent unam procurationem de ſero in caſiro de conſuetudine ibidem. It. univerſitas ibidem dat unum ſoll. & duo octalia avene. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dantur pro more ibidem. It. molitor dat duos groſſos ibidem.*

Sequenti die hora miſſe in Marxheim. *Commiſſarii ibi habent unam procurationem ſolemnem de mane. Item univerſitas ibidem dat tres libr. hll. & duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. Item pro more ibidem dant tres florenos, duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem.*

Item alia die in Flörsheim *hora miſſe. Commiſſarii habent duas procurationes ſolemnes per plebanum ibidem. Campanator dat unam minam avene & candelam ceream, ut conſuetum eſt, ibidem in cena. It. univerſitas ibidem dat duodecim ſoll. vel circa, qui colliguntur ibidem & vocantur mutzengeldt. Item quindecim ſoll. pro cathedratico dantur pro more ibidem & molitor ibidem de qualibet rota dat duos groſſos. It. molitor dat ſex cappones de tribus rotis.*

Anno MCLXXXIV. *Conradus I.* Arch. Mog. adhibuit conſenſum, cum *Otto* præpoſitus collegiatæ *ad gradus* ejusdem eccleſiæ decano et capitulo

concedit jus patronatus eccleſie *Flersheimenſis.* vid. *Joann. Tom.* 2. *p.* 650. Tali autem condicione hec tradicio facta eſt (verbis utor diplomatis) ut Decanus *S. Mariae* communi conſilio et conſenſu omnium fratrum vel ſaltem ſanioris partis ſacerdotem in eccleſia inſtituat & ille ab Archidiacono donum altaris et curam populi recipiat, dotem eccleſie et oblaciones, nec non decimam animalium ad eccleſiam pertinentem et decimam vini id eſt dimidiam carratam, vel ſi minus ibi creverit. Preterea octo maldra ſiliginis et duo tritici in ſuſtentacionem ſui recipit; de peticionibus, quas conſuetudo introducit et de cathedratico quod auctoritate et racione ſtatum eſt, Prelatis illius eccleſie omnino reſpondeat; fratres vero decimam eccleſie etſi forte vinee augmentate decimam vini ultra dimidiam carratam augmentaverint, ad ſtipendiorum ſuorum ſupplementum accipiant.

Item eadem die in veſperis in Wickart. *ibi nulla eſt procuratio. It. univerſitas ibidem dat triginta ſoll. unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. Item pro more ibidem dant quatuor florenos, quatuor quartalia vini, quatuor groſſos ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dant idem. It. molitor duos cappones & campanator mediam minam avene.*

It. univerſitas in Weilbach *dat unum florenum, unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori & eſt una filia. Item pro more ibidem dant quatuor florenos.*

It. quatuor cappones cedunt in Heydesheim.

Conſenſum Gerhardi *comitis de* Dietz *de filia* Nider-Weilbach *à matre eccleſia parrochiali in* Wicker

ſepa-

ſeparanda an. MCCCV. litteris expreſſum vid. in Joan. Spicileg. pag. 483.

Sequenti die in Hochheim *hora miſſe. Commiſſarii habent ibi unam procurationem ſcil. in veſperis & de mane vivunt de burſa dominorum ſuorum. Ibi etiam colligitur pecunia, que extendit ſe ad decem vel duodecim ſoll. & dicitur mutzengeld & detur ſcabinis pro juribus eorum ibidem. It. univerſitas ibidem dat duos florenos, duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dantur ibidem.*

Eadem die in veſperis in Coſtheim, *ibi plebanus procurabit ad cenam ſolemniter & campanator dat minam avene & nauta ibidem duos juvenes pullos & caupo menſuram vini. It. univerſitas ibidem dat quatuor libr. hll. duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. It. dantur ibidem triginta ſoll. It. quindecim ſoll. pro cathedratico.*

XXXII.

Abbatiſſa veteris cellæ in conventum ſuum transfert jus patronatus eccleſiæ in Coſtheim.

Sifridus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis. Pia ſuper grege ſuo geſtans viſcera *Irmintrudis* in Maguntia *veteris monaſterii* Abbatiſſa, ut idem ancillarum Chriſti grex paſcatur uberius, ſuſtentationis ſue paſcuis ampliatis, jus patronatus eccleſie in *Coſtheim* eidem monaſterio contulit, noſtra ſuper hoc invocata licentia ſpeciali. Nos igitur attendentes, quod ipſe grex in monaſterium memora-

tum noſtris manibus ſit plantatus, et ideo noſtra in divinum miniſterium providentia confovendus, utpote qui non ceſſat ibidem benedicere pariter quam laudare Dei filium Jeſum Chriſtum ac ejus matrem *Mariam* virginem ſempiternam, donationem factam a nominata ipſius gregis Abbatiſſa gratam habemus et ratam et perpetuo volumus inviolabilem obſervari, de prudentum virorum conſilio ſtatuentes, quod paſtore, qui nunc in eccleſia ſupradicta deſervit, carnis debitum perſolvente et alio per preſentationem conventus in eadem parrochia ab Archidiacono ſubſtituto, qui curam animarum habeat, eique prebenda, que ad ſuſtentationem ejus honeſtam et ad reſpondendum dioceſano et Archidiacono in ſuis juribus ſufficere poterit, ordinata, proventus et fructus qui ſuper excreverint, in ſepedicti gregis proveniant alimentum, ne ſuper ſollicite colligendis paſcuis cogitatio robur in eis minuat ſanctitatis. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtre confirmationis paginam infringere vel eidem auſu temerario contraire, quod ſi quis fecerit, omnipotentis Dei, beatorum *Petri* et *Pauli* Apoſtolorum ejus, beati *Martini* ac noſtram indignationem ſe noverit incurriſſe, donec reſipuerit, excommunicationis ſententia cohercendus. Datum *Maguncie* XV Kalend. menſis Novembris anno gratie MCCXXXIX.

XXXIII.

Conſenſus Archidiaconi in translationem præfatam.

Fridericus Dei gratia prepoſitus ſancti *Petri in Maguntia* ad cunctorum tam preſentium quam futurorum notitiam volumus pervenire, quod, cum intelleximus, Dominam *Irmintrudem* Abbatiſſam eccleſie

ſan-

ſancte Marie veteris monaſterii in Maguntia eccleſiam in *Koiſtheim* ad uberioris ſuſtentationis ſubſidium ſuo conventui contuliſſe, gratum ſue collationi conſenſum ſicut et Dominus noſter *Sifridus* Archiepiſcopus adhibuit, duximus adhibere, ſalvo per omnia jure noſtro et ſucceſſorum noſtrorum, quibus tanquam Archidiaconis eccleſia ipſa ſubeſt. Ne igitur ſuper hoc noſtro conſenſu dubium generetur impoſterum, hanc preſentem paginam ſuper hoc conſcriptam ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum apud *Maguntiam* anno gratie MCCXLI.

XXXIV.

Joannes Decanus, *S.* cuſtos, *V.* ſcolaſticus, *W.* cantor totumque capitulum Maguntinum univerſis Chriſti *fidelibus* ſcriptum iſtud viſuris ſalutem in auctore ſalutis. Bone memorie venerabilis ille pater Dominus *Sifridus* noſter olim Archiepiſcopus in eccleſia *veteris monaſterii* religionem Ciſtercienſis ordinis et plantavit et plantatam paterno affectu confovit ac beneficiis, quibus potuit, irrigavit; ne igitur gregem dominicum, quem plantaverat, temporalium rerum defectos quandoque abſtraheret a miniſterio ſalvatoris, donationem quam de eccleſia *Coſtheim Irmintrudis* ipſius monaſterii Abbatiſſa pie et provide fecerat ipſi loco, ad quam jus pertinet patronatus, idem Archiepiſcopus gratam et ratam habuit, volens ipſam inviolabiliter obſervari et adjiciens ſtatuendo, ut mortuo tunc paſtore alii per preſentationem conventus ab Archidiacono ſubſtituto et curam animarum habenti talis ordinaretur prebenda, que ad honeſtam

Conſenſus capituli majoris.

ejus

ejus ſuſtentationem ſufficeret et ad dioceſano et Archidiacono in ſuis juribus reſpondendum, ad hec etiam Domini *Friderici*, qui tunc Archidiaconus loci fuit, conſenſus acceſſit, quod cum aliis ante ſcriptis, que ſuper his confecte ſunt, eorum littere manifeſtant. Nos autem, quod ad gloriam Domini ab eisdem ſuper his geſtum eſt, in Domino commendantes et ratum habemus et gratum et in teſtimonium noſtri conſenſus tradimus ſcriptum preſens ſigillo noſtri capituli communitum. Datum *Maguntiae* anno incarnationis Domini MCCXLIX v idus Decembris.

XXXV.

Congrua parochi in Coſtheim determinatur.

Gerhardus de *Eppenſtein* Dei gratia prepoſitus ſancti *Petri* Archidiaconus Magunt. preſentes noſtras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Significavit nobis *Hermannus* perpetuus Vicarius eccleſie parrochialis in *Coſtheim*, quod propter incertitudinem proventuum ſingulis annis ex eadem vicaria ſibi provenientium, qui à diverſis perſonis debentur eidem et quod ille perſone, que ad ſolutionem eorundem proventuum tenerentur, debito ſepius minus ſolvant, per incollectionem proventuum ſingulis annis magnis vexetur laboribus et expenſis; quare ſupplicavit nobis ex officiis noſtri debito, eidem dignaremur conſulere ſuper eo et prebendam certam juxta quondam ordinationem Domini noſtri Archiepiſcopi et tum temporis prepoſiti eccleſie noſtre ſancti *Petri* predicte circa hujusmodi prebendam habitam ordinare et providere velimus; nos igitur ejusdem perpetui vicarii juſtis precibus annuentes ita pro preſentibus ſtatui-

mus

mus et de cetero obſervandum ordinamus, quod Domina Abbatiſſa et conventus *veteris monaſterii* Maguntie, ad quas ſpectat collatio ſive preſentatio eccleſie in *Coſtheim* predicte nomine prebende ſingulis annis quinquaginta maltera ſiliginis, decem ſaccos avene, duo maltera rape, centum pondera ſtraminum, de cetero vicario in *Coſtheim*, quicunque pro tempore fuerit, ex horreo ſuo ibidem miniſtrent. Item quod habeat duo jugera pratorum et virgam ad *dotem ipſius* eccleſie ſpectantia ſingulis annis loco feni. Item ordinamus quod habeat in oleribus infra ſepta ex nutrimentis animalium decimam minutam, de quibus lumen nocturnum, jus ſynodale et cathedraticum vicarius, qui pro tempore fuerit, procurabit. Item ordinamus, quod habeat ſingulis annis carratam vini creſcentis ibidem. Item quod remedia habeat quecunque provenientia, que etiam ex noſtra ordinatione Abbatiſſa predicta et conventus perpetuo vicario, quicunque pro tempore in *Coſtheim* fuerit, nomine prebende de cetero miniſtrabunt. Hanc igitur ordinationem auctoritate noſtra de cetero inviolabiliter obſervari precipimus et mandamus, dantes noſtras litteras in memoriam ſupra ſcriptarum rerum. Anno Dni MCCLXXVII.

XXXVI.

Wernerus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius dilecto in Chriſto *Hermanno* perpetuo vicario eccleſie de *Coſtheim* Mag. Dioc. ſalutem in Domino. Juſtis petentium deſideriis facilem decet nos prebere

Confirmatio præcedentis ordinationis.

consensum et vota, que à rationis tramite non discondant, effectu prosequente complere. Cum igitur, sicut tua nobis oblata petitio continebat, ad eandem ecclesiam de *Costheim* ad monasterium sanctimonialium *veteris monasterii* Maguntinens. pleno jure spectantem per dilectum in Christo *Gerhardum* prepositum ecclesie *S. Petri* Maguntie, loci Archidiaconum de consensu et voluntate unanimi dilectarum in Christo Abbatis se et conventus monasterii memorati sis in perpetuum vicarium canonice institutus, ordinatis tibi tuisque successoribus ipsius ecclesie vicariis, qui pro tempore fuerint, certis proventibus à dicto monasterio nomine prebende annuatim perpetuo ministrandis, prout in literis super hoc confectis plenius continetur; nos tuis devotis supplicationibus inclinati quod per eundem prepositum factum est, in hac parte ratum habentes et gratum, illud auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere aut ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, beatorum *Petri* et *Pauli* Apostolum ejus et nostram se noverit incursurum. Datum *Maguntie* anno Domini MCCLXXVII, v nonas Julii.

Sequenti die horâ misse in Cassel. *Commissarii habent unam procurationem de mane. It. nautè, piscatores, carnifices, caupo dant octo solidos, quorum quatuor cedunt scabinis & piscatoribus & quatuor soll. de violatione festorum. It. universitas ibid.*

dat

dat triginta ſoll. It. triginta ſolidi ulterius ibidem dantur. It. quindecim ſolidi pro cathedratico.

An. MCXLVII *Henricus* Archiepiſcopus Moguntinus inveſtituram eccleſiæ in *Caſtell* à *Ludovico* præpoſito ſancti *Petri* traditam conceſſit fratribus ejusdem eccleſiæ collegiatæ. Vid. *Joann. T.* 2. *pag.* 466. Cum viri rei litterariæ et boni publici amantes originale diplomatis modo allegati examinandum obtulerint, licuit obſervare, quod Joannis l. c. ita corrigendus ſit: Facta eſt autem hec traditio anno Dominice incarnationis MCXLIX indictione decima regnante *Cuonrado* rege Romanorum hujus nominis tercio.

It. eadem die in Moſsbach, *ubi commiſſariis cena procuratur ſolemnis. It. univerſitas ibidem dat duodecim ſoll. It. dantur tres floreni. It. quindecim ſolidi pro cathedratico. It. ſex cappones de molendino ibidem.*

XXXVII.

Collegiata S. Simeonis Treviris transfert jus patronatus et eccleſiam in Mosbach in monaſterium Eberbach.

Nos Decanus totumque capitulum eccleſie *S. Simeonis* civitatis Trevirenſis publice profitemur et per preſentes recognoſcimus, quod de ſingulari permiſſione, conſenſu et licentia reverendiſſimi in Chriſto Patris et Domini Dni *Joannis* Dei gratia Archiepiſcopi Trevirenſis ac Romani Imperii per Galliam et regnum Arelatenſe Archicancellarii ac Principis Electoris Domini noſtri gratioſiſſimi eccleſiam ville *Mosbach* Moguntinenſis dioceſis cum omnibus juribus ſuis menſe capitulari *S. Simeonis* Trevirenſis incorporatam, que titulo proprietatis ad nos et dictam noſtram ſpectavit

et pertinuit eccleſiam, prout proprietatis titulo de preſenti ad nos et nominatam eccleſiam noſtram ſpectare ac pertinere dignoſcitur, ob ſingulares religionis zelum et favorem, quos ad religioſos Abbatem et conventum monaſterii *Eberbacenſis*, Ciſtercienſis ordinis, Moguntinenſis dioceſis geſſimus et gerimus, prefatis Abbati et conventui pure propter Deum omnibus melioribus modo via et jure, quibus melius et efficacius poſſumus et valemus, donavimus et conceſſimus, illamque cum univerſis ſuis pertinentiis in predictos Abbatem et conventum penitus et in totum tranſtulimus, illis donamus, concedimus et transferimus in eosdem in Dei nomine per preſentes omnibus ſolemnitatibus juris forſitan ad hujusmodi donationem quomodolibet requiſitis expreſſe renuntiantes ita et taliter: quod prefatus Abbas et conventus perpetuis futuris temporibus eccleſiam predictam noſtre eccleſie incorporatam cum omnibus juribus ſuis proprietatis titulo obtineant et poſſideant, illis quoque uti frui et gaudere juxta omnem ſuam voluntatem, quemadmodum nos uſi fuimus, perpetuo valeant atque poſſint; in cujus donationis, conceſſionis, collationis et translationis firmius robur has noſtras conceſſionis et donationis litteras noſtri capituli ſigillo impendente communimus. Et nos *Joannes* Archiepiſcopus Trevirenſis prefatus in vim confirmationis, donationis et translationis ſupradictarum et ut de licentia noſtra plene conſtare poſſit, noſtrum ſigillum his litteris duximus preponendo appendendum. Datum decima ſexta menſis Julii anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.

XXXVIII.

XXXVIII.

Adolphus Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector ad futuram rei memoriam. Notum fieri cupimus univerſis et ſingulis preſentium inſpectoribus, quod expoſito nobis pro parte religioſorum nobis in Chriſto devotorum, dilectorum Abbatis et conventus monaſterii *Eberbacenſis* noſtre dioceſis ordinis Ciſtercienſis, qualiter honorabiles, devoti, nobis in Chriſto dilecti Decanus et capitulum eccleſie *S. Simeonis* Treviris jus patronatus eccleſie parochialis in villa *Mosbach* prefate dioceſis, quod olim menſe capitulari ejusdem eccleſie *S. Simeonis* incorporatum fuit et proprietatis titulo ad ipſos Decanum et capitulum atque eorum eccleſiam ſpectabat, prelibatis Abbati et conventui pure propter Deum donaverint et conceſſerint, illudque cum univerſis ſuis pertinentiis in eosdem Abbatem et conventum tranſtulerint, prout et quemadmodum in patentibus inde confectis litteris eorundem Decani et capituli nec non reverendi in Chriſto Patris Domini *Joannis* Archiepiſcopi Trevirenſis conſanguinei noſtri chariſſimi ſigillis munitis plenius continetur, nobisque humiliter ſupplicarunt, quatenus eisdem donationi, conceſſioni et translationi authoritatem noſtram ordinariam interponere, illasque approbare et confirmare ac defectus, ſiqui forſan intervenerunt, ſupplere dignaremur. Unde nos attendentes hujusmodi petitionem rationi conſentaneam ſupradictas donationem, conceſſionem et translationem juris patronatus eccleſie parochialis in villa *Mosbach* in modum

Archiepiſcopus Mog. confirmat translationem prædictam.

dum et formam litterarum prenarratarum, quarum tenorem hic pro inſertis haberi volumus, quibusque preſens noſtra pagina transfixa eſt, rite et legitime factas, ratas et gratas habentes, eas authoritate noſtra metropolitica, quantum poſſumus et debemus, Dei in nomine confirmandas et approbandas, illisque authoritatem noſtram ordinariam pariter et decretum interponenda duximus, confirmavimus, approbavimus et interpoſuimus, confirmamusque approbamus et interponimus preſentis ſcripti patrocinio, defectus, ſiqui forſan intervenerunt, eadem authoritate ſupplendo, juribus tamen noſtris epiſcopalibus, archidiaconalibus, capituli ruralis et aliis quibuscunque ſalvis et citra illorum prejudicium. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Dni milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, die vigeſima ſeptima menſis Julii.

XXXIX.

Confirmatio apoſtolica.

Marcus miſeratione divina ſacroſancte Romane eccleſie et *S. Marci* Presbyter Cardinalis Patriarcha Aquilejenſis et apoſtolice ſedis legatus reverendo patri ac religioſis viris Abbati et conventui monaſterii in *Eberbach* ordinis Ciſtercienſis Mog. dioc. ſalutem in Domino. Ad perpetuam rei memoriam. Tunc noſtre legationis debitum arbitramur exercere officium, cum ad ea attendamus, que Chriſti fideles maxime eccleſiaſticas et religioſas perſonas in pace et tranquillitate videntur conſervare. Sane expoſito nobis nuper pro parte veſtra, quod dudum felicis recordationis *Bo-*

niſa-

nifacius Papa octavus certis et rationalibus cauſis animum ſuum ad id moventibus eccleſiam parochialem in *Mosbach* Mog. dioc. menſe Decani et capituli *S. Simeonis* civitatis Trevirenſis, ad quos pro tunc collatio ſive jus preſentandi perſonam idoneam ad eccleſiam predictam ejus vacatione occurrente, dignoſcebatur pertinere, per certas ſuas litteras perpetuo incorporavit, univit et annexuit, que etiam incorporatio ſuum debitum ſortita fuit effectum; poſtmodum vero preſati Decanus et capitulum *S. Simeonis* religionis zelo moti dictam eccleſiam in *Mosbach* ac jus patronatus ejusdem cum juribus et pertinentiis ſuis univerſis vobis Abbati et conventui et veſtre menſe expreſſa ordinariorum locorum confirmatione interveniente pure et propter Deum tranſtulerunt, contulerunt et donaverunt, prout in litteris deſuper confectis, quarum omnium et ſingulorum tenores pro expreſſo habere volumus, dicitur contineri, quodque vos Abbas et conventus vigore litterarum hujusmodi parochialis eccleſie predicte ac fructuum et redituum ejusdem corporalem poſſeſſionem ſitis conſecuti; et quia in donatione hujusmodi authoritas ſancte ſedis apoſtolice non intervenit, dubitetis donationem eandem et inde ſecuta viribus non ſubſiſtere et in futurum poſſe inquietari. Quare nobis ſupplicari feciſtis, vobis ſuper hoc de opportuno remedio providere, easque donationem, translationem et collationem ſic ut premittitur, factas confirmare et approbare dignaremur; nos ſupplicationibus veſtris hujusmodi inclinati cupientes pacem et tranquillitatem veſtram, ne poſſitis premiſſorum occaſione in futurum moleſtari quo-

vis

vis modo, authoritate legationis noſtre translationem, collationem et donationem parochialis eccleſie predicte ac ipſius confirmationem, defectus, ſiqui forſan interveniſſent, ſupplentes majori ſedis apoſtolice munimine confirmandas et approbandas duximus et tenore preſentium, ſine tamen alicujus, cujus quomodolibet intereſſe poſſit, prejudicio confirmamus et approbamus, vobisque indulgemus, ut vos Abbas et ſucceſſores veſtri pro tempore Abbates poſitis dicta parochiali eccleſia per ceſſum vel deceſſum moderni ipſius poſſeſſionis vacante et deinceps perpetuis futuris temporibus ipſa rectore ſuo carente ſeu vacante, in ea unum probum, idoneum, ſecularem vel regularem ponere, inducere et inveſtire toties, quoties opus et vobis viſum fuerit expedire, et ſic eccleſiam ipſam regi et gubernari, quod tamen cultus divinus et cura animarum non negligatur. Volumus etiam, quod vos epiſcopalia jura ſolvere et alia onera conſueta ratione dicte eccleſie teneamini pro tempore integre ſupportare. Inſuper ex nunc irritum decernimus et inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis ſimili aut inferiori authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Datum Confluentie noſtro ſub ſigillo anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo, ſeptuageſimo quarto, quarto decimo kalendas Auguſti, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et Domini noſtri Dni *Sixti* divina providentia Pape *quarti* anno tertio.

Qualiter *Gerardus* præpoſitus eccleſiæ *S. Simeonis* Trevirenſis eccleſiam prædictam in manus ejusdem capituli erga annuam penſionem anno

MCLXX-

MCLXXXVIII reſignaverit, vid. apud ill. *Honthemium T. 1. hiſt. Trev. dipl. p.* 616.

Item in vigilia nativitat⁻ B. Marie V. hora miſſe in Schierſtein *plebanus curabit de mane ſolemniter et campanator dat minam avene. It. univerſitas ibidem dat duodecim ſoll. & unum groſſum ſcriptori. It. datur unus florenus. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dantur ibidem.*

Eadem die in veſperis in Dozenheim. *Commiſſarii ibi habent duas procurationes veſpere & mane. Campanator dat unam minam avene, caupo unum groſſum, & molitor unum groſſum. It. univerſitas ibidem dat triginta ſoll. & unum groſſum ſcriptori, porro dantur duo floreni, duo quartalia vini & duo groſſi ſcriptori. It. quindecim ſoll. pro cathedratico. It. molitor ibidem dat duos cappones. Item unum quartale vini dat univerſitas ad menſam ſynodalium.*

§. VII.

Item in craſtino nativitatis B. Marie V. hora miſſe in Erbenheim, *ibi nulla eſt procuratio. Commiſſarii tenent ſcabinum & fabros in expenſis. Campanator ibidem dat unam minam avene, molitor duos cappones & unum groſſum, caupo unum groſſum. Item univerſitas ibidem dat duodecim ſoll. & unum quartale vini, unum groſſum ſcriptori & unum ſaccum avene & ultra. Porro datur ibidem una marca. Item quindecim ſoll. pro cathedratico.*

Eadem die in Birgſtat *in veſperis. Commiſſarii habent ibi duas procurationes ſolemnes. It. univer-*

ſitas ibidem dat decem & octo tornenſes & unum qaartale vini & unum groſſum ſcriptori. It. univerſitas in Rambach *dat duodecim ſoll. & eſt filia pertinens in* Bürſtat. *It. dantur quindecim ſoll. pro cathedratico.*

Sequenti die hora miſſe in Clopheim. *Commiſſarii habent ibi duas ſolemnes procurationes. Item univerſitas dat unum florenum, unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. It. dantur quindecim ſoll. pro cathedratico. It. molitor dat duos cappones & unum groſſum, caupo dat unum groſſum, campanator dat unam minam avene.*

Item eadem die in veſperis in Ickſtatt. *Commiſſarii ibi habent duas procurationes. It. univerſitas ibidem dat unum florenum, unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. Item dantur quindecim ſoll. pro cathedratico.*

It. molitor dat duos cappones, unum groſſum, campanator dat unam minam avene & unum groſſum.

XL.

Dotatio altaris S. Martini in eccleſia parrochiali villæ Igſtatt.

Judices ſancte Maguntine ſedis preſentium litterarum tenore recognoſcimus et conſtare cupimus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod coram nobis perſonaliter conſtituta honeſta matrona *Catherina*, ſoror quondam *Anzonis* ſacerdotis dicti *unter der ſteegen*, matura deliberatione prehabita et pia mota affectione, quam ſe habere dicebat ad cultum divinum exercendum et complendum, interveniente gratia Spiritus Sancti in altari ſtructo in eccleſia parrochiali ville *Igeſtatt* et conſecrando in honorem beatorum *Martini* Epiſcopi et *Katherine* virginis pro re-

medio ac ſalute ſue, parentumque ſuorum, aliorumque beneſactorum ſuorum animarum bona ſua infra ſcripta ſita in villa et terminis jam dicte ville *Igeſtatt* et ad hoc generaliter omnia et ſingula ſua bona mobilia et immobilia queſita et non queſita quocumque nomine ceuſeantur, que nunc tenet et poſſidet ac in futurum tenebit et poſſidebit in villa et terminis ville *Igeſtatt* ſupra tacte, reſervato tantum ad vite ſue tempora uſufructu bonorum eorundem ad perpetuum ſacerdotale beneficium infraſcripta predia et altare erigendum ceſſit et donavit ac in his ſcriptis donat, donatione inter vivos perfecta et irrevocabili, adhibitis et ſervatis circa hec ſolemnitatibus conſuetis et debitis, in ſtatutis ſacri provincialis concilii Moguntini comprehenſis atque factis; nam eadem *Katherina* inter cetera tactis ſacro ſanctis Dei reliquiis juramentum nobis ſibi hoc deferentibus preſtitit corporaliter, ſe preſcriptas ceſſionem et donationem non fictam, non ſimulatam, nec cauſa mutandi judicium factam eſſe, eamque etiam ullo tempore ob quamcunque cauſam revocare publice vel occulte per ſe vel per alium non velle ſed ſimpliter ſe ipſam feciſſe ſine fraude qualibet atque dolo; principaliter tamen et ante omnia in hoc dicte *Katherine* donatricis reſedit voluntas et in his ſcriptis hoc vult et ordinat, quod hujusmodi beneficium, ut profertur, de novo erigendum et de bonis pretactis inſtituendum ſeu dotandum primo habeat et poſſideat, occupet et officiet *Johannes* quondam *Emrigonis* dicti *Wiſe* de *Maguntia* et ſibi de ipſo absque aliqua difficultate provideatur. Poſtquam vero id ipſum beneficium per ceſ-

fionem vel deceſſum dicti Johannis vacare contigerit, predicta *Katharina* ſimiliter ſtatuit et ordinavit ut in antea perpetuis temporibus idem beneficium devolvatur et ſpectet ad collationem, proviſionem, preſentationem et quamcunque aliam diſpoſitionem religioſarum Dominarum Abbatiſſe et conventus ſanctimonialium monaſterii veteris Celle in *Maguntia* et communiter de eodem beneficio per ipſas dominas ſeu moniales provideatur idoneo ſacerdoti vel alii clerico digno et ad hoc apto, qui ex tunc infra ſpatium unius anni ad ſacerdotium valeat atque velit promoveri, dolo et fraude in premiſſis omnibus penitus extirpatis. Situs autem bonorum de quibus ſuperius ſit mentio, talis exiſtit . . . . In quorum omnium teſtimonium, robur et evidentiam ampliorem nos judices ſancte Maguntine ſedis preſcripti ſigillum noſtrum ad preces et inſtantias a ſupra ſcripta *Katherina* nobis factas ex certa ſcientia duximus preſentibus appendendum. Actum anno Domini MCCCXXXVIII idibus Maii preſentibus honeſtis viris et diſcretis Domino *Henrico* dicto *Fingerhuth* canonico eccleſie *S. Marie ad gradus* Mog. *Nicolao* dicto *Beſeler* vicario Moguntino, *Arnoldo Meygir* ſacerdote de *Pinguia* paſtore in *Aſpisheim*, *Nicolao* de *Polary* advocato, *Ludewico* de *Ameneburg*, et *Heinrico* de *Nuſſia* notariis ſedis predicte pro teſtibus ad premiſſa vocatis pariter et rogatis.

XLI.

Præſentatio ad prædictum altare

Venerabili viro Domino Dno prepoſito eccleſie ſancti *Petri* extra muros Mogunt. ſeu ejus officiali vel ipſius vi-

vices gerenti, *Margaretha* Abbatiſſa et conventus Monialium *veteris celle Maguntie* quidlibet poterint venerationis et honoris. Ad beneficium altaris ſancte *Katherine* virginis eccleſie parrochialis ville *Igeſtat* dicte Mag. dioc. vacans ad preſens per reſignationem ſeu dimiſſionem *Georgii de Rockenberg* noviſſimi poſſeſſoris ejusdem, cujus collatio ſeu proviſio ad nos Abbatiſſam et conventum dignoſcitur pertinere pleno jure, *Johannem de Guckenberg* preſentandum duximus, cui idem altare propter Deum pure contulimus et conferimus libere per preſentes, ſupplicantes humiliter et devote, quatenus ipſum de dicto altari inveſtire dignemini, prout veſtrum requirit officium, adhibitis ad hoc etiam premiſſis ſolemnitatibus debitis et conſuetis. Datum noſtro ſub ſigillo anno Domini MCCCXC IX. pridie idus Aprilis.

XLII.

Alia preſentatio ad idem altare.

Venerabili et circumſpecto viro Domino prepoſito eccleſie ſancti *Petri* extra muros Magunt. aut ejus officiali. *Anna* Abbatiſſa et totus conventus ſancte *Bilhildis* monaſterii *veteris Celle* Maguntie quidquid poterimus in orationibus devotis et reverentiis. Ad altare ſancte *Catharine* virginis et martyris ſitum in parrochiali eccleſia in *Igeſtat* Mag. dioc. vacans ad preſens per liberam reſignationem honorabilis viri Domini *Conradi Ros* cuſtodis et canonici eccleſie ſancti *Stephani* Maguntie ejusdem ultimi et noviſſimi rectoris, cujus collatio, preſentatio, proviſio ſeu quevis alia diſpoſitio, quoties ipſum vacare contigerit, ad nos et conventum noſtrum ſpectare et pertinere

dignoſcitur ac ſpectat et pertinet, diſcretum *Johannem Goſtenhöfer* clericum Maguntinum tanquam habilem et idoneum veſtre reverentie duximus preſentandum et preſentamus in Dei nomine per preſentes rogando, una cum dicto preſentato, quatenus ipſum ad dictum altare inſtituere et inveſtire dignemini, ſibique de ejusdem fructibus, redditibus et proventibus provideri faciatis adhibitis circa hec ſolemnitatibus debitis et conſuetis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtre Abbatie duximus preſentibus appendendum. Datum anno Dni milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo die lune tertia menſis Octobris.

XLIII.

Collatio ſæpe dicti altaris in Igſtatt.

In nomine Domini amen. Anno à nativitate ejusdem milleſimo, quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, indictione octava, die vero lune nona menſis Octobris, hora veſperarum vel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et Domini noſtri Dni *Sixti* divina providentia Pape *quarti* anno quinto coram venerabili et religioſa Domina *Metza* Abbatiſſa monaſterii *veteris Celle* intra muros Moguntinos meque notario publico ac Prioriſſa aliisque ſanctimonialibus et profeſſis ejusdem monaſterii ibidem preſentibus perſonaliter conſtitutus honorabilis vir Dominus *Ruffus Coppenbach* de *Odernheim* presbyter Mog. dioc. principalis predicti et palam pro certo aſſeverans et dicens quod altare *S. Katherine* in villa *Igſtatt* dicte Mog. dioc. quod quondam *Joannes Goſtenhöfer* dictus *Wolber* habuit et in pacifica et quieta poſſeſſione vel quaſi poſſedit, per ipſius Joannis liberam renunciationem

vaca-

vacare nunc incepiſſet, ad preſens, quodque altare coram providus vir *Henno Goſtenhöfer* dictus *Walber* pater carnalis dicti *Eckermund* ac ejusdem aſſertus procurator ibidem preſens omneque jus dicto *Joanni* filio ſuo ad illud quomodolibet competens ſive competiturum, in ejus manus ſupradicte Domine *Metze* Abbatiſſe ceſſit et renuntiavit aſſerens et dicens ac bona fide loco juris jurandi affirmans, quod in ceſſione et renuntiatione predicta non interveniat nec intervenerit fraus, dolus ac aliqua ſimoniace pravitatis labes vel corruptela; quam quidem ceſſionem et renuntiationem dicta domina *Metza* Abbatiſſa acceptavit et ratam ac gratam habuit; quo facto dictus Dominus *Ruffus* prelibatam Dominam Abbatiſſam *Metzam* tanquam collatricem dicti altaris humiliter ſupplicavit et petiit ſibi dictum altare modo conſueto conferri pure et ſimpliciter et propter Deum dare ipſumque ad altare ſupra dictum per ſuas patentes litteras velit venerabili viro Domino prepoſito eccleſie ſancti *Petri* extra muros Mog. vel illius officiali, ad quos inſtitutio dicti altaris, ut ſimiliter aſſeruit, ſpectaret et pertineret, preſentare dignaretur; memorata tunc Domina *Metza* Abbatiſſa ſupplicationibus dicti Domini *Ruffi* annuens preſtito prius per eum ad mandatum dicte Domine Abbatiſſe juramento librum in manibus tenentis flexis genibus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti pure ſimpliciter et propter Deum contulit ac ipſum ad illud preſentavit, prout in quadam preſentatione pergamenea conſcripta et ſigillo dicte Domine Abbatiſſe munita et ſigillata plenius continetur. Acta ſunt hec *Magentie* in diverſorio *veteris*

Celle

Celle ſupradicte, anno indictione, die, menſe, hora et loco ſupra dictis coram teſtibus ad id requiſitis. *Wentzelaus Statzhuber* clericus Ratisbonenſis dioc. publicus imperiali auctoritate notarius loco protocolli ac inſtrumenti publici manu mea propria hoc ſcripſi ac ſubſcripſi omnibus perſonaliter interfui.

Sequenti die hora miſſe in Nortenſtat, *ibi nulla eſt procuratio, ſed caupones faciunt ſcabinis procurationem et campanator dat unam minam avene. It. univerſitas ibidem dat duos florenos, duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. It. dantur quindecim ſoll. pro cathedratico. It. univerſitas in* Medenbach *dat unam libr. hll. unum quartale vini et unum groſſum ſcriptori et eſt una filia. It. univerſitas in* Wedelſaſſen, *que eſt filia dat duodecim ſoll. medium quartale vini & unum groſſum ſcriptori. It. molitor ibidem dat duos cappones & unum groſſum.*

An. MCXLV *Henricus* Archiepiſcopus præſente Archidiacono *S. Petri* prepoſito conſecrat eccleſiam in *Witeleſaſſen*, eaque ordinat, que reſpiciunt eccleſiam matricem *Nordenſtat* videlicet: ut in paſcha, pentecoſte et in nativitate domini baptismum et cetera divina agenda et ſepulturam in matrice eccleſia, ſicut prius, per omnia obſervent (incolæ in *Wildeſaſſen*) niſi quos ſuprema neceſſitas vel ad ſepeliendum vel ad baptizandum urget in rogationibus etiam cum reliquiis Sanctorum more ſuo devote ad eandem matrem ſuam procedant. Synodis et capitulis Archidiaconi, ſicut juris eſt, ſubjecta ſit, et dum neceſſitas exigit, baptizandi et ſepeliendi inibi facultatem

tem habeant integrum diploma vide apud de *Gudenus Tom.* 1. *pag.* 174. quod, cum varia contineat illius ævi diſciplinam quæ illuſtrant, probe notari meretur.

XLIV.

Lis ſuper jure patronatus eccleſiæ in Nordenſtat examinanda committitur Abbati in Eberbach.

S. *Sifridus* Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius fidelibus ſuis *F.* ac fratribus ejus de *Aſchebur-nin* ſalutem in Domino. Quia variis impediti cauſam que inter capitulum Maguntinum ex una parte et vos ex altera ſuper jure patronatus eccleſie in *Nordenſtat* vertitur deciſioni noſtre per compromiſſum partium fidei impoſitione firmatum commiſſam terminare non poſſumus, dilecto noſtro Abbati de *Ebberbach* duximus committendam, ſicut nos rogaſtis mandantes eidem, quatinus eam ſecundum formam nobis injunctam examinans previa ratione decidat, faciens nichilominus quod decuerit per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Datum *Pinguie* VIII. idus Aprilis pontificatus noſtri anno decimo.

Eadem die in veſperis in Delckenheim *ibi nulla eſt procuratio, ſed commiſſarii vivunt de burſa dominorum ſuorum. It. univerſitas ibidem dat decem & octo tornenſes, unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. It. dantur quindecim ſoll. pro cathedratico. It. campanator dat unam minam avene. It. molitor ibidem dat duos cappones & tres ſoll. It. caupo dat unum groſſum.*

An. MCCXCIX *Gerhardus* Arch. Mog. parochialem *Delckenheim* univit ſacello *S. Georgii* in valle ſub

caſtro *Eppenſtein.* Unionem ratam habuit prepoſitus *S. Petri.* Vid. *Joann. ſpicil. pag.* 328 *&* 344.

Sequenti die hora miſſe in Walla. *Commiſſarii ibi habent duas procurationes valde ſolemnes. Item univerſitas dat tres florenos duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. It. quindecim ſoll. dantur pro cathedratico. It. campanator dat unam minam avene. It. ibidem ſunt tres molitores, quilibet dat duos cappones & duos groſſos. It. caupo ibidem dat unum groſſum.*

XLV.

Preſentatio ad altare S. Petri in Wallawe.

Nos *Johannes Jacobus Leyſt* decretorum doctor Decanus totumque capitulum eccleſie beate *Marie virginis ad gradus* Maguntin. venerabili Domino prepoſito eccleſie ſancti *Petri* extra muros civitatis Maguntinenſis aut ejus officiali quidqnid poterimus reverencie et honoris. Ad altare ſancti *Petri* olim capella *ſuperioris* ville Wilbach et nunc propter ejusdem capelle devaſtationem ad villam *Wallau* translatum et inibi ſitum per obitum honorabilis Domini *Conradi Hambach* presbyteri Maguntinenſis dioceſis dicti altaris noviſſimi poſſeſſoris in preſenciarum vacans cujus collatio preſentatio ſeu quevis alia diſpoſitio ad nos vacationis tempore pleno jure ſpectare et pertinere dinoſcitur vobis diſcretum et honorabilem Dominum *Henricum Wenz* plebanum in *Marxheim* et presbyterum Magunt. dioc. tanquam habilem et idoneum preſentandum duximus et in his ſcriptis preſentamus, ſupplicantes una cum eodem preſentato quatenus eundem in et ad dictum altare inſtituere

et

et inveſtire aliaque ſibi prout veſtrum ſpectat ad officium, impendere dignemini adhibitis circa hec ſolemnitatibus debitis et conſuetis. In quorum fidem ſigillum noſtri capituli quo ad cauſas utimur, preſentibus duximus appendendum. Datum *Maguntie* die veneris decima ſexta menſis Aprilis anno Domini millesimo quingenteſimo decimo octavo.

Anno MCCCCXCIX, die vigeſima ſexta Octobris *Bertholdus* Arch. Mog. Georgio Heylmann commiſit negotium permutationis beneficiorum Jacobi Piſtoris de Itſtein plebani in Wallauwe et Johannis Sartoris de Kidderich altariſtæ S. crucis in eccleſia S. Gangolffi litteræ datæ ſunt in oppido Amorbach.

XLVI.

Alia preſentatio ad idem altare.

Nos *Johannes Jacobus Leyſt* decretorum doctor Decanus totumque capitulum eccleſie beate *Mariae virginis ad gradus* Mogunt. venerabili Domino prepoſito eccleſie ſancti *Petri* extra muros civitatis Mogunt. aut ejus officiali quicquid poterimus reverentie et honoris. Ad altare ſancti *Petri* olim in capella *ſuperioris* ville *Wylbach* et nunc propter ejusdem capelle devaſtationem ad villam *Wallawe* translatum et inibi ſitum per obitum honorabilis Domini *Heinrici Wenntz* presbyteri Magunt. dioceſ. dicti altaris noviſſimi poſſeſſoris in preſentiarum vacans, cujus collatio, preſentatio ſeu quevis alia diſpoſitio ad nos vacationis tempore pleno jure ſpectare et pertinere dinoſcitur vobis diſcretum *Mathiam* de *Sara-Caſtro* clericum Treverenſis dioceſ. tanquam habilem et ydoneum

preſentandum duximus et in his ſcriptis preſentamus ſupplicantes una cum eodem preſentato, quatenus eundem in et ad dictum altare inſtituere et inveſtire, aliaque ſibi prout veſtrum ſpectat ad officium impendere dignemini adhibitis circa hec ſolemnitatibus debitis et conſuetis. In quorum fidem ſigillum noſtri capituli, quo ad cauſas utimur preſentibus duximus appendendum. Datum *Moguntie* die veneris viceſima octava menſis Auguſti anno Dni milleſimo quingenteſimo viceſimo octavo preſentibus ibidem honorabilibus viris dominis *Johanne Fiſcher*, vicario ſupradicte eccleſie beate *Marie* et *Jacobo Pellificis* plebani in *Lüttershauſen* teſtibus.

Joannes Götzlinger notarius, ſcripſit.

Item eadem die in veſperis in Maſſenheim. *Paſtor ibidem procurabit commiſſariis. It. univerſitas dat unum libr. hll. unum quartale vini, unum groſſum ſcriptori. It. dantur quindecim ſoll. pro cathedratico. It. campanator dat unam minam avene. It. caupo dat unum groſſum.*

An. DCCCCIX, eccleſia in *Maſſenheim* ceſſa eſt *Hattoni* Arch. Mog. ab Abbate Fuldenſi erga locum *Salchimunſtere.* Notari meretur diploma ceſſionis, in quo villa *Maſſenheim* in comitatu *Cuningishuntra* ſita memoratur. De *Guden. T.* 1. *p.* 347.

Ipſa die S. Michaelis *equitant de* Moguntia *verſus* Blidenſtatt *ad plebanum ibidem, qui illo ſervo procurabit; de qua curatione commiſſarii ſolvunt ex conſuetudine duas partes et plebanus tertiam partem & in cra-*

craſtina hora miſſe celebratur ſynodus, ubi conveniunt plures ville ad illam ſpectantes, ut patebit infra & dant unam ſummam avene, ſicut manifeſtabunt ibidem ſcabini. Finita ſynodo Dominus Abbas & conventus procurabunt ſolemniter commiſſariis & plebanis & aliis presbyteris, campanatoribus & fabris. Ibi una eſt mola ſpectans ad Dominum Abbatem de qua nihil poſtulamus propter reverentiam, quam ſolet exhibere Dominis in vectura & in miniſtrando eis avenam que eis cedit ibidem & in Breidhart.

Et eadem die equitant verſus Breidhart *ibidem pernoctando.*

Sequenti die hora miſſe celebratur ſynodus in Breidhart, *ubi quam plures ville conveniunt ad illam ſpectantes, facientes ſua conſueta, uti moris eſt, ut infra patebit; ubi etiam ſcabini faciunt relationem de avena cedente ibidem, de qua cedit tertia pars paſtori. It. quilibet mechanicus dat denarium & ſcabini petunt quilibet denarium, pro quo remittuntur ad mechanicos & notandum eſt, quod a domino comite habent in recompenſam unum malterum frumentorum & duo quartalia vini & univerſitas ibidem ſolet miniſtrare album panem valoris ſex denariorum & ſcapulum à porco valoris ſex denariorum & duo quartalia vini. It. univerſitas in* Blidenſtatt *unum malterum avene. It. tres mine cum dimidia in* Sizenhan. *It. unum malterum avene in* Olla. *It. unum malterum avene in* Hayn. *It. unum malterum avene in* Lydebach. *It. medium malterum avene in* Mackenberg. *It. unum malterum avene in* Wehen. *It. unum malterum avene in* Stryntze *Margarethe. It. unum malterum avene*

in Michelnbach. *It. dimidium malterum avene in* Wünsbach. *Et ſciendum eſt, quod tertia pars illorum frumentorum cedit paſtoribus & plebanis ibidem. It. quindecim ſoll. pro cathedratico dantur in* Blidenſtatt. *It. univerſitas in* Breidhart *dat unum malterum avene & ſex denarios facientes quatuordecim hllr. It. uniuerſitas in* Holzhuſen *dat unum malterum avene & ſex denarios. It. univerſitas in* Steckenroth *dat unum malterum avene & ſex denarios. It. univerſitas in* Born *& in* Roſsfelden *dat unum malterum avene & tres denarios. It. quindecim ſoll. dantur in* Breidhart *pro cathedratico.*

Item feria ſecunda poſt Galli *in* Kirchberg *ibi nulla eſt procuratio, ſed tres ſolidi denariorum cedunt ibidem commiſſariis. It. cathedraticum non datur.*

Item eadem die in veſperis in Bergen *ibi nulla eſt procuratio, niſi ex benevolentia. Ibi datur cathedraticum. It. univerſitas ibidem dat ſex libr. hll. duo quartalia vini & duos groſſos ſcriptori. It. univerſitas in* Seckenbach, *que eſt filia in* Bergen, *dat triginta ſoll. unum quartale vini & unum groſſum ſcriptori. Notandum, quod quilibet molitor dabit de qualibet rota duos cappones & unum groſſum commiſſariis. Quilibet faber dat quatuor babata cum gumphis per ambas ſedes ubicunque morantur per terminos prepoſiture. Quilibet caupo dat groſſum commiſſariis & alias ut ſupra. Quilibet mechanicus dat tres hll. vel duos commiſſariis & alias juxta exceſſum eorum.*

Commiſſarii recipiunt violationes feſtorum, prout conſuetum eſt in terminis et hoc, ſi ita erit conventum cum Dominis de capitulo eccleſie S. Petri *extra muros Moguntinenſes.*

§. VIII.

§. VIII.

Jus patronatus eccleſiæ in Wisbaden.

An. MCCXI, *Henricus* et *Robertus* comites de *Naſſauwe* pro ſua ſuorumque parentum ſalute ad honorem D. N. I. C. nec non ſanctiſſime terre, quam pedes ejus calcaverunt, tradidere beate et glorioſe ſemper virgini Dei genitrici *Marie de domo Theutonica* transmarina jus patronatus eccleſie in *Wiſebaden*, ut magiſter prefate domus et fratres in ea Chriſto famulantes ipſam veri paſtoris nomine poſſideant in perpetuum et divinum in ea miniſterium populo provideant. *Gud. T.* 3. *p.* 1078.

An. MCCXIV, *Fridericus* Romanorum Rex, ad quem prædicta eccleſia jure proprietario pertinuit, hoſpitali Theutonico donavit et ſupra fatam traditionem regia auctoritate confirmavit. *Gud. T.* 3. *p.* 1080.

An. MCCXVIII, *Sifridus* Arch. Mog. piam donationem eccleſiæ in *Wisbaden* hoſpitali Theutonico Jeroſolymitano factam confirmat. Charta deſuper idibus junis data inter alia hæc continet: ea propter donum eccleſie antedicte, ſicut ab illuſtriſſimo rege prefato pie ac ſalubriter noſcitur eſſe collatum, gratuite duximus approbandum, idemque auctoritate metropolitica confirmamus, ſtatuentes ut in eccleſia ipſa perpetui miniſtrent paſtores, tali eis ſtipendio aſſignato, quo decenter valeant ſuſtentari et tam dyoceſano quam archidiacono jura exſolvere debito et conſueta. Curtis vero dotalis cum omnibus decimis majoribus et minutis absque diminutione qualibet ſerviet uſibus infirmorum, quibus providet hoſpitale. *Guden. Tom. I. p.* 457.

XLVII.

Documenta eccleſiæ in Wiſebaden de cambio facto inter dominam Jutham & fratres Theutonicos.

Frater *Hermannus* hoſpitalis ſancte *Marie* domus Theuton. Jeroſolimitani miniſter humilis omnibus fidelibus in perpetuum: In nomine Domini noverint univerſi, quod ex quo ad domum Dei in cultu religionis amplius dilatandum nobili fœminæ ſorori *Juthae* de Dorndorf juxta pium voluntatis ſuæ propoſitum, monaſterium ſanctimonialium in loco qui nunc dicitur *Vallis S. Eliſabeth* conceſſimus inchoare, ne propter bona ſua, quæ late diſtabant, diſpendium paterentur, forſitan et defectum de fratrum noſtrorum conſilio pro ſuis bonis tantundem de bonis noſtris in locis vicinioribus juſta æſtimatione taxatis permutationis titulo duximus aſſignandum, bona autem ipſius iſta fuerunt: in *Buslar* et in *Casle* pro quibus et dedimus decimam in *Wiſebaden*, et bona alia, quæ ad domum Confluentinam noſtri ordinis pertinebant, quorum redditus ad quindecim marcas annis ſingulis computantur. Item bona in *Guntersblume*, ad octo marcarum redditus annuatim. Item in *Wickere* bona, quæ fuerant fratris *Gerhardi* de *Diere*, quæ ſolvunt ſimiliter per annos ſingulos octo marcas. Item in *Hambach* ad tres marcas, et in nova curia ad duas marcas ei relinquimus annuatim; Inſuper habet ipſa de bonis propriis in *Derne* decem marcarum redditus annuatim. Teſtes hujus rei ſunt frater *Henricus* de *Honlo*, tunc habens in Theutonia vices noſtras frater *Conradus* quondam Lantgravius, frater *Rudpertus* de *Naſſou*: frater *Henricus* de *Ybach*: frater *Conradus Rubſame*: frater *Conradus* de *Oſterna*: frater *Volbertus*,

tus, et alii quam plures. Acta ſunt hæc anno Domini MCCXXXVII, in circumciſione Domini.

XLVIII.

Compoſitio controverſiæ inter nobilem Dominum Adam de Wiſebaden & conventum in Diffendall.

Gerhardus Comes de *Dier*, *Godefridus* de *Biegen*, *Siſridus* de *Vrowenſtein* Marſcalcus, et frater *Gerhardus* humilis proviſor in *Diffendall*, ad notitiam tam præſentium quam futurorum pervenire deſideramus, quod controverſia et cauſa, quam habuit Dominus *Adam* nobilis de *Wiſebaden*, contra conventum et eccleſiam in *Diffendall* ſuper prediis et bonis hereditatibus, quæ *Theodericus* olim ſcultetus in *Wiſebaden*, cum conſenſu uxoris ſuæ *Paulinae* dictæ eccleſie legaverat, ſpecialiter quoque de uno manſo, et bonis *Theoderici* ſemiclerici et omnibus bonis, quæ præfata eccleſia poſſedit, per arbitrium proborum virorum et amicabilem compoſitionem penitus fuit deciſa, et ſopita, ita quod jam dictus Dominus *Adam* libere, et abſolute renuntiavit omnibus actionibus et cauſis, quas egerat contra prædictam eccleſiam ut autem ipſum arbitrium in perpetuum ratum, et firmum permaneat, ad petitionem honeſtorum virorum conventus memoratæ eccleſiæ in *Diffendall* contulit domino *Adae*, et heredibus ſuis in quolibet campo in *Wiſebaden* ſex jugera agriculturæ, perpetuo ab ipſo et hæredibus poſſidenda, quorum ſumma conſiſtit in XVIII. jugeris ſi vero quiſpiam auſu temerario pactum præſcriptum, occaſione domini *Adae* infringere, ſeu ipſam eccleſiam pro eisdem bonis impetere attemptaverit; Dominus *Adam* propriis ſuis expenſis et laboribus ſine diſpendio damno eccleſiæ prælibatæ

tollere tenebitur. In hujus igitur facti memoriam, præſens ſcriptum cum ſigillorum noſtrorum munimine dedimus prænominatæ eccleſiæ in *Diffendall* corroboratum, teſtes ſiquidem hujus rei ſunt; *Petrus* de *Vernen*, *Heinricus Franco*, *Ulbertus* de *Sunnenberch* *Budo* filius ſuus, *Fridericus* filius *C.* de *Rudensheim* *Arnoldus* de *Cleberch*, *Simon* de *Rudensheim*; *Nicolaus* de *Scarpenſtein*, *Ruggerus* frater ipſius; *Cunradus* de *Kunegeſtein*: *Henricus* de *Scherſtein*: *Wigandus Mulich*; *Rupertus* advocatus; *Marquardus* advocatus, milites *Bertoldus Kunechin* ſcultetus *Keppechinus* et ſcabini: *Wolframus Wigandus*, *Anshelmus*, *Heinricus* de *Birgeſtat*, et ſcabini in *Wiſebaden*. Item *Heinricus* ſcultetus de *Birgeſtat*, *Gisbertus* ſcultetus de *Erbenheim*, et alii quam plures, tam milites, quam ruſtici. Actum anno Domini MCCXLVIII. III idus Februarii in cimiterio eccleſiæ beati *Mauritii Wiſebaden*.

Anno MCCLXXXVI jura in *Wiſebaden* exercenda hactenus inter *ordinem Theutonicum* et monaſterium in *Tiefenthal* contentioſa per arbitros utrimque ſelectos definiuntur ſic, quod jus patronatus alternis vicibus exerceatur ab utraque parte præſentando clericum ſacerdotem; aliis ſuper permutatione decimæ et aliorum bonorum olim ordinatis in ſuo robore perpetuo duraturis. Capella ibidem ſita cum omnibus redditibus ad ipſam pertinentibus, ſicut olim extitit, ſic deinceps remaneat in diſpoſitione Abbatiſſæ et conventus ſanctimonialium. *Gud. T.* 4. *p.* 955.

XLIX.

XLIX.

Nos frater *Lutherus* commendator, cæterique fratres *domus Theutonice* ſancte *Mariae* in *Franckfort*, univerſis, præſens ſcriptum viſuris ſalutem in Domino ſempiternam ad hoc ſcribuntur pia geſta hominum, ut bene vivendi fidelibus dent exemplum. Noverint igitur præſentium inſpectores, quod *Eliſabeth* relicta bonæ memoriæ quondam *Conradi* dicti *Colbe* civis Moguntinenſis, ob ſui mariti jam dicti anime remedium, et ob ſui ipſius tam corporis quam anime felicitatem domui noſtræ in *Sachſenhuſin* contulit centum et viginti marcas Colonienſium denariorum cum quibus comparavimus undecim manſos, cum omnibus attinentiis ſuis in *Ekinheim* ſitos, erga Dominum *Wernherum* de *Minzinberg*, ſalvo tamen jure, et redditibus, et ab antiquo, pauperibus hoſpitalis domus noſtræ prædictæ a Domino *Cunone* de *Mizinberg*, videlicet, centum et decem octalibus, ſiliginis ſunt, perpetuo absque omni alienatione ſive venditione, qualibet inſtituti. Ita quod de proventibus, qui ultra redditus centum et decem octalium de eisdem manſis, ac eorum attinentiis cedere poterunt, procurabimus perpetuo ſacerdotem, et apud noſtram domum manſurus in capella noſtra beatæ *Eliſabeth*, ad minus bis in qualibet ebdomada, niſi impedimentum legitimum infirmitatis, ſive auræ non obſtiterit, miſſam defunctorum, pro antedictis *Conradi* & *Eliſabeth* memoria celebrabit, et in aliis miſſis ſepedictorum *Conradi*, & *Eliſabet* memoriam faciet, per collectam tali autem conditione adjecta, quod occaſione hujusmodi ſacerdotis conſuetus apud nos non minuatur numerus

De conditione, qua monaſterium in Diſſenthall accipere poſſit bona pertinentia ad domum Theutonicam, in Ekinheim.

ſacerdotum imo quod ad minus duo apud nos permaneant in divino officio, ut dictum eſt, ſervituris inſuper de bonis predictis lampadem, diebus ac noctibus arſuram in eccleſia noſtra extra chorum, ante imaginem beatæ *Mariae* virginis pro animabus dictorum *Cunradi*, et *Eliſabet* procurabimus in æternum quod ſi hæc omnia prætaxata non fuerint obſervata monitione tamen dimidii anni cum dictis literis nobis factas volumus et ſponte eligimus, ut redditus ſive proventus dictorum bonorum cum prælibata pecunia comparati, integraliter cedant monaſterio in *Diſſendall*, ſine noſtra contradictione qualibet vel offenſa. Ad hæc autem obſervanda, de conſenſu et licentia ſpeciali, religioſi ac reverendi viri fratris *Cunradi* de *Untrewangin* præceptoris fratrum ordinis noſtri per Alemanniam, nos aſtrinximus per præſentes. Ne autem hæc per ſucceſſum temporis, aliquatenus oblivioni tradantur, præſens ſcriptum inde confectum eſt, munimine ſigilli noſtri firmatum: Actum anno Domini MCC°LXXX ſeptimo menſe Aprili in *annuntiatione beatae Virginis Mariae.*

L.

De libertate bonorum in Wiesbaden, quam conceſſit Adolphus Comes de Naſſoia.

Nos *Adolphus* Comes de *Naſſoia* preſentibus litteris publice profitendo conſtare cupimus univerſis, quod nos una cum uxore noſtra *Imagina* et ejus voluntate permutationem fecimus cum venerabili Domina *Sophia* Abbatiſſa, totoque conventu ſanctimonialium in *Diſſenthal* ordinis Ciſtercienſis, videlicet quod ipſe ſanctimoniales predicte curiam ſuam que dicitur *zume Nuwenhove* ſitam juxta *Wehene* cum ſuis pertinentiis

ſcili-

ſcilicet agris, pratis et ſilvis, exceptis hominibus cenſibus decimis et curia in *Hambach* nobis et noſtris heredibus dederint et ejusdem poſſeſſionem et dominium in nos perpetualiter transtulerint, ſicut ad ipſas notum fuit permutationis tempore pertinere. Et nos proinde bona predictarum ſanctimonialium, que in *Wisbaden* ſita permutationis tempore habuerunt, ab omni onere exactionum, precariarum et cenſuum annuorum, quæ nobis aut noſtris ſucceſſoribus debebantur, libera fecimus perpetualiter reddidimus et ſoluta, adjicientes quod ſi predictis ſanctimonialibus in prefatis bonis aliquod damnum aut prejudicium violenter aliqualiter inferetur, nos vel noſtri heredes tale damnum vel prejudicium deponemus infra ſpatium unius anni à tempore illati gravaminis computandum aut infra jam dictum ſpatium de noſtris bonis in certis reditibus tantum quantum à prefatis ſanctimonialibus extortum fuerit refundemus, alioquin ex tunc prefate ſanctimoniales predictam curiam *zume Nuwenhove* tanquam ipſis pro prenotatis pignori ſubrogatam ceſſante noſtro aut heredum noſtrorum omni impedimento aut obſtaculo rehabebunt, nullam penitus refuſionem expenſarum à ſepedictis ſanctimonialibus requirendo, ſi ſepedictam curiam variis edificiis emendatam reſignare nos oportet. In cujus rei memoriam firmiorem preſentes litteras dedimus prefatis ſanctimonialibus viri nobilis Domini *Gerlaci* de *Limburc* noſtri et uxoris noſtre predicte ſigillorum appenſionibus communitas. Huic ordinationi interfuerunt *Philippus* marſchalcus de *Frowenſtein*, *Cuno* de *Glimendal*, *Conradus Merckelinus* de *Edechenſtein*,

Ludewicus de *Vokenhoven* milites et *Johannes* Capellanus noſter et alii quam plures. Acta ſunt hec coram univerſitate de *Wiſebaden* et coram dapifero *Conrado* dicto *Treffere*, *Thilmanno* ſculteto et ſcabinis ſcilicet *Harcelone*, *Henrico in der Muren*, *Arnoldo* dicto *Higil*, *Bertolfo* dicto de *Aldeſtelen* et *Bertolfo* de *Jungeſtelen*, *Hildemaro* molendinario, *Hermanno* dicto *Durrenbergere* et aliis quam pluribus viris fide dignis. Datum anno Domini M°CC°LXXX. v° kal. Auguſti.

An. MCCCXVI cives in *Wiſebaden* in dubium vocabant, qualiter capella beatæ *Mariae* virginis ibidem per Abbatiſſam et conventum in *Tieffenthal* officiari deberet? Rei diſcuſſio Abbati in *Eberbach* commiſſa fuit, qui tale medium adinvenit, quod predictæ moniales ſepefatam capellam tribus diebus per quemcunque ſacerdotem ipſæ voluerint, in qualibet ſeptimana faciant officiari. *Gud. T.* 3. *pag.* 143.

An. MCCCXXVI jus præſentandi alternativum ſtabilitur vid. ſupr. *Gud. T.* 4. *p.* 1039.

LI.

Confirmatio præcedentium literarum.

Gerlacus Dei gratia ſanctæ Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius, notum eſſe volumus univerſis quorum intereſt vel intereſſe poterit in futurum, quod nos novellam plantationis hoſpitalis in *Wiſebaden* erectam et fundatam, per nobiles viros Dominum *Gerlacum* patrem noſtrum, *Adolphum*, et *Johannem* fratres noſtros comites de *Naſſaw*, cum conſenſu preceptoris ordinis ſanctæ *Mariae* Theutonicorum domus in *Moguntia*,

et

et ſuorum ſubditorum, nec non Abbatiſſæ et conventus ſanctimonialium in *Diſſendall* patronorum parochialis eccleſiæ opidi *Wiſebaden* prædicti, in præſentando alternatis vicibus ad eandem eccleſiam plebani pro nunc ibidem exiſtentis, ſub omni modo et forma, ac jure quibus dictum hoſpitale inſtitutum dignoſcitur collaudamus, approbamus, et tanquam loci ordinarius præſentibus confirmamus concedentes et liberaliter tribuentes, omnibus et ſingulis, qui eleemoſynas ſuas ad prædictum hoſpitale, cum debita devotione contulerit, auctoritate nobis a jure permiſſa, quadraginta dies indulgentiarum, quotiens hoc fecerint, in remiſſionem omnium ſuorum peccatorum. In quorum omnium et ſingulorum teſtimonium hanc præſentem literam ſigilli noſtri munimine fecimus communiri: nos quoque præceptor domus Theutonicorum prædictæ in *Moguntia* de conſenſu noſtrorum ſubditorum: ac Abbatiſſa et conventus in *Diſſendal* patroni, ut præmittitur parochialis eccleſie prædictæ in ſignum, et memoriam noſtri conſenſus adhibiti, in fundatione, et erectione hoſpitalis antedicti, dum tamen hæc in præjudicium ejusdem eccleſie minime extendantur, noſtra ſigilla appendimus huic literæ, in robur et memoriam omnium præmiſſorum. Data feria tertia poſt dominicam palmarum: anno M°CCC°LIII.

An. MCCCCLXV charta prodiit, quæ denuo agit de jure patronatus parochiæ in *Wisbaden* ſpectante ad domum ordinis Teutonici Mogunt. quod ejusdem ordinis magiſter *Udalricus* de *Lentersheim* tran-

tranſtulit in *Adolphum* Arch. Mog. et *Joannem* Com. *Naſſov.* eo tamen pacto ut ſalvis juribus cæteris alternative illud cum parthenone *Tieffenthal* exerceant. Congregationem ſacerdotum ſibi propoſitam, qualis in *Widenbach* (vid. ſupr. *Königſtein*) Coloniæ extat ſic inſtituant, ut, ſi hæc ſucceſſu careat, re tanquam infecta jus præſentandi ad priorem redeat Dominum. *Gud. T.* 4. *p.* 380.

LII.

Dotatio altaris S. Michaelis in Wiſsbaden.

Sapienter agit, qui mortem, cujus adventu nichil certius eſt, hora autem ejus nichil incertius reperitur, nititur bonis operibus prevenire, ſciant ergo cuncti preſentes et futuri, quod ego *Betheidis* relicta quondam *Thi* dicti *Hud* militis pie memorie, non immemor ſalutis anime meæ in honorem Jeſu Chriſti ſanctiſſime matris ejus *Mariae* virginis et beati *Michaelis* Archangeli et in remedium animæ meæ, animeque predicti *Thi* mariti mei atque omnium Chriſti fidelium animarum perpetuam conſolacionem altare ſitum in *Wiſebaden* in honorem beati *Michaelis* dedicatum cum quinquaginta et ſex jugeribus terre arabilis et duabus peciis pratorum ſitis in *Erbenheim* et una area in *ſuperiori Erbenheim* ſita, que propria pecunia pro nonaginta marcis denariorum comparavi, que etiam *der Volraden Gud* nuncupantur, et ut divinus cultus eo magis augeatur dotavi et doto per preſentes eidemque altari prefata bona, ut ex ipſis perpetua miſſa ibidem ſummo mane ad conſolacionem peregrinantium et laborantium hominum devocius celebretur, donavi, legavi et perpetualiter aſſignavi

con-

condicionibus tamen intermediis que ſecuntur. Primo, quandocunque dictum altare vacaverit, quod ſemper heredum meorum ſenior ipſum conferendi et donandi præ ceteris heredibus meis liberam habebit poteſtatem; adjectum eſt etiam, quod ſi præfatum altare ſcolari ad ordines non promoto forte conferretur, debet tamen per idoneum ſacerdotem regi, cui etiam prefata bona omnia medio tempore debent aſſignari tamdiu, quo usque ille ſcolaris ad ordinem ſacerdocii eſt promotus, ne in divinis officiis defraudetur; ut autem predicta mea dotacio robur firmitatis adipiſcatur et ut in poſterum maneat inconvulſa, preſentem literam ſigillis nobilis viri Domini *Gerlaci* comitis de *Naſſowe*, religioſi viri Domini commendatoris et conventus ordinis Teuthonicorum domus in *Moguncia*, nec non Domine Abbatiſſe in *Diffendal* feci communiri. Nos vero *Gerlacus* comes, Dominus commendator et Domina Abbatiſſa recognoſcimus antedicti, quod prefate dotacioni ſeu legacioni noſtrum conſenſum et favorem ſpecialem adhibuimus et preſentibus adhibemus, ipſamque per appenſionem noſtrorum ſigillorum, que ad rogatum memorate *Betheidis* preſentibus ſunt inpenſa, in nomine Domini preſentibus confirmamus. Datum anno Domini M°CCC°XXX° in die *beate Elizabeth* vidue.

LIII.

Heinricus Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem in Domino. Erreccionem inſtauracionem et

Confirmatio prædictæ dotationis.

dotacionem altaris beati *Michahel* Archangeli in capella cimiterii parochialis eccleſie in *Wiſebaden* conſtituti, in quantum ſine matricis eccleſie predicte ac cujuslibet juris alieni prejudicio facte ſunt, ratas habemus atque gratas, easque in Dei nomine preſentibus confirmamus; proviſo quod pro ejusdem altaris beneficio tanta dos fuerit aſſignata, de qua unus ſacerdos ſuſtentacionem habere valeat congruentem ac alia onera ſibi incumbencia ſupportare. Datum *Aſchaffenburg* feria quinta poſt diem *beati Mathaei* Apoſtoli anno Domini M°CCC°XXXVIII°.

LIV.

Conſenſus Archidiaconi.

In nomine Domini amen. Officialis Domini præpoſiti eccleſie ſancti Petri Mogunt. univerſis preſentes literas inſpecturis ſeu audituris et ſpecialiter quorum intereſt aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum ſalutem in Domino cum noticia ſubſcriptorum. Humanam creaturam ymagyni et ſimilitudini divine figuratam ipſe creator miſericordi pietate ſemper reſpiciens miro et multiplici ſue theſauro clemencie decrevit ad vite gaudia relevare. Hinc honeſta matrona *Betheidis* relicta quondam *Theoderici* dicti *Hud* militis infundente altiſſimo ejus menti timorem ſui nominis et amorem ipſa in augmentum divini cultus nec non in remedium animarum ipſius *Betheidis* ac *Theorici* predicti atque omnium Chriſti fidelium perpetuum conſolamen altare ſitum in parrochiali eccleſia in *Wiſebaden* in honore beati *Michaelis* dedicatum pro officiacione unius miſſe ibidem perpetue celebrande dotavit; cujus dotalicium in bonis agris,

re-

reditibus, cenſibus et juribus infra ſcriptis deputavit, conſtituit et ſolemniter ordinavit. Primo videlicet in villa *Erbinheim* in campo verſus *Nordenſtatt* ij juger juxta dominas de *Gotstal* of *Klopheimer wege.* Item duale infra duas villas *Erbinheim* juxta *Cunradum* militem de *Rudensheim.* Item unum juger dictum *der crumme morge* of *Delkelnheimer wege.* Item i juger prope dictum juger an der ſyte *Delkelnheimer wege.* Item i juger juxta advocatum. Item duale parum ſuperius juxta *Heinricum ſacerdotem.* Item ii jugera bi den *langen ſtrigen* juxta dominos de ſancto *Petro.* Item ij juxta viam dictam *Yſterder wege.* Item duale of der *largruben.* Item i juger uber *Wieſebeder wege.* Item i juger uber *Grunt.* It. ij juger of dem *kappus graten.* It. duale infra dominas de *Diffendal.* It. i juger juxta *Helmannum* dictum *Durne.* Item ij juger juxta *Petrum* de *Lynperg* militem. Item i juger ofme *Koſtheimer wege.* Item i juger an *Koſtheimer velde* juxta *Georgium* de *Solzbach* militem. Item i juger an *handelo* juxta fontem. Item i juger an *Yſteder* velde juxta *foſſatum.* Item i juger *an Birgeſteder velde* obir den *Birgeſtedir wege.* Item duale an *Birgeſtedir velde* juxta dominos de ſummo. Item i juger juxta *Rupertum* de *Sunnenberg* an *Birgeſtedir ſtraze.* Item duale juxta advocatum juxta ſeptem ſua quartalia. Item ij juger ubir *di Sale.* Item i juger juxta *Cunradum* de *Rudensheim.* It. dimidium juger juxta molendinum juxta ſepes. Item duale infra villas cum arboribus. Item ſuperius juxta eundem *Cunradum* ſeptem quartalia. Item prope dimidium juger. Item i juger of dem *wingarth paht.* Item i juger

ſuper eadem via. Item ij juxta eandem viam juxta Dominos ſancti *Petri*. Item vii quartalia ſupra vineis. Item i juger ubir *Salzawir weg*, juxta *Nicolaum*. Item ij juger of *Wiſebader weg* inferiori. Item i juger of *Wiſebadir velt obir grunt*. Item ij juger of der *Birgeſteder ſtraze* juxta crucem. Item ij juger juxta *Georgium* de *Solzbach* militem. Item ij juger retro vineas juxta *der Wydenhuben*. It. ij jugera of der *Birgeſteder ſtraze*. Item duale juxta dominas *de Dyffindal*. Item i juger juxta Dominas de Diffindal juxta prata. Item i juger ubir *Rinkawirweg*. It. v jugera juxta dominos de *ſancto ſepulcro*. Item duale et quartale ibi prope undir dem *Rinkawirwege*. Item dimidium juger juxta dotem eccleſie ubirm *Huſer wege*. Item dimidium juger *of Merſchirborne*. Item i juger pratorum. It. aream in ſuperiori villa ſuper ripa. Item in *Mezzcilſehe* juxta dominos de ſancto *Petro* ij jugera. Que quidem bona ipſa fundatrix pro ſua pecunia comparavit et volgariter der *Volraden gut* nuncupantur, jure collacionis miſſe ſeu beneficii pretacti ex nunc quociens et ex quacunque cauſa ipſum vacare contigerit, heredum ſuorum ſeniori omnimode reſervato, prout in aliis literis deſuper confectis plenius eſt expreſſum, requirens nichilominus eadem fundatrix et dotatrix beneficii ante dicti ſuper premiſſis omnibus perficiendis et complendis conſenſum rectoris parrochialis eccleſie predicte et noſtram licenciam et confirmacionem, prout ad noſtrum ſpectat officium humiliter ſpecialem, cujus quidem rectoris conſenſus ſua patente litera eſt habitus, cnjus tenor talis eſt: ego *Henricus* plebanus in opido *Wiſebaden* recognoſco publice per preſentes

quod

quod ad dotacionem altaris ſancti *Michaelis* ſiti in eccleſia mea parochiali dicti opidi per Dominam *Bechtam* relictam quondam *Theoderici* dicti *Hut* militis factam et collacionem ejusdem altaris factam *Johanni* clerico dicto *Bertorn* meum conſenſum adhibui et preſentibus conſencio et ratum habeo premiſſa; in cujus conſenſus et recognicionis teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Actum et datum anno Domini M°CCC°XXXIII° XII. kal. Auguſti. *Nos igitur* officialis predictus ſacris canonibus informati ac laudabili conſuetudini Moguntine dyoceſis circa premiſſa hactenus obſervate inherere volentes ſupplicacionem ſupradicte fundatricis cum adjeccione diſcrecionis ſubſequentis duximus admittendam, primo ut capellanus pro officiando miſſam predictam inſtitutus ut premittitur in eadem capella miſſam cum notis non celebret ſed legat, niſi ad hoc per rectorem parochialis eccleſie fuerit requiſitus, die dedicacionis ipſius cappelle duntaxat excepta. Secundo ut oblaciones ſibi ad altare provenientes rectori predicte parochie pro tempore exiſtenti integraliter aſſignet. Tercio ut cum funus in eadem parochiali preſens fuerit, idem capellanus ad ipſum eciam venire teneatur, cooperaturus rectori in miſſe ſolemniis et aliis exequiis, ſi fuerit requiſitus, ut ſaltem ea die non celebret in capella, donec funus ſit traditum eccleſiaſtice ſepulture. Quarto quod in ſolemnibus feſtis totius anni in vigilia cujuslibet feſti quoad veſperas in ſequenti die quoad matutinas et ad miſſam cooperaturus dicto rectori, ut predicitur, nec non ad vigilias cene Domini usque in completorium diei ſacre

paſche ad ipſam eccleſiam venire ſit aſtrictus; inſuper eſt adjectum, ut articulo neceſſitatis imminente, rectore quoque eccleſie abſente vel alias infirmante idem capellanus ab eodem rectore requiſitus morientibus et infirmis penitenciam ſalutarem injungat, viaticum tranſeuntibus ad vitam amminiſtret et eis ſacri olei conferat ungcionem. Premiſſis itaque omnibus et ſingulis rite et canonice dotatis, deputatis et completis ut premittitur ac per modum ordinacionis per nos inſertis inpoſterum inviolabiliter obſervandis ea et eorum quelibet prout tacta ſunt, ratificamus laudamus et approbamus nec non prout ad noſtrum ſpectat officium in nomine Domini in hys ſcriptis et ex certa ſciencia confirmamus. In cujus rei et confirmacionis teſtimonium ſigillum officialitatis noſtre preſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini M°CCC°XXXIV°. VI nonas Mai.

LV.

Nos *Adolphus* comes in *Naſſaw* et Dominus in *Wisbaden* venerabili viro Domino *Johanni ferratoris* de *Itzſtein* plebano in *ſuperiori Laynſtein* quicquid honoris poterimus, ad capellam beate *Marie* virginis in campis in vineis opidi *ſuperioris Laynſtein* Treverenſis dioceſis ſitamque ad preſens per liberam reſignacionem Domini *Johannis Zaegiler* de *Budingen* noviſſimi et inmediati . . poſſeſſoris, vacat, cujus collacio, preſentacio ſeu quevis alia diſpoſicio ad nos, autoriſabilis vero inſtitucio ad vos ſpectare dinoſcitur ac pertinet vobis diſcretum virum Dominum *Dietherum Felthen* de dicto oppido *Laynſtein* clericum Treverenſis

ſis dioceſis tanquam habilem et idoneum præſentandum duximus et preſentium tenore preſentamus, hortantes quatenus dictum *Dietherum* ad prefatam capellam inveſtire et ad realem et actualem illius poſſeſſionem inducere dignemini, nec non de fructibus et proventibus ejusdem illi correſpondere faciatis, adhibitis circa hæc ſolemnitatibus debitis et conſuetis. In cujus rei evidens teſtimonium preſentes preſentationis literas ſigillo noſtro communiri fecimus et communivimus. Datum anno milleſimo quingenteſimo quarto ſexta Aprilis,

LVI.

Wir *Adolff* grave zu *Naſſaw* herre zu *Wisbaden &c.* bekennen und thun kunt offentlich mit dyſem brive, das wir uns mit dem veſten *Eberharten Vetzer* vonn *Geyspisheim &c.* gutlich und fruntlich vereyniget und vertragen haben dem almechtigen Got zu lobe und ere auch zu merung gotsdienſt umb ein altar oder capell uff dem kirchoff der pfarrkirchen in unſer ſtat *Wisbaden* ſant *Michaels* altar gnant, ſo gemelter *Eberhart* oder ſein erben haben zu verleyhen von der gerechtigkait jus patronatus gnant, dargegen haben wir *Adolff* obgemelt, bemelten *Eberharten* und ſeyn erben eynen andern altar zu *Oberncaunſtein* gnant beate virginis in campis zugeſtelt, gegen dem vorangezeigten altar oder capellen zu *Wysbaden*, allſo das furterhin wir *Adolff* obgnant unnd unſer erben den gemelten altar zu *Wysbaden*, ſo der gemelt *Eberhart* bysher zu leyhen gehebt hat, ſollen furter wir *Adoff* und unſer erben zu leyhen haben, urſach ſolichs

lichs kawts unnd wechſal iſt geſchehen darumb dweyl der altar zu *Wyſſbaden* in unſer Grave *Adolffſtat* gerichtszwangk und obrigkait ligt und bemeltem *Eberharden* ungelegen iſt, auch das wir *Adolff* grave zu Naſſau den gnanten altar nach laut und inhalt ſeiner ſtyfftung zu lobe und ere Got dem allmechtigen baſs dann der gnant *Eberhart* uffhalten und handthaben konnen und mogen unnd zu zimmlichen wechſell oder gleichung ſo bemeltem *Erharten* der altar zu *Lanſtein* ungelegen und zu weyds iſt, ſo ſagen wir *Adolff* Grave zu *Naſſaw* obgeemelt ime zu, das wir allen möglichen vleyſs ankeren und furwenden wollen, ob wir unns mit unſerm vettern Grave *Ludwigen* von *Naſſau* oder ſunſt vertragen möchten, das derſelb von unnſern wegen bemeltem *Eberharten* ein anndern altar oder beneficium zuſtellen wolte uf dem Gawe, das dem obgemelten altar zu *Wyſsbaden* gleich und gemeſs oder aber ein andern umb *Mentz* gelegen wäre das wir *Adolff* grave zu *Naſſaw* unſerm lieben vettern obgemelt vergleichen wollen nach notturfft und aller billichheit, es ſollen und wollen auch wir *Adolff* Grave zu *Naſſaw* dem gemelten *Eberharten* alle unſer jura und gerechtigkait, nemlich die fundacion oder ſtyfftung, ſo den gemelten altar zu *Lanſtein* berurende ſein zu ſtellen und ubergeben, desgleichen ſall der gedacht *Eberhart* berurende ſannt *Michaels* altar in unſer ſtat *Wyſsbaden* uns auch tun, darzu wolten wir *Adolff* Grave zu *Naſſaw* ſolche fruntſchaft, ſo Got dem almechtigen zu lobe und ere, geſcheen iſt, in ſunderen gnaden unnd fruntſchafften gegen gemelten *Eberharten* und ſeinen erben erken-

nen und in gutem nit vergeſſen. Deſs zu urkunt haben wir grave *Adolff* obgnannt unſer ingeſigell an dieſen brive tun henken, der geben iſt uff dinſtag nach *Mauricii* anno funffzehen hundert und im fünfften.

LVII.

In nomine Domini amen. Serie preſentis publici inſtrumenti cunctis id ipſum intuentibus notum ſit et manifeſtum, quod anno à nativitate ejusdem Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo ſeptimo, indictione decima quinta, die vero ſaturni que fuit viceſima quarta menſis Auguſti, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et Domini noſtri Domini *Clementis* divina providentia Papæ *ſeptimi* anno ejus quinto in mei notarii publici teſtiumque ſubſcriptorum preſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis et magne litterature vir Dominus *Johannes Hundsrucker* artium liberalium magiſter poſſeſſor ſeu rector altaris ſeu verius capelle beatæ *Mariae* virginis extra muros opidi ſuperioris Lanſtein Treverenſis dioceſis ſiti per robuſtum et nobilem virum *Eberhardum Fetzer* de *Geysſpisheim* tanquam verum et indubitatum collatorem vigore juris patronatus preſentatus, prout hæc et alia plenius in litteris preſentationis et collacionis in anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto deſuper confectis continentur et habentur, quas quidem literas collacionis dictus Dominus et magiſter *Johannes* dicto Domino *Petro Hacken* ad effectum inſertum conſequendum et alias non tradidit, dedit et aſſignavit, qui quidem Dominus *Johannes* ex certis piis cauſis animum ſuum moventibus hujusmodi capellam in

Digitized by Google

favorem perſone Domini *Petri Hacken* ibidem preſentis et acceptantis ſperans ex dicti Domini *Petri* induſtria et ſagacitate dictum altare ſeu capellam augmentum recepturum, ſalvo previo conſenſu et aſſenſu expreſſo dicti nobilis et robuſti viri tamquam collatoris impetrando, quem quidem conſenſum collatoris ſi dictus Dominus *Petrus* impetrare non valuerit, ex tunc prout ex nunc et ex nunc prout ex tunc hujusmodi reſignationem irritam nullam et invalidam habere volebat et de preſenti vult ac ſeſe in ſua adepta poſſeſſione permanere vult, de quibus tunc publice proteſtabatur et de preſenti proteſtatur, ſalvaque illa ut premittitur proteſtatione dictus Dominus *Johannes* omnibus melioribus modo, via, jure, cauſa et forma quibus melius et efficacius potuit et poteſt hujusmodi capellam in et ad manus prefati collatoris ſeu ſuorum heredum verorum ſaltem in favorem perſone ſepementionati Domini *Petri* et nullius alterius ad effectum novas collationis litteras à dicto domicello ut et tanquam collatore impetrandi cum omnibus et ſingulis juribus, proventibus et emolumentis univerſis reſignavit, dedit et renunciavit dicte capelle penitus et in toto ſtipulataque manu dictus Dominus et magiſter *Johannes* principalis reſignans mihi notario infra ſcripto per fidem nomine juramenti ab ipſo corporaliter ad ſancta Dei ewangelia preſtiti promiſit, quod in hujusmodi reſignacione ac renunciatione non intervenit neque interveniet fraus, dolus, ſymoniaca pravitas aut aliqua alia corruptela ſiniſtra aut illicita pactio, ſuper quibus omnibus et ſingulis predictis Dominus *Petrus* ſibi à me

nota-

notario publico ſubſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri atque confici petiit inſtrumentum et inſtrumenta in meliori forma. Acta fuerunt hæc in *ſuperiore Langenſtein* in ede ſolite reſidencie dicti Domini *Johannis*, quam ibidem infra emunitatem eccleſie ſancti *Martini* inhabitat ſub anno, indictione, die, menſe, hora et pontificatu quibus ſupra, preſentibus ibidem providis et honeſtis viris *Johanne Metzhen* ſcabino et *Wernero piſtori* incolis dicti oppidi *teſtibus* ad premiſſa vocatis atque rogatis. Et ego *Philippus Breitbach* de *ſuperiori Lanſtein* presbiter dicte Treverenſis Dioceſis ſacra apoſtolica auctoritate ac olim venerabilis curie Confluentine communis nec non ordinaria admiſſione approbatus notarius et ſcriba juratus, quia predicti beneficii reſignationi, proteſtationi, literarum collacioni, dacioni, juramenti preſtacioni, omnibusque aliis et ſingulis premiſſis, dum ſic ut premittitur, fierent et agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interfui, eaque omnia et ſingula ſic fieri vidi et audivi, idcirco hoc preſens publicum inſtrumentum ſcripſi et ſubſcripſi ſignoque nomine et cognomine meis ſolitis et conſuetis ſignavi in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum rogatus et requiſitus.

De eccleſia parochiali in *Wiſsbaden*, quæ Patronum veneratur *S. Mauritium*, de capella *B. M. V.* de capella *S. Georgii*, de capella *S. Mariae Magdalenae*, de capella *B. M. V.* in hoſpitali, de capella *S. Michaelis* varia enarrat ſed documentis non confirmat *Gottfried Anton Schenck in der Geſchicht-Beſchreibung der Stadt Wiſsbaden pag. 313 &c. 348 & ſeq.*

LVIII.

Titulus auctoritatis ſtatutorum.

Sequuntur ſtatuta ruralis capituli *ſedis Caſtellenſis* infra limites prepoſiture ſancti *Petri* extra muros Maguntinenſes ſite. Ab archipresbitero camerario ac ceteris confratribus ejusdem ſedis capitularibus cum conſenſu et de certa ſcientia ac mandato venerabilis et generoſi Domini Domini *Heinrici Ruſs* de *Plawen* dicte eccleſie prepoſiti, majorisque eccleſie civitatis Maguntine Canonici ex antiquis predicte ſedis ſtatutis, aliqua et pro majori parte ſumpta. Aliqua vero ob rerum ac temporum varietatem et mutationem de novo edita. Et a reverendiſſimo in Chriſto patri illuſtrique Principe ac Domino, Domino *Bertoldo* de *Henenbergk* Maguntinenſi Archiepiſcopo ſacro ſancti Romani imperii per Germaniam Archicancellario ac Principe Electore gracioſe ratificata et confirmata. Sub anno dominice incarnationis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo.

Juramentum plebanorum.

Ego N. rector eccleſie parochialis. N. infra limites prepoſiture eccleſie ſancti *Petri* ſite, ero obediens et fidelis, reverendiſſimo in Chriſto patri et Domino Domino Archipreſuli pro tempore exiſtenti, ſimiliter et ſuis ſucceſſoribus ac eorundem judicibus. Nec non venerabili viro et Domino prepoſito eccleſie prefate ſancti Petri ac ejus officiali pro tempore exiſtentibus, eorundemque ſucceſſoribus. Sic et archipresbitero et camerario debitam reverentiam et honorem ipſis exhibendo. Eroque fidelis eccleſie meæ ac perſonis et fratribus ſedis *Caſtel.* Omnia et ſingula

gula ſtatuta ordinationes et conſuetudines ejūsdem capituli conſueta et conſuetas. Ac quecunque alia per capitulum prefatum impoſterum rationabiliter ſtatuenda bona fide firmiter et inviolabiliter obſervabo. Et omnibus jam per me memoratis nequaquam contraire volo verbo ſeu facto per me vel alium directe ſeu indirecte publice aut occulte. Ita me Deus adjuvet et conditores ſanctorum evangeliorum.

Evangelium ſecundum Johannem.

In illo tempore dixit *Jeſus* diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis. Mercenarius autem et qui non eſt paſtor, cujus non ſunt oves proprie, vidit lupum venientem et dimittit oves et fugit, et lupus rapit et diſpergit oves. Mercenarius autem fugit quia mercenarius eſt, et non pertinet ad eum de ovibus. Ego ſum paſtor bonus, et cognoſco oves meas, et cognoſcunt me mee. Sicut novit me pater, et ego agnoſco patrem, et animam meam pono pro ovibus meis, et alias oves habeo que non ſunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere et vocem meam audient. Et fiet unum ovile et unus paſtor

Juramentum Altariſtarum.

Ego N. rector altaris N. infra limites prepoſiture eccleſie ſancti *Petri* ſiti ero obediens et fidelis reverendiſſimo in Chriſto patri et Domino Domino Archipreſuli pro tempore exiſtenti ac ſuis ſucceſſoribus eorundemque judicibus. Nec non venerabili viro et Domino prepoſito eccleſie prefate ſancti *Petri* ac ejus officiali pro tempore exiſtentibus eorundemque ſucceſſoribus ſimiliter et archipresbytero et camerario

debitam reverentiam et honorem ipſis exhibendo. Eroque fidelis eccleſie mee ac perſonis et fratribus ſedis *Caſtel.* Omnia et ſingula ſtatuta ordinationes et conſuetudines ejusdem capituli conſueta et conſuetas ac quecunque alia per capitulum prefatum impoſterum rationabiliter ſtatuenda bona fide firmiter et inviolabiliter obſervabo. Et omnibus jam per me memoratis nequaquam contraire volo verbo ſeu facto per me vel per alium directe ſeu indirecte publice aut occulte. Ita me Deus adjuvet et conditores ſanctorum evangeliorum.

Evangelium ſecundum Matheum.

In illo tempore dixit *Jeſus* diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis niſi habundaverit juſtitia veſtra plusquam ſcribarum et phariſeorum: non intrabitis in regnum celorum. Audiſtis quia dictum eſt antiquius non occides. Qui autem occiderit reus erit judicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viaſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri ſuo racha, reus erit conſilio. Qui autem dixerit fatue reus erit gehenne ignis. Si autem offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te relinque ibi munus tuum ante altare & vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offeres munus tuum.

De acceptatione poſſeſſionum beneficiorum.

Primo ſtatuimus et ordinamus ut omnes beneficiandi infra limites archipresbiteralis ſedis *Caſtel* tam curati quam non curati. Paſtores plebani perpetui vicarii et altariſte quacumque proviſione ſeu etiam permutatione ſua beneficia impetrantes eorundem

dem beneficiorum aſſignationem ſeu poſſeſſionem ab archipresbitero dicte ſedis camerario ſeu alio confratre tui id commiſſum fuerit, per ſe aut ſuos legittimos procuratores recipere teneantur.

De duobus capitulis celebrandis.

Item in predicta ſede *Caſtel* ſingulis annis per beneficiatos infra limites ejusdem ſedis duo ſub forma ſubſcripta celebrentur capitula.

De primo capitulo ac ordine in eo ſervando.

Primum capitulum cclebrabitur feria ſecunda poſt corporis Chriſti. In capella ville *Caſtel* ubi primo ſummo mane vigilie mortuorum legentur, poſt quas miſſa pro defunctis per camerarium vel tui commiſerit cantabitur, ſub qua in cancellis defunctorum commemoratio et de hinc viventium fratrum fiat oblationis finitis fiat proceſſio ad eccleſiam ſancti *Georii* martiris extra villam ſitam. In qua proceſſione ab archipresbytero ſeu alio confratre cui commiſerit ſacerdotalibus veſtimentis induto ſacratiſſimum dominici corporis portetur ſacramentum. Quem duo juniores dalmaticis ac ceteri omnes religione induti cum omni reverentia et canoris laudibus antecedant fratres. Poſtquam autem ventum eſt ad prefati ſancti *Georii* martyris eccleſiam ab aliquo confratrum miſſa legetur. Ceteri autem ad honorem glorioſiſſime virginis Marie primo ſalve regina cum verſiculo et coll. Deinde an. de beato *Georio* martyre cum verſi et coll. ſolenniter decantent. Et ſingulis confratribus his in religione intereſſentibus per camerarium ſedis ſex denarii diſtribuentur. Et demum archipresbiter coram altari ſtans dominicum corpus

in

in manibus reverenter tenens in honorem et devotionem ejusdem confratres et populum concitabit et ter exaltata voce. Ecce panis angelorum decantabit. De hinc fratribus una cum venerabili ſacramento proceſſionabiliter ad capellam reverſis archipresbiter miſſam de ſacratiſſimo corpore Chriſti miniſtrantibus ſibi duobus junioribus de capitulo confratibus ſolenniter decantabit. Quibus omnibus cum ea qua decet reverentia finitis et peractis ſi qua reverendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi Maguntini vel etiam Domini noſtri præpoſiti ſancti *Petri* extra muros Maguntinenſes pro tempore exiſtentium emanaverint mandata illa publicentur, ſtatutaque capitularia in hoc libro conſcripta ne quis illorum ignorantiam pretendere poſſet legentur. Et ea que in receptione novorum fratrum vel alias pro pace et concordia confratrum nec non pro conſervatione ac manutentione jurium privilegiorum ac libertatum capitularium ſunt facienda cum manſuetudine tractentur. His autem omnibus ſupra ſcriptis, omnes confratres religione induti intereſſe debent. Sub pena libre cere. Niſi rationabili cauſa quis poſſit excuſari. Nullus etiam ſub eadem pena in hujusmodi divinis proceſſionibus ac aliis tractatibus capitularibus ſtrepitum cavillationes aut clamores facere preſumat.

De ſecundo capitulo et ejus celebratione.

Secundum capitulum celebrabitur feria quinta poſt feſtum *nativitatis beate Virginis.* In quo archipresbiter camerarius et diffinitores cum loco proximioribus vocatis fratribus conveniant. Et primo vigilias ac miſſam pro fratribus defunctis. Deinde de

octa-

octava nativitatis glorioſiſſime Virginis ſolenniter decantent. Quibus finitis ſi qua reverendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi Maguntinenſis ac Domini noſtri prepoſiti mandata emanaverint illa publicentur, et de hinc fratribus abſentibus per camerarium expenſis capituli inſinuentur.

De celebrationibus in capitulis fiendis.

Item rogamus ac per viſcera miſericordie Dei ſingulos noſtri capituli confratres obſecramus ut quivis ſaltem in beneficio reſidens in primo capitulo ac etiam in ſecundo ſi ad id per archipresbiterum vocatus fuerit, vel ſaltem in loco ſue reſidencie ſingulis annis unam vel duas miſſas pro felici ſtatu reverendiſſimi in Chriſto patris et Domini Domini noſtri Archiepiſcopi Maguntinenſis ac Domini noſtri prepoſiti *pro tempore* exiſtentium nec non pro vivis et defunctis fratribus celebret ac ſicut pro ſe vivo et defuncto fieri optat devotas altiſſimo preces fundat.

De refectione.

Item ſingulis capitulis ut premittitur celebratis. Archipresbiter camerarius diffinitores una cum ceteris confratribus honeſtam refectionem non nimis crapuloſam absque contentionibus detractionibus et diſſolutis confabulationibus ibidem facient qua peracta omnes ſurgent referentes omnipotenti Deo omnium bonorum largitori debitas et devotas gratiarum actiones adjungentes pſalmos miſerere et de profundis, cum certis collectis pro fratribus ac aliis fidelibus defunctis.

De ordine ſeſſionum in conventionibus capitularibus.

Ut autem debitus ordo et reverentia inter perſonas

ſonas capituli ſervetur, ſtatuimus quod in omnibus predictis capitulis prandiis offertoriis ſimiliter in aliis fratrum congregationibus ſeſſionibus proceſſionibus Archipresbiter camerarius et diffinitores propter eorum pereminenciam et officia primum et ſupremum ſuſcipiant locum, deinde alii capitulares primo curati dehinc altariſte quilibet juxta ipſius introitum et receptionem ad capitulum, ſiquis vero hujusmodi ordinationi in menſa contravenerit et ad alium locum ſuperiorem ſedere preſumpſerit, dimidium quartale vini melioris pro augmento ejusdem prandii, in aliis vero ſeſſionibus proceſſionibus ſive offertoriis dimidiam libram cere pro candelarum conſervatione irremiſibiliter ſolvat.

De ſuſceptione novorum fratrum ad capitulum.

Cum autem pro duobus capitulis ſingulis annis ut premittitur celebrandis ac perſonarum refectionibus ad eadem ex ſtatutorum coercione confluentium juriumque ſynodalium ſolutionibus faciendis noſtre ſedis cenſus annui non ſuppetant a predeceſſoribus noſtris ſtatutum et longi temporis conſuetudine comperimus obſervatum, ut omnis in noſtra ſede beneficiatus in receptione ſua unum florenum Renenſem pro jocundo adventu et ſingulis annis quibus in ſede beneficium curatum optinet ſex albos. Si vero non curatum tres albos pro abſentiis et in morte melius pecus a ſe relictum vel ſaltem in defectum illius unam marcam denariorum in anime ſue remedium capitulo camerario vero unum florenum. Si curatus vel ſaltem dimidium ſi non curatus fuerit, ſolvere et relinquere teneatur. Nos igitur predeceſſorum noſtrorum

ſtrorum veſtigiis inherentes et hujusmodi ſtatutum cum quodam moderamine et pene adjectione innovantes ſtatuimus quod omnis in noſtra ſede beneficium aliquod obtinens, ſingulis annis ſi curatum ſex ſi vero non curatum ſit, tres albos pro abſentia in primo anni capitulo camerario noſtro ſolvere teneatur, et infra annum a tempore pacifice poſſeſſionis beneficii hujusmodi obtenti computandum ad capitulum ſe recipi facere et de obſervandis ſtatutis conſtitutionibus et ordinationibus ejusdem ſedis juramentum ſub forma in primo folio hujus libri preſcripta preſtare, et in tali receptione pro jocundo adventu unum florenum Renenſem capitulo noſtro cujus tamen quarta pars Archipresbytero et camerario cedet, dare, ceterumque teſtamentarii beneficium hujusmodi obtinentis ac in poſſeſſione hujusmodi decedentis unum florenum Renenſem capitulo noſtro pro exitu et dimidium florenum camerario pro tunc exiſtenti, infra annum a tempore obitus defuncti computandum ſolvere et exponere teneantur ſub pena triginta florenorum Renenſium reverendiſſimi in Chriſto patris illuſtrisque Principis ac Domini Domini *Bertoldi* de *Hennebergk* Maguntinenſis Archiepiſcopi ſacroſanctî Romani Imperii per Germaniam Archicancellarii ac Principis Electoris ac ejusdem pro tempore exiſtentium ſucceſſorum fiſco irremiſibilter ſolvendorum, nec non ſuſpenſionis et ceſſationis divinorum quas his ſtatutis beneficiorum in noſtra ſede ſtorum poſſeſſores et obtentores ac etiam in illis locum eorum tenentes et poſt mortem eorundem teſtamentarii ſeu manuſideles contumaces vel rebelles,

nec non eccleſie et altaria ab hujusmodi rebellibus ſeu contumacibus in noſtra ſede poſſeſſe et obtenta per hec que nos prefatorum reverendiſſimi in Chriſto patris illuſtrisque Principis ac Domini Domini *Bertoldi* de *Hennebergk* Maguntinenſis Archiepiſcopi ſacroſancti Romani Imperii per Germaniam Archicancellarii et Principis Electoris, venerabilisque et generoſi Domini Domini *Henrici Ruſs* de *Plawen* eccleſie ſancti *Petri* prepoſiti eorundemque ſucceſſorum reputamus quam de alterius conſenſu et certa ſcientia ac mandato edita, alterius vero auctoritate recepta ac gratioſiſſime confirmata ſunt ſtatuta ipſo contumacie facto incurrant, neque ab alio quam a prefato Domino noſtro gratioſiſſimo Maguntinenſi Archiepiſcopo vel ſuis ſucceſſoribus abſolvi poſſint atque valeant. Sed quia nonnulli conſolationum ſocii paſſionum vero eſſe reperiuntur minime beneficiorum fructus ſibi imburſare et illorum onera refugere volentes allegantes fructus beneficiorum ſibi vel ut ajunt ſue communi menſe incorporatos ac appropriatos, benefitia vero quorum ratione fructus proveniunt omnino eſſe extincta ac per hoc quot beneficia in capitulo non habeant, a beneficiorum quondam nunc vero extinctorum oneribus ſaltem capitularibus ſe tueri nituntur. Quid autem ex iſto tandem oriri poſſit luce eſt clarius. Quoniam ſicut jam alique tales beneficioruu extinctiones et fructuum eorundem incorporationes ſeu appropriationes ſunt facte, ita et in dies plures fieri poſſent, et tandem pauci invenirentur qui annuatim juxta provincialia ſtatuta capitula ruralia celebrare et non ſine magno damno et incom-

incommodo ſuo epiſcopalia et ſynodalia jura etiam ſi vellent ſolvere et procurare poſſent. Ne igitur contra apoſtoli ſententiam illiusque cujus auctoritate ſunt facte, procul dubio mentem tales incorporationes et fructuum beneficiorum extinctorum appropriationẽs aliis fiant remiſſio aliis autem tribulatio, ſtatuimus et ordinamus ut quicumque fructuum beneficiorum ſic extinctorum in noſtro capitulo exiſtentium perceptores infra annum aliquam perſonam etate ad quondam beneficium licet nunc extinctum et ratione cujus fructus percipiuntur habilem nominare et illius nomen inſcriptis tradere et demum de introitu exitu et abſentiis juxta ſtatuta non a nobis noviter ſed a predeceſſoribus noſtris et multis retroactis temporibus introducta et ſupraſcripta ſatisfacere, et poſt illius ſic nominati mortem modo et forma ſupra expreſſis alium nominare ac cetera juxta ſtatuta premiſſa totiens quotiens ſic nominatus moritur agere et facere, vel ſaltem ſingulis annuis abſentiis juxta ſtatutum ſupraſcriptum expeditis et ſolutis quibuslibet quinque luſtris hoc eſt viginti quinque annis decurſis et transactis in duobus et dimidio florenis Renenſ. capitulo et camerario noſtro ſolvere et ſatisfacere teneantur ſub penis in ſtatutis premiſſis et preſcriptis habitis et expreſſis.

Item ſtatuimus et ordinamus ut ſi quandocumque futuris temporibus introitum exituum abſenciarumque annualium ſolutiones pro preſcriptis capitulorum procurationibus ac ſynodalium jurium ſolutionibus faciendis ſufficere non contingat ne capitulum et ſucceſſores ere alieno graventur, Archipresbiter

camerarius et diffinitores cum aſſumptis ac per ſe elegendis quatuor confratribus unam competentem et decentem per quoscumque in noſtra ſede beneficiatos faciendam contributionem cujuscumque etiam contradictione minime obſtante indicere ac imponere poſſent atque valeant, quam etiam contributionem ſic indictam et ut premittitur impoſitam quivis in ſede noſtra beneficiatus infra menſis ſpatium realiter et cum effectu ſolvere teneatur, ſub penis ac cenſuris in ſupraſcriptis ſtatutis proximioribus impoſitis et expreſſis.

De teſtamentariis conſtituendis.

Item monemus et aviſamus ſingulos noſtri capituli confratres quod ſua teſtamenta ſingulis annis innovare ſtudeant, et quilibet coram notario et teſtibus duos teſtamentarios ſeu manuſideles et ad minus unum de capitularibus dicte ſedis eligat.

De ſolario Notarii.

Item ſtatuimus et ordinamus quod noſtre ſedis notarius pro laboribus ſuis in duobus capitulis faciendis decem et octo albos et in quolibet fratrum teſtamento apud ſe facto pro inſtrumentorum ac inventarii edltione una cum expenſarum ſi quas in via fecerit refuſione unum florenum renenſem habeat niſi multiplicibus per teſtamentarios quos ipſi ſua remuneratione recognoſcent gravetur laboribus.

De ſuſceptione officiorum.

Item ſtatuimus ut quicumque ex capitularibus predicte ſedis in Archipresbiterum camerarium aut diffinitorem electi fuerint hujusmodi officia acceptare et illorum onera ad biennium absque contradictione

por-

portare, et ſingulis annis duobus uno Archipresbiter cum duobus diffinitoribus in officio ſenioribus altero camerarius cum reliquis duobus niſi de conſilio et conſenſu tam fratrum quam ipſorum officiatorum ſecus actum fuerit officio cedere teneantur et alii in locum cedentium capitulariter eligantur.

De onere camerarii.

Item ſtatuimus quod noſtre ſedis camerarius omnes redditus cenſus ac ſingulorum abſentias nec non quecumque ſubſidia procurationes et contributiones per reverendiſſimum Dominum Archiepiſcopum Maguntinenſem aut alias qualitercunque impoſita vel impoſitas colligere præſentare, et de illis ſingulis annis in ſecundo noſtre ſedis capitulo rationem et computum facere teneatur.

Item volumus quod noſtre ſedis camerarius in quibuscumque ſubſidiis procurationibus ſive contributionibus ſublevandis nullum fratrum ante requiſitionem expenſis capituli faciendam inſcriptis preſentet.

De juribus Archipresbiteri et camerarii.

Item ſtatuimus quod in ſingulis ſubſidiis ſive totalibus ſive partialibus per reverendiſſimum noſtrum Archipresbyterum Maguntinenſem impoſitis Archipresbiter et camerarius noſtre ſedis ratione preeminentie et adminiſtrationis duos florenos Rhenenſes habeant. A ceteris autem procurationibus ſeu contributionibus ob earundem collectionem per eosdem faciendam ſint liberi et exempti.

Item ut autem Archipresbyterum camerarium ac diffinitores in importatione debitorum noſtre ſedis promptiores ac in jurium privilegiorum et libertatum con-

conſervatione promptiores et animoſiores reddamus ſtatuimus et ordinamus ut ſi quem eorum vel omnes pro hujusmodi importatione debitorum ſeu manutentionem jurium privilegiorum vel libertatum aſſumpto forte jure vel etiam facto in corpore ſeu in rebus vexari vel moleſtari contigerit ceteri fratrum una cum moleſtates ſeu vexatis omnia damna incommoda et expenſas inde provenientia et provenientes ad dictamen officialis pro tempore exiſtentis ſolvere et refundere teneantur,

De mutua fratrum aſſiſtentia.

Item ſtatuimus et ordinamus quod quantumque aliquem ex confratribus dicte ſedis Caſtel ſuper redditibus et juribus beneficii ratione cujus ad capitulum noſtrum receptus et litigare et litem de et ex conſilio Archipresbyteri camerarii & diffinitorum in judicio ſpirituali ſuis expenſis et laboribus intentare et proſequi contigerit eundem litigantem ſinguli concapitularium quousque ad finem litis pervenerit tueri. Et ſi forte propter expenſas in hujusmodi lite factas, paupertate confectus cauſam ad finem producere non poſſit, omnes confratres eum juxta moderationem per Archipresbiterum camerarium et diffinitores faciendam relevare et adjuvare teneantur.

De amotione vicarii perpetui.

Item ſtatuimus ut ſi aliquem vicarium alicujus eccleſie parochialis infra limites dicte noſtre ſedis per ipſius paſtoris reſidentiam perſonalem amoveri contigerit ex tunc de edificiis et meliorationibus neceſſariis vel utilibus per eundem vicarium ſuis expenſis et laboribus factis, debita recompenſa per paſtorem

ſuum

ſuum aut ipſius ſucceſſorem ſecundum determinationem Archipresbyteri camerarii et diffinitores prediſte ſedis fiat antequam de eadem vicaria amoveatur.

De aſſiſtentia altariſtarum.

Item ſtatuimus et ordinamus quod omnes altariſte in beneficiis reſidentes et preſentiarum ſi que in eccleſia exiſtant participes ſuis plebanis infirmitate non durabili detentis aut in eccleſiarum neceſſitatibus abſentibus in legendo cantando ſacramenta miniſtrando verbum Dei predicando aſſiſtere et vices eorum requirentium gerere teneantur. Eosdem autem labores plebanus recognoſcere habebit ſic quod mercenarius non gratis laboret ſed gaudeat de fructibus laborum ſuorum.

Item ſtatuimus quod onus plebani in exequiarum peractionibus ac ceteris deſerviendis emolimentis ſuos vicarios et altariſtos tanquam eccleſie membra primo et præ aliis advocent et admittant.

Item ſtatuimus quod altariſte ad celebrandum divina altare non accedant contra voluntatem plebanorum niſi offertoriis in miſſis eorum peractis neque de his que de jure aut conſuetudine ad eccleſiarum rectores ſpectant ſe intromittant. Sed ſint eccleſiarum rectoribus in licitis et honeſtis obedientes utilitatem et honorem eccleſiarum in omnibus promoventes. Infra preſenciarum divina que in eccleſia celebrantur eccleſiarum rectores altariſte reſidentes et preſentiarum participes absque religione non inveniantur ſtrepitus cavillationes ſive clamores aut alias diſſolutiones in choro et eccleſia omnino caveant ſed humiliter et devote per eccleſiam et chorum verſus

venerabile ſacramentum eucariſtie, et altaria ſe inclinantes pertranſeant atque vadant, ſub pena dimidie libre cere fabrice eccleſie viremiſibiliter ſolvende.

De proviſione eccleſiarum.

Item ſtatuimus quod cum aliquis beneficiatus infra limites noſtre ſedis humane conditionis debitum perſolverit ne beneficia ipſa divinis obſequiis ac ceteri ſacramentis eccleſiaſticis priventur teſtamentarii defuncti ad minus per triginta dies poſt deceſſum defuncti, tali beneficio quoad omnia et ſingula in eodem fieri conſueta provideant, omnes quoque proventus ipſius beneficii infra predictos triginta dies proportionabiliter cedentes teſtatoris nomine percipiant.

Item ſtatuimus et ordinamus quod cuilibet ſacerdoti infra limites noſtre ſedis beneficiato et decedenti miniſtrari debeant ornamenta ſacerdotalia pro ſepultura ipſius facienda de ornamentis eccleſie in qua beneficiatus et defunctus fuerit. Si vero parochiani eadem denegaverint camerarius et alii confratres capitulares predicte ſedis eidem de eisdem providebunt, et tales parochianos ad ſolutionem eorundem per cenſuram eccleſiaſticam aut alia juris remedia compelli faciant.

Item ſtatuimus ut quandocunque aliquem ex confratribus rebus humanis adimi contingat, tunc quilibet concapitularium mox deſuper habita noticia vigilias mortuorum ac divina pro tali confratre defuncto celebret, ſicuti ſibi ipſi a ſuis confratribus fieri exoptat atque deſiderat.

Item ſtatuimus quod quivis paſtor decimas cujuscunque eccleſie in noſtra ſede ſite percipientes,

ſummo

ſummo altari de libro miſſali et ornamentis ad divinum officium in hujusmodi altari peragendis neceſſariis providere et chorum, reliquam vero partem eccleſie quam corpus dicunt magiſtri fabrice de cenſibus et redditibus ſive trunco eccleſie vel ſaltem illis non ſufficientibus communitas opidi vel ville per capitales incolarum contributiones in decenti ſtructura ſervare teneantur.

Item ſi quam domum cujuscumque eccleſie in noſtra ſede ſite violento ſeu caſuali extraneo tamen igne conſumi ſeu deteriorari contingat, ſtatuimus ut decimatores eccleſiaſtici vel ſeculares eccleſie qui vel totam decimam vel illius partem ſeu partes percipiant neceſſarias expenſas totales vel ſaltim partem illarum vel partes in reedificationem domus factas vel faciendas juxta quotam ſe contingentis decime ſolvere teneantur.

Quoniam ut experientia rerum magiſtra ſepe edocuit, lites et diſſentiones inter teſtamentarios defunctorum ac eorum ſucceſſores inſurgunt atque emergunt, illis quod fructus atque proventus beneficiorum anni quo poſſeſſores eorum moriuntur defunctis iſtis quod ſucceſſoribus cedant aſſerentibus, nos his diſſentionibus quantum nobis poſſibile eſt obviare, et medium tenere volentes quosdam certos dies ac terminos quibus annus percipiendi libere vel non libere cedentes fructus beneficiorum in noſtra ſede ſitorum incipiat atque finiat eos videlicet qui ſequuntur.

Diem ſancti Ambroſii pro agnelis decimalibus. Diem ſancti Bonifacii pro feno primo libere vel non libere cedente. Diem beati Egidii pro fructibus ar-

borum et ſeno ſecundo libere vel non libere cedentibus. Diem ſancti Michaelis pro vino libere vel non libere cedente. Diem ſancti Galli pro caulibus et oleribus libere vel non libere cedentibus. Diem ſancti Martini pro omnibus in quibuscumque rebus ſeu animalibus quomodocunque et undecumque provenientibus. Diem ſancte Margarete virginis pro omnibus aliis frumentis ſiiliginibus leguminibus, ſeminibus et quibuscumque aliis tam hyemalibus quam eſtivalibus libere vel non libere quomodocunque et undecunque et ſupra non expreſſis, fructibus provenientibus cum moderamine quod ſequitur, ſtatuimus et ordinamus.

De fructibus libere cedentibus.

Item ſtatuimus et ordinamus ut ſi quis in noſtro capitulo beneficiatus aliquem vel aliquos dierum et terminorum ſingulis fructibus ſeu proventibus ſupra aſcriptorum ſupervixerit vel ſaltem ſuus triceſimus aliquem vel aliquos dierum ac terminorum illorum attigerit quocumque tempore anni moriatur ejus teſtamentarii in omnibus fructibus ſeu proventibus libere cedentibus a ſingulis terminis et diebus ſingulis fructibus ſeu proventibus ſupra asſcriptis, usque in finem triceſimi obitus ſui proportionabiliter ſecundum eatum temporis quotam percipiant. Et quod reliquum in talibus fructibus ſeu proventibus fuerit, inter teſtamentarios defuncti, et ſucceſſorem equaliter divitatur, ut ſuum defunctum teſtamentarii eo honorabilius ſepelire et ejus debita ſi qua forte per ipſum contracta et nondum ſoluta ſint ſolvere ſucceſſor vero alia et ſe contingente portione usque ad novorum fructuum ſeu proventuum perceptionem commodius pervenire poſſint.

De

De fructibus non libere cedentibus.

rienthal jährlich nit wieder anſtellen halten und verſehen würden) und dan jährliches ahn mühl pfacht ſechs malter. Item an wein zu *Geiſenheim* drey ohm funfzehen viertel, in *Hattenheim* dreyzehen viertel und ein drittel weins von einigen unterthanen zu *Rüdesheim.* Item an ohlig zu *Winckel* ein pfund und zu *Geiſenheim* acht pfund ſambt einem pfund wachs und zwey cappen, vorgedachten rectorn und collegio der ſocietät Jeſu in unſerer ſtadt *Mayntz* gleicher geſtalt bewilliget, eingeraumbt und übergeben und neben der freyen holtzung zu *Geiſenheim* die vorgemelte alte gerechtigkeit des cloſters viehe durch ihre eigene hirten ſowohl auff der Johannesberger als Geiſenheimer ſeiten zu weiten beſtättigen auch ſie des mühlpfachts und ſchutzendienſt ſambt beeth ſchatzung und ſteuer ohne nachtheil unſerer gemeind zu *Geiſenheim* künftiglich befreyet haben, thun das auch in kraft dieſes brieffs dergeſtalt, das ſie ſolche hinfüro ohne unſeres ertzſtifts hinderung durch die ihrige einbringen, inbehalten und genieſen mögen, und was die divina und gottesdinſt belanget, ihrem inſtitut gemäs dieſelbe erſetzen und verrichten können; befehlen demnach allen und jeden unſern angehörigen geiſt und weltlichen ober und unter beambten, dienern und unterthanen jetzigen und künftigen, offtgedachter ſocietæt Jeſu bey dieſer unſer abermahligen gethanen gnädigen verwilligung übergab und reſpectivè nachlas gebührlichen hand zu haben und darüber in einige weeg nit zu beſchweren weder durch ſich ſelbſten noch jemand anderſt ſonder geferds. Deſſen zu wahrer urkundt haben wir

uns

uns mit eigen händen unterſchrieben und unſer ſecret inſiegel an dieſen brieff wiſſentlich hangen laſſen, der geben iſt zu *Aſchaffenburg* in unſerer *St. Joannisburg* den neunten Martii anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto.

Johannes Schwickardus Archiepiſcopus Mog.

Wynkel *

Plebanus ibidem habet xxiiii libras v ſol.
Item primiſſarius ibidem cujus beneficium eſt deſolatum.
Item Conradus *capellanus* S. Michaelis *habet* L. *flor. & x ſol.*
In alio regiſtro additur altariſta S. Nicolai.

Anno MCCXIX *Sifridus* Arch. Mog. compoſuit controverſiam, quam habebat eccleſia *S. Victoris* ſuper jure patronatus eccleſiæ Vinicellenſis vid. *Joannis T. 2. p.* 594.

An. MDCXXVI facellum divi *Bartholomaei* a *Joanne Suicardo* Arch. Mog. traditur collegio S. J. *Moguntiae*, prout loquitur charta ſequens:

LXXXV.

Sacellum S. Bartholomæi traditur collegio S. J. Mog.

Wir *Johann Schweickard* von Gottes gnaden des heiligen ſtuhls zu *Mayntz* Ertzbiſchoff des heiligen Römiſchen reichs durch Germanien Ertzcantzler und Churfurſt, bekennen und thun kundt offentlich: Demnach wir 1606 dem ehrſamen und hochgelehrten unſerm lieben andächtigen rectoren und collegio der

* Winchelo. Vinicella, Winchela an. MCXXX *Gud. T.* I. *p.* 80.

ſocietät Jeſu unſerer ſtadt *Mayntz* das bey *Winckel* in unſerm land des *Rheingaus* gelegenes verfallenes deſolates facellum divi *Bartholomaei* ſambt deſſen angehörigen freyen gebäuen und vierthalb morgen zehent freyen weingarten neben der gerechtigkeit alle die zwiſchen *St. Bartholomes* hohen rech und rhein hecken liegende weingärtle, ſo vor dieſem auff vorbehalten wiederkauff hiervon abgeſondert, wiederum gegen erlegung 400 fl. zu löhen, eingeraumbt und übergeben jedoch mit der ausdrucklichen vorbehalt, das ſie wan es über kurz zu dem ihnen angedeüten fall über verſehens kommen würde ſchuldig und verbunden ſeyn ſollen, gedachtes facellum ſambt deſſen zugehörungen gegen abſtattung aller ihres theils beweislichen auffgewandten unkoſten und über beſſerung wiederum ohne weigerung abzutretten und anjetzo Päbſtliche Heiligkeit auf empfangenen und eingenomenen genugſamb bericht nicht allein dieſe unſere gethane übergab allergnädigſt gewilliget und gut geheiſſen, ſondern auch uns als ordinario aus ſonder wohlmeynenden gnaden darneben aufferlegt und befohlen, ermeltes facellum ſambt allen deſſen pertinentiis und zugehorungen abſolute von cloſter *St. Joannisberg* abzuſöndern und ſolches ewiglich unſerem gedachten coliegio zu beſſerer deſſen unterhaltung zu incorporiren, in maſſen der länge nach in Päbſtlicher Heiligkeit ſchreiben zu ſehen, das wir darauf alſobald dieſem ſo gottſeeligen befehl unterthänigſt nachkommen und obbemelten rectorn und collegio ſo wohl die neulich vorbehaltene wenige gefälle, ſo von dem facello und le-

pro-

prodochio *St. Bartholomaei* zu der kellerey *St. Joannisberg* bishero gezogen und verrechnet worden, alſo auch obgedachtes ſacellum und leprodochium divi *Bartholomaei* ſambt dern begriff und allen andern dazu gehörigen gebäuen und gütern absque reſervatione ewiglich incorporirt, eingeraumbt und übergeben, thun das auch hiemit in krafft dieſes brieffs dergeſtalt das ſie vielgemeltes ſacellum und leprodochium auch alle andere dazugehörige güther und gefälle hinfüro ohne unſeres ertzſtifts und cloſter *St. Joannisberg* hinderungen ihrem beſten nutzen nach einhaben, beſitzen und genieſen mögen und die divina und gottesdienſt ihrem inſtitut gemäs künfftiglich erſetzen und verrichten mögen, befehlen demnach unſerm vicedomben landſchreibern und gewaltsbotten auch andern geiſt-und weltlichen beambten unſeres landes *Rheingaus* jetzigen und künftigen offtgedachte ſocietæt Jeſu bey dem ſacello und leprodochio *St. Bartholomaei* ſambt deren begriff und allen andern dazugehörigen gebäuen, güthern und gefällen handzuhaben undt darüber in einige weeg nit zu beſchweren weder durch ſich ſelbſten noch jemand anderſt ohne geferde. Zur urkundt haben wir uns mit eigener hand unterſchrieben undt unſer ſecret inſiegel dieſem brieff zu endt anhangen laſſen, der geben iſt zu *Aſchaffenburg* in unſerer *St. Johannisburg* den 3ten Auguſt anno 1626.

Joannes Schwickardus Archiepiſcopus.

Mons ſancti Johannis.

Item cuſtos.

Item Crucis *in* Cluſen.
Item Georii *&* Katherine.

Mittelnheym *

Item plebanus habet xv flor.
Item Marie.
It. Laurentii.
It. Nicolai *prope Renum.*

LXXXVI.

Jus patronatus capellæ B. M. V. ibid.

(a) Nos Abbatiſſa & conventus monaſterii in *Gotisdal* ordinis Ciſtercienſis Maguntine dyoceſis recognoſcimus & ad univerſorum tam preſencium quam futurorum notitiam cupimus tenore preſencium pervenire, quod nos provide attendentes, quam devota beneficia ac gratuita obſequia ſunt condigna remuneratione non immerito recompenſanda. Cum itaque diſcretus vir dnus *Conradus* de *Oppinheim* vicarius eccleſie ſce *Marie ad gradus* Maguncie inſpirante ſibi divina graçia ſue ſaluti & progenitorum ſuorum proſpicere cupiens ad laudem & honorem omnipotentis Dei ac beate *Marie* virginis ejus genitricis ac beati Laurencii Martiris capellam beate *Marie* virginis in eccleſiaſci *Egidii* in *Mittelnheim* ſitam per ſuas induſtrioſas promotiones & magnos labores tum pia elemoſyna & caritativo ſubſidio Chriſti fidelium cum certis redditibus annuis pro una miſſa perpetue in ea celebranda dotaverit, nec non capellam beati *Laurentii* in *Mittelnheim* ſitam in edificiis penitus collapſam

* Mittelaha.

ſam laudabiliter reformaverit, nos diligenti tractatu prehabito, pari conſenſu & unanimi voluntate eidem *Conrado*, ne ingratitudinis vicio redargui valeamus & quod alii ad ſimilia faciendum provocentur, talem graciam ſpeciali favore fecimus & facimus in his ſcriptis, ut idem *Conradus* predictam capellam ſce *Marie* tanquam ejus verus capellanus per ſe vel alium quamdiu vixerit, valeat inofficiare & ejus redditus & proventus percipere pacifice & quiete, & ſi contigerit ipſum Conradum ipſam capellam reſignare, tunc nos eandem cappellam ſacerdoti ydoneo, quem idem *Conradus* ad hoc nobis nominaverit, absque contradictione qualibet conferre debemus, & hoc tociens quociens eandem capellam temporibus vite ejusdem *Conradi* contigerit quocunque modo vacare, facere debemus & promittimus per preſentes. Dicto vero *Conrado* ab hac luce decedente memoratam cappellam quociens eam perpetuo vacare contigerit, conferre debemus & in hys ſcriptis promittimus viro ydoneo & diſcreto actu ſacerdoti infra unius menſis ſpacium a tempore vacacionis ipſius immediate computandum & quocunque tempore vacacionis ejusdem cappelle in hoc quod abſit, negligentes inveniremur, ex tunc collacio ejusdem cappelle ea vice duntaxat negligencie ad plebanos in *Oeſtrich* & in *Mittelnheim* eccleſiarum pro tempore exiſtentes devolvatur, qui plebani communiter & concorditer perſonam ydoneam actu ſacerdotem exiſtentem ſimiliter intra unius menſis ſpatium a tempore hujusmodi devolutionis immediate computandum, ad eandem cappellam preſentent, ſibique eam conferant propter Deum, &

ſi iidem plebani in hoc eſſent negligentes, tunc elapſo eodem menſe collacio ejusdem cappelle ad nos protinus revolvatur, nosque eam iterato infra unius menſis ſpatium conferre debemus perſone ydonee ut prefertur. Ceterum ut res ad dictam cappellam pertinentes, ut puta: liber, calix ac ornamenta ſeu preparamenta ſacerdotalia ad miſſam ſpectancia in debita & fideli cuſtodia conſerventur, maturo conſilio prehabito ſtatuimus & ordinavimus ac ordinamus in his ſcriptis, ut predicta cappella quociens ipſam perpetuo vacare contigerit, nulli conferatur, niſi is, cui confertur, priusquam ſibi confertur, ſufficientem nobis cautionem faciat, quod ipſe per ſe vel per alium hujusmodi res preparamentá & ornamenta taliter conſervet & cuſtodiat, ne perdantur; & ſi alique ex eis quocunque caſu perderentur, vel ſi aliàs ex vetuſtate vel cottidiano uſu deficerent, hujusmodi perdita & defectuoſa recuperet & reficiat de ſuis propriis bonis aut de elemoſyna Chriſti fidelium per eum ad hec petenda atque conquirenda. In quorum premiſſorum evidens & perpetuum teſtimonium ſigillum noſtri conventus preſentibus eſt appenſum. Datum anno Dni MCCC quinquageſimo tercio, XV. kal. Maji.

LXXXVII.

Lis inter mon. Gottesthal & vicarium B. M. componitur.

Officialis Dni prepoſiti ſci *Mauritii Moguntie* univerſis preſentium litterarum inſpectoribus & auditoribus volumus eſſe notum, quod cum inter religioſas dnas abbatiſſam & conventum in *Godisdal* & *Johannem* plebanum in *Mittelnheim* ex una & *Conradum* de *Oppinheim* vicarium in eccleſia *S. Marie ad gradus*

Ma-

Maguncie parte ex altera lis coram nobis mota fuiſſet ſuper quibusdam litteris per Abbatiſſam & conventum predictos memorato *Conrado* traditis atque ſcriptis & certis promiſſionibus ab eodem *Conrado* e contra abbatiſſe & conventui factis de una vicaria ſeu miſſa perpetua procuranda & facienda in capella *S. Marie* virginis infra eccleſiam *Mittelnheim* ſituata dicte partes ad inſtantiam ſuorum amicorum & noſtro conſilio & aſſenſu ſuper lite hujusmodi fuerunt & ſunt amicabiliter complanate, unde dictus *Cunradus* litteris ut prefertur ſibi traditis & juri ſibi competenti quomodolibet ex eisdem & e contra Abbatiſſa & conventus prefati omnibus promiſſionibus ſupra tactis ab eodem *Cunrado* ut premittitur ſibi factis actioni & juri ipſius Abbatiſſe & conventui contra eundem *Cunradum* occaſione premiſſorum qualitercunque competentibus renuntiaverunt hinc inde penitus & in totum ita quod nec ipſi Abbatiſſe & conventui cum ſupradictis promiſſionibus ipſius *Conradi*, nec idem *Cunradus* cum litteris Abbatiſſe & conventus pretactis a modo juvare ſe poterunt quomodolibet nec debebunt eisdem litteris & promiſſionibus & litibus ſuper eis ſubortis totaliter ſic extinctis. Nos qui ad inſtantiam dictarum partium preſens ſcriptum ſigillavimus, noſtrum ſigillum appendi fecimus ad majorem evidenciam omnium premiſſorum. Nos quoque Abbatiſſa & conventus ſub ſigillo noſtri conventus & nos *Johannes* plebanus & *Cunradus* vicarius ſupradicti ſub propriis noſtris ſigillis appenſis preſentibus omnia & ſingula ſupra ſcripta ſic acta recognoſcimus ac firma, rata & grata ſervare promittimus

timus dolo, fraude omnino ſemotis. Datum anno Dni mill. CCC quinquageſimo VIII. X kal. Julii.

LXXXVIII.

Archidiaconi querelæ contra judices ſoeculares.

Nicolaus Juſſel prepoſitus eccleſie ſci *Mauritii* Maguntine plebano in *Oeſterich* ceterisque plebanis ſalutem in Domino. Expoſitum nobis cum querela exiſtit pro parte religioſarum Dnarum abbatiſſe & conventus monialium in *Godisdail* Mag. dioc. quod licet ipſe fuerint & ſemper ſint & eſſe velint preparati unicuique de ipſis conquerentibus coram nobis aut alio judice competenti ſtare jure, tamen providi viri ſcultetus & ſcabini in dicta villa *Oeſterich* ſuper bonis videlicet quinque juget: agri ad easdem Abbatiſſam ac conventum ac eorundem monaſterium de jure ſpectantes in terminis dicte ville ſituatis, ad importunam inſtanciam ſeu querelam dicti *Sicłmanſchen* ſuo ſeculari judici in eccleſiaſtice libertatis contumeliam ac predictarum dominarum dampnum, prejudicium non modicum & gravamen. Verum cum ſecularibus judicibus ſuper bonis & rebus eccleſiaſticis ſeu perſonarum eccleſiaſticarum ulla ſit... judicandi facultas at tributa, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, quibus preſens noſter proceſſus dirigitur, in virtute ſancte obediencie & ſub infra ſcriptis... penis diſtricte precipiendo mandamus, quatenus ſtatim receptis preſentibus ipſum accedatis, quo propterea fuerit accedendum, prefatis ſculteto & ſcabinis judicii ſecularis in *Oeſterich* ac dicto *Sicłmanſchen* ex adverſo principali omnibusque aliis & ſingulis ſua communiter vel diviſim intereſſe putantibus &

de

de quibus pro parte dictarum Dominarum Abbatisse & conventualium principalium hujusmodi fueritis requisiti, inhibeatis, quibus & nos tenore presencium sic inhibemus, ne ipsi aut alter eorum sub excommunicacione nec non centum floren. auri Renens. fiscali Rmi Dni nostri Dni *Adolffi* electi & confirmati Magunt. irremissibiliter applicandis penis atque mulctis, quas ferimus in hys scriptis, in hujusmodi causa quicquam innovent vel attemptent innovare vel attemptare presumant judicio seculari predicto, judicando, processum fulminando seu procedendo directe vel indirecte, quovis quesito colore vel ingenio, vel saltem feria sexta proxima post Dominicam Trinitatis compareant coram nobis *Maguntie* in ambitu ecclesie Maguntine de mane hora tertiarum & consueta nostro in judicio ad dicendum & causam si quam habent racionabilem allegandum, quod ad premissa minime teneantur, nec non ad videndum per nos in hujusmodi inhibitionis negotio procedi prout juris fuerit & ordo dictaverit recte racionis. Quodsi secus factum fuerit, id totum revocare & ad statum pristinum reducere nec non ad declaracionem dictarum penarum atque mulcte procedere curabimus justicia mediante. Diem vero inhibicionis & citacionis hujusmodi vestrarum & quidquid de premissis feceritis presentibus nobis intimare curetis. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum presentes nostras litteras exinde fieri sigillique nostre prepositure jussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum *Maguncie* sub anno a nativitate Dni millesimo quadringentesimo

ſexageſimo quarto, die vero Veneris viceſima quinta menſis Maji.

Symon Heydig Not.

§. V.

Oeſtrich.

Plebanus ibidem. Item Primiſſarius ibidem habet xxiiij flor. & vi ß. It. Johannes Lyche *cappellanus* S. Crucis *in* Gotsdal *habet* LIIJ *flor. & vi ß. It.* Johannes Kachme *cappellanus* S. Nicolai *habet xxx libr. minus ii hllr. It. idem* Johannes *cappellanus in* Cluſen *habet xxviii maldra ſiliginis & unum flor. Item* Joannes *cappellanus ſancti* Laurentii *habet xxi libras & ix ſol. Item* Johannes S. Crucis *habet vii libras.*

Anno MCCLIV *Ludovicus* eccleſiæ collegiatæ ad *S. Victorem* præpoſitus in augmentum præbendarum dicti modo collegii eccleſiam in *Oeſtrich* cum univerſis ſuis pertinentiis & redditibus contulit, quam donationem *Gerhardus* Archiep. Mog. confirmavit vid. *Joann. T.* II. *p.* 600. Qualiter *Johannes Mönch* de *Roſenberg* rector eccleſiæ in *Oeſtrich* plebaniam hanc in curia Romana anno MCCCCLXXXVII reſignaverit & *Henricus de Erenberg* eam obtinuerit inque realem & corporalem ejusdem per *Conradum* Sommer theologiæ profeſſorem plebanum in *Eltvil* & Archipresbyterum ſedis *Oeſterich* inductus fuerit? Qualiter dein anno MCCCCXCIV parochialis eccleſiæ prædictæ vicario portio congrua authoritate apoſtolica & ordinaria aſſignata ſit, docent paginæ ſequentes *Innocentii* VIII. PP. *Bertholdi* Archiepiſc. Mogunt. *Alexandri* VI. PP. quas in extenſo ſubjicimus.

LXXXIX.

Bertholdus Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector univerſis & ſingulis preſentes noſtras litteras inſpecturis lecturis ſeu legi audituris ſalutem in Domino ſempiternam & preſentibus fidem indubiam adhibere, litteras ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Alexandri* divina providentia Pape *Sexti* ejus vera bulla plumbea in filis ſerices rubei croccique coloris more Romane curie impendente bullatas ſanas ſiquidem & integras non vitiatas non cancellatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes nobis pro parte dilectorum nobis in Chriſto *Johannis Opilionis* ſcolaſtici & capituli eccleſie ſancti *Victoris* extra muros civitatis noſtre Mogunt. principalium in eisdem litteris apoſtolicis principaliter nominatorum coram notario publico & teſtibus infra ſcriptis preſentatas nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepiſſe, quarum quidem litterarum apoſtolicarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis : *Alexander* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Injunctum nobis deſuper apoſtolice ſervitutis officium nos impellit, ut votis illis per que eccleſiarum & in illis divinis laudibus inſiſtentium perſonarum quarumlibet indempnitatibus & animarum ſaluti conſulatur libenter annuamus ac ea favoribus proſequamur oportunis. Dudum ſiquidem omnia beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura apud ſedem apoſtolicam tunc vacantia & in antea vacatura collationi & diſpoſitioni noſtre reſervavimus decernentes ex tunc irritum &

Parochia in Oeſtrich incorporatur collegio S. Victoris.

inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari; cum itaque poſtmodum parrochialis eccleſia loci *Oeſterrich* Mag. Dioc. per liberam reſignationem dilecti filii *Henrici* de *Eremberg* nuper ipſius eccleſie rectoris de illa quam tunc obtinebat, per dilectum filium *Hermannum Uterwich* clericum Trajecten. dioc. procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum in manibus noſtris ſponte factam & per nos admiſſam apud ſedem predictam vacaverit & vacet ad preſens nullusque de illa preter nos hac vice diſponere potuerit ſive poſſit reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis & ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum *Johannis Opilionis* ſcolaſtici & capituli eccleſie ſancti *Victoris* extra muros Mogunt. petitio continebat, cum ipſe *Johannes* ſcolaſticus & capitulum qui extra civitatem Magunt. morantur majorem decimam dicti loci Oſterrich percipiant & tempore guerrarum inter principes partium illarum maxima detrimenta patiantur, ſi dicta parrochialis eccleſia in qua illius rectores raro reſident, menſe capitulari dicte eccleſie ſancti *Victoris* perpetuo uniretur annecteretur & incorporaretur, profecto ex hoc ſaluti animarum parochianorum ejusdem parochialis eccleſie conſuleretur, ipſumque capitulum detrimenta hujusmodi facilius ſupportare valerent, quare pro parte eorundem *Johannis* ſcolaſtici & capituli predictorum aſſerentium dicte parochialis eccleſie fructus redditus & proventus duodecim marcarum argenti ſecundum communem extimationem valorem annuum non excedere nobis

fuit

fuit humiliter ſupplicatum ut dictam parochialem eccleſiam eidem menſe perpetuo unire annectere & incorporare aliasque in premiſſis oportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus quod petentes beneficia eccleſiaſtica aliis uniri tenentur exprimere verum valorem ſecundum extimationem predictam etiam beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatis quorum intereſſet, ipſos *Johannem* ſcolaſticum & capitulum ac ipſius capituli ſingulares perſonas à quibuscunque excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti aliisque eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & penis à jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum preſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes ac ipſius menſe fructus pro expreſſis habentes parochialem eccleſiam predictam ſive premiſſo ſive alio quovis modo aut alterius cujuscunque perſone ſeu per ſimilem reſignationem dicti *Henrici* aut cujusvis alterius de illa in Romana curia vel extra eam etiam coram notario publico & teſtibus ſponte factam aut conſtitutionem felicis recordationis *Johannis* Pape XXII predeceſſoris noſtri que incipit: *Execrabilis* vel aſſecutionem alterius beneficii eccleſiaſtici quavis auctoritate collati vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis ſtatuta concilii ad ſedem predictam legitime devoluta ipſaque parochialis eccleſia diſpoſicioni apoſtolice ſpecialiter vel alias generaliter reſervata

exiſtat & ſuper ea inter aliquos lis cujus ſtatum preſentibus haberi volumus pro expreſſo pendeat indeciſa, dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eidem menſe capitulari reſervata ex fructibus dicte parochialis eccleſie pro uno Vicario perpetuo inibi inſtituendo, qui curam animarum dicte parochialis eccleſie exerceat congrua portione per ordinarium loci moderanda ex qua ipſe Vicarius congrue ſe ſuſtentare & jura epiſcopalia perſolvere ac alia eidem parochiali eccleſie incumbentia onera perferre poſſit auctoritate apoſtolica tenore preſentium perpetuo unimus annectimus & incorporamus, ita quod liceat eisdem Johanni & pro tempore exiſtenti ſcolaſtico dicte eccleſie ſancti *Victoris* ac capitulo per ſe vel alium ſeu alios corporalem poſſeſſionem parochialis eccleſie juriumque & pertinentiarum predictorum propria auctoritate libere apprehendere & perpetuo retinere illiusque fructus, redditus & proventus in ſuos & parochialis eccleſie ac menſe predictarum uſus utilitatemque convertere dioceſani loci & cujusvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, non obſtantibus voluntate noſtra predicta ac pie memorie *Bonifacii* Pape octavi etiam predeceſſoris noſtri & aliis apoſtolicis conſtitutionibus contrariis quibuscunque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales dicte ſedis vel legatorum ejus litteras impetrarint etiamſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras &

pro-

proceſſus habitos per easdem & inde ſecuta quecumque ad dictam parochialem eccleſiam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari & quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis & litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque terminorum exiſtant per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, proviſo quod dicta parochialis eccleſia debitis propterea non fraudetur obſequiis & animarum cura in ea nullatenus negligatur, ſed ejus congrue ſupportentur onera conſueta, nos enim prout eſt irritum decernimus & inane ſi ſecus ſuper hiis à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attemptatum forſan eſt hactenus vel inpoſterum contigerit attemptari, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre abſolutionis unionis annexionis incorporationis voluntatis & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* anno incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto pridie idus Martii pontificatus noſtri anno tertio.

Poſt quarum quidem litterarum apoſtolicarum preſentationem & receptionem nobis & per nos ut premittitur factas fuimus pro parte dictorum Dominorum ſcolaſtici & capituli principalium in preinſertis

tis litteris apoſtolicis principaliter nominatorum ut ordinarius loci debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad executionem earundem litterarum & contentorum in eisdem procedere nec non fideli nobis in Chriſto dilecto *Nicolao Happel* de nova eccleſia presbitero noſtre dioc. Vicario perpetuo ad curam animarum parochialis eccleſie in *Oſterrich* etiam noſtre dioc. exercendam inſtituendo aliisque Vicariis perpetuis inibi in futurum inſtituendis congruam portionem ex fructibus ejusdem eccleſie parochialis reſervare moderare & aſſignare dignaremur juxta traditam ſeu directam per eas nobis formam. Nos igitur *Bertholdus* Archiepiſcopus prefatus attendentes requiſitionem hujusmodi fore juſtam & conſonam rationi volentesque litteras apoſtolicas pre inſertas ad effectum debitum deducere ut tenemur; & quia de cura & oneribus dicte parochialis eccleſie in *Oſterich* aliisque circumſtantiis in hujusmodi negotio neceſſariis conſiderandis & ponderandis tam per ſcolaſticum & capitulum ac *Nicolaum* prefatos quam majores & univerſitatem dicti loci *Oſterrich* ſufficienter & legitime inſtructi & informati, idcirco auctoritate qua fungimur in hac parte & etiam ordinaria prefato *Nicolao Happel* Vicario hiisque ſucceſſoribus Vicariis perpetuis ad curam & regimen animarum dicte parochialis eccleſie inſtituendis pro congrua & competente portione qua idem Vicarius ſe congrue ſuſtentare & jura epiſcopalia ac alia eidem eccleſie incumbentia onera ſufferre poſſit & valeat bona cenſus redditus & proventus infra ſcriptos ex fructibus ſepedicte eccleſie reſervandos, moderandos & aſſignandos

dos duximus prout tenore preſentium reſervamus moderamus & aſſignamus juxta & ſecundum pre inſertarum litterarum apoſtolicarum vim formam continentiam & tenorem; inprimis videlicet domum plebaniam cum torculari & orto ibidem. Item tria jugera vinearum que decimam non dabunt. Item duo jugera pratorum. Item viginti quatuor maldra ſiliginis ex maſſa capitulari eccleſie ſancti *Victoris* predicte. Item duo plauſtra vini ex eadem maſſa. Item annos cenſus trium floren. vel circa in diverſis locis cedentes jugera vero vinearum & pratorum de quibus ſupra fit mentio ſita ſunt in locis prout ſequitur. Inprimis eyn vierteyl wingartz uff der ſtraſſen am kuſſge gefor gegen *Mittelheim* zu *Cloſſ Volckwin*. Item ein virteyl uff der Poſſhutt gefor unden zu *Gratian Buchdrucker*, oben zu Halgarthen zu *Cloſſ Dremel*. Item ein morgen uff dem Bohel Stoiſtet an den Halgarter weg geforg oben zu *Cloſſ Schelhaber*. Item ein halben morgen am ſachſen wege geforch oben zu dem armen ſanct *Niclas* zu *Mittelheym*. Item ein halben morgen gelegen an der dieſſen gaſſen geforch oben zu *Contz* zu der Eych und *Jeckel Knorbeyn*. It. drittehalb virteyl am Daſsberg geforch oben zu *Herman* von *Michelnbach*. Item ein halben morgen wieſſen gelegen by der Molln geforch oben zu *Swartz Contz*. It. anderthalb vierteyl wieſſen gelegen uff der alden dieſſen gaſſen geforch unden zu unſer lieben frauwen altar zu *Oſterich*. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes litteras ſive preſens publicum inſtrumentum hujusmodi aſſignationem portionem in ſe continentes ſive continens

exinde fieri & per notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus noſtrique ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & actum in *arce ſancti Martini* civitatis noſtre Magunt. ſub anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octavo indictione prima die vero ſexta menſis Novembris pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dni *Alexandri* divina providentia Pape *ſexti* anno ſeptimo preſentibus ibidem honorabili & diſcretis viris *Leonhardo Olhoffen* ſecretario & *Gabriele Cromar* ſcriba regis Roman. Canonico presbitero & Clerico Auguſten. & Bambergen. dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis. Et ego *Georgius Gryecker* de *Ballenberg* clericus Herbipol. dioc. ſupradicti Rmi Dni Archiep. Mag. ſecretarius imperialisque auctoritate notarius publicus, quia ſupradictarum litterarum apoſtolicarum preſentationi ac receptioni vigoreque earundem requiſitioni reſervationi denique moderationi ac aſſignationi portionis ſupradicte, omnibus quoque aliis & ſingulis premiſſis dum ſic ut premittitur fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, ideo hoc preſens publicum inſtrumentum manu alterius me jubente ſcriptum exinde confeci ſubſcripſi publicavi in hancque publicam formam redegi ſigno quoque ac nomine meis ſolitis & conſuetis una cum prefati Rmi Dni Archiep. ſigilli appenſione ſubſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus atque requiſitus.

XC.

XC.

Nos *Petrus Elere* Decanus, *Johannes Opilionis* in decretis licentiatus, ſcolaſticus, totumque capitulum eccleſie ſancti *Victoris* extra muros Maguntinos honorabili *Viro* Domino *Johanni Aſpach* de *Stulde* presbitero Mag. dioc. ſalutem in Domino. Vite ac morum honeſtas aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita nos inducunt ut vobis reddamur ad graciam liberales, vacante ſiquidem parochiali eccleſia ville *Oſterich* dicte dioc. per liberam reſignationem honorabilis viri Domini *Henrici* de *Erenberg* illius ultimi poſſeſſoris in Romana curia factam ſanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter Dominus *Alexander* divina providencia Papa *Sextus* per ſuas litteras in forma gratioſa eandem parochialem eccleſiam ſic vel alio quovis modo vacantem cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis auctoritate apoſtolica menſe capitulari eccleſie noſtre perpetuo univit, annexuit & incorporavit volens & concedens ut propria auctoritate dicte eccleſie poſſeſſionem apprehendere & perpetuo retinere illiusque fructus redditus & proventus in noſtros & eccleſie noſtre uſus & utilitatem convertere nobis liceret dioceſani loci & cujusvis alterius licencia ſuper hoc minime requiſita prout in eisdem litteris prefati ſanctiſſimi Domini noſtri plenius continetur; nos itaque qui dicte eccleſie parochialis pretextu litterarum hujusmodi poſſeſſionem realem & corporalem apprehenſi ſumus volentes ne propter unionem annexionem & incorporationem hujusmodi dicta parochialis eccleſia debitis defraudetur obſequiis ſeu animarum cura in ea ullate-

Capitulum S. Victoris inſtituit vicarium in Oeſtrich.

nus negligatur ſed congrue ejus ſupportentur onera conſueta, vobis graciam facere ſpecialem premiſſorum meritorum veſtrorum intuitu vos in perpetuum dicte eccleſie ut premittitur incorporate vicarium in Dei nomine auctoritate apoſtolica inſtituimus & ad mittimus curam regimen & omnimodam dicte eccleſie diſpoſicionem committendo ſub congrua portione per reverendiſſimum in Chriſto patrem & Dominum Dnum *Bertholdum* Archiepiſcopum Maguntinum auctoritate apoſtolica vobis & vicario pro tempore exiſtenti taxata que ſingulis annis per nos miniſtrabitur ut jura epiſcopalia perſolvere & alia onera dicte eccleſie incumbencia rite perferre poſſitis. Preterea in habundantem cautelam venerabili viro Domino prepoſito eccleſie *Sancti Mauricii* Maguntinenſis vel ejus officiali perſonam veſtram tamquam abilem preſentamus ut quatenus opus ſit vos more conſueto benigne pertractet aliaque faciat ſicuti in hiis conſuetum eſt ac vobis ab altariſtis & parochianis utriusque ſexus dicte eccleſie obedire mandet & faciat prout ad ſuum ſpectat officium. In quorum fidem & teſtimonium has litteras fieri noſtrique ſigilli juſſimus appenſione communiri. Datum in loco capitulari eccleſie noſtre ſancti *Victoris* extra muros Maguntinos ſub anno Domini milleſimo quingenteſimo primo die vero ſabbati viceſima ſexta menſis Februarii.

Johannes Hebelinus de *Heymbach*
notarius rogatus ſcripſit.

§. VI.

§. VI.

Hailgarten.

Plebanus ibidem habet L. flor. xviij. ſol. Item primiſſarius habet xxxvij libras & viii ſol. Item Petrus *Capellanus* beate Virginis *habet xxij libras. In alio regiſtro additur altariſta* St.Petri & Pauli.

XCI.

In Gottes nahmen amen. An dieſem gegenwertigen offenen inſtrument ſey kundt allen leuthen die es leſen oder die es leſen hören, und ſonderlich die ſie nun zu ſchaffen haben, oder die ſie hernach zu ſchaffen mögen gewinnen, das uff das jahr da man zahlte nach Chriſti geburt zu latein milleſimo tricenteſimo ſexageſimo in der zwölfften indiction und in dem ſiebenden jahr des allerheiligſten in Gott unſers geiſtlichen vatters und herren *Innocentii* des *ſechſten* Papſts als er gekoren war, uff den ſonntag vor halb faſten zu hand nach der meſſ ſeindt vor mir offen ſchreiber von kaiſerl. gewalt erſchienen uff dem kirchoff zu *Harrgarten* der pfarrer, der ſchultheis, die ſcheffen mit der gantzen gemeindt alda ſelbſt, als die hernach geſchrieben ſtehen und haben mich laſen vorſtehen, das einige leüth beyde mann und frauen haben geſetzt und gegeben ihr gut leuterlich durch Gottes willen zu einer ewigen fruhemeſſen aldaſelbſt zu halten, eine woch uff *S. Johannis*, *S. Petri* und *Pauli* altar, und die andere woch uff *S. Marie Magdalene*, *S. Catharine* und *S. Dorothee* altar in aller dermaſſen als man ein fruhemeſſ gewöhnlich iſt zu halten zu *Elvelt*, *Oeſtrich*, *Winckel* und gemeinlich in

Fundatio primiſſariæ in Hallgarten.

dem land und alſo beſcheidelich, das niemand ſeine arbeit darum verſeume. Und iſt dieſe meſſe angefangen und vollbracht mit rath und verhangnuſſ herrn *Dielen* von *Guttenberg* unſers pfarrers der auch dieſelbe meſſ ſoll geben ſein lebtag ſo deck ſie ledig wird und darnach alle ſeine nachkömmlinge pfarrer daſelbſt einem erbern prieſter damit ihn dunckt das er ſich und ſeine nachbar bewahre, und ſoll derſelbe prieſter nachgeſchriebene güter die derſelben meſſ zuhören, in guter bauung halten, uff das ſeine nahrung deſto beſſer ſey und aller ſeiner nachkommen, und ſoll einem pfarrer gehorſam ſeyn mit ſeinem röcklein zu chor zu gehen, zu metten, zu meſſen, zu veſper und zu vigilien und ſonderlich wann ein pfarrer ſieg were oder nit heim were umb ſeiner ſelbſt noth oder von ſeiner kirchen wegen oder von ſeiner gemeindt wegen, ſo ſoll derſelbe prieſter ſein pfarr regieren und officiren ſo beſcheidentlich das dem volck kein verſaumnuſſ geſchehe. Auch ſoll derſelbe prieſter alleweg in der faſten helffen beicht hören, gleicher weis als der pfarrer ob er ihn bittet, und er ſoll auch heiligen tags und wan das ein leich were, nit meſſ leſen, als wan man zu der erſten meſſ geopfert hat; ob auch hernach nach dem dieſe meſſ beſtetigt wird keinerley folgere dem geſezt wird oder gegeben würde, welcherley das das were, ligend oder fahrend gut, das ſolle halber eines pfarrers ſein, ſo deck des not wird. Auch ſoll derſelbe prieſter keine permutation nit thun noch keine abſentien nit gewinnen weder von unſerem herrn von *Maintz*, noch von unſerm herrn dem Probſten, es

ſey

ſey dan ſeines pfarrers willen und des ſchulteiſen und zweyer der ältiſten ſcheffen zu *Harrgarten* die die ältiſten ſein von ihres ambts wegen. Auch were es ſach das ein prieſter der dieſe meſſ beſeſſe deren vorgedachten artickel einen breche, alſo das den pfarrer oder gemeindte bedünckte, das ſolte er keren zu guter beſcheidenheit in eines mondes friſt und ob er das nit enderte, ſo ſoll ein pfarr den altar einem andern prieſter geben in eines monds friſt, und were das ſach, das ein pfarr das nit enderte, ſo hette er ſein gifft verlohren alleinig zu der zeit und alſo deck des noth geſchehe, und ſolte dan unſer herr der abt zu *Erbach*, ein ſchultheis und zween die ältiſten ſcheffen ihres ampts wegen, die zu der zeit weren, die hetten dan macht und ſolten die meſſ mit geſambter hand einmütiglich einem erbern priſter geben, den ſie deuchte das er ſein würdig were auch in eines mondes friſt unſern herrn von Maintz ſeines rechten alleweg unverluſtiget.

Auch erkennen wir der ſchulteis die ſcheffen und die gantze gemeindt umb die wolthat, das uns herr *Diel* unſer pfarrer dieſe frühemeſſ geben und verhengt hat, und wan eines pfarrers gülld klein iſt, das wir und alle unſer nachkommen ihme und allen ſeinen nachkommen vier morgen bendhaffte weingarten bend frey wollen laſſen durch Gottes willen und das ein jeglicher priſter ſeine meſſ deſto zeitlicher und deſto beſcheidentlicher ſpreche. Dieſe meſſ haben helffen ſtifften und vollbringen *Peter ſchultheis*, *Henrich Zeisgen*, *Henrich Schleich*, *Clas* des gemelten ſchulteis bruder, *Role Seiberts ſohn*, *Henne Zeisgen*,

Con-

Conrad Foſſul und *Peter Irmelen* ſohn geſchwohrne ſcheffen von bitt wegen der gantzen gemeind des dorffs zu *Harrgarthen* und mit verhengnuſſ herrn Dielen des vorgenanten ihres pfarrers zu recht ewiger ſtetigkeit aller der vorgeſchriben articul, ſo haben wir der vorgenante ſchulteis und ſcheffen mit unſerer gantzen gemeind gebetten den vorgedachten erſamen mann herrn Dielen unſern pfarrer, das er durch unſer alle bitt willen ſein eigen inſiegel an dieſen brieff hat gehangen, wan wir ſelber keins haben. Und ich herr *Diel* der vorgenant pfarrer erkenne mich, das durch bitt willen herr ſchultheis und der ſcheffen und der gemeind zu *Harrgarten* und ſonderlich umb ſolche wolthat die ſie mir und meinen nachkommen gethan haben mit der beed das ich darum vor mich und vor ſie mein eigen inſiegele an dieſen brieff gehangen hab. Dis iſt geſchehen uff das jahr in der indiction, unter dem Pabſt, uff den tag, an der ſtatt, vor der gemeindt als vorſtehet beſchriben.

XCII.

Confirmatio ordinarii.

Sifridus Dei gratia ſancte Moguntin. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes littere pervenerint ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Inſtaurationem, erectionem, fundationem & dotationem beneficii primiſſarie altarium in eccleſia parochiali ville *Harrgarthen* noſtre dioceſis in honorem beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, *Johannis Baptiſte*, *Marie Magdalene*, *Catharine* & *Dorothee* virg.

Virg. Chriſti fidelium eleemoſynis pro congrua unius ſacerdotis capellani ipſius beneficii pro tempore exiſtentis ſuſtentatione, absque tamen ipſius beneficii parochialis prejudicio & ſine cujuslibet alieni juris injuria factas, ratas habentes & gratas ipſas perpetuando collaudamus, approbamus & authoritate noſtra ordinaria preſentibus in Dei nomine confirmamus reſervantes...jus preſentandi illi vel illis quibus hoc in litteris deſuper confectis eſt aſſcriptum. Datum *Eltvill* ſecundo idus Julii anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo.

Erbach.

Plebanus ibidem habet xlv *libr. Item Gerhardus cappellanus* beatæ Virginis *in* Oeſtrich.

Item primiſſarius ibidem habet xxxvii libras & iii ß.

Item Wynricus *capellanus* St. Michaelis *habet xxix libras xvii ß iiii hllr.*

An. DCCCC *Eberbach* villa jam occurrit in charta *Ottonis III* Imp. quâ tranſtulit foreſtum quoddam in eccleſiam Mogunt. confer. *Gud. T. I. p.* 285.

Anno MDCCXIV die menſis Martii octava *Lotharius Franciſcus* Archiep. Mog. collegio *S. Petri* ceſſit jus patronatus eccleſiæ parochialis in *Erbach*, eodem vero die & anno collegiata modo memorata Archiepiſcopo ceſſit jus patronatus eccleſia parochialis in *Rauenthal.*

XCIII.

In nomine Domini amen. Ne devotionis opera, que Chriſti fideles preſertim ad cultum divini nominis deputarunt, oblivionis devio perimantur & ne pro- Fundatio beneficii S. Michaëlis in Erbach.

poſitum eorum, quod pro cultura celeſtis nominis dedicare cupiunt, defraudetur, expedit ut per ordinem ad poſterorum notitiam ſcripturis autenticis deferantur & ut fideles Chriſti eorum exemplo ad ſimilia facienda provocentur. Noverint igitur per preſens hoc publicum inſtrumentum cuncti qui ſua crediderint intereſſe, quod anno Domini MCCCXCVI indictione IV pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri *D. Bonifacii* divina providentia Pape IX anno VII, XXIX die menſis Aprilis hora veſperarum vel quaſi in curia plebanie opidi *Eltevil* in mei notarii publici ac teſtium infra ſcriptorum vocatorum ad hoc & rogatorum conſtitutus perſonaliter honorabilis & ſtrenuus miles Dominus *Craffto* ſenior de *Aldendorff* pro ſe & *Guda* uxore ſua legitima, ſana meditatione precogitans fragilitatis humane conditionem ſtatus certitudinem non habere, ſed ea que eſſe videbantur in ea tendere potius ad non eſſe provida diſcretione conſulente terrena ac tranſitoria cum ſpiritualibus & perpetuis bonis permutare intendens ut dicebat & de bonis ſibi a Deo collatis pro ſalute anime ſue parentum ac progenitorum quoddam beneficium & altare perpetuum in cultus augmentum ad honorem Dei omnipotentis, beatiſſimeque virginis *Marie* ejus genitricis Sanctorumque omnium & ſpecialiter *B. Michaelis* Archangeli ac ſancte *Anne* fundare, diſponere & dotare de expreſſo conſenſu pariter & aſſenſu *D. Conradi* de *Fritzlaria* plebani eccleſie predicte; ad cujus quidem altaris beneficii perpetui dotationem & fundationem certos perpetuos cenſus ac bona mobilia & immobilia ſubſcripta in

villa

villa *Erbach* & in vicinis Ringawie hinc & inde ſitũata & cedentia una cum aliis ſibi cooperantibus ſponte ac liberaliter dedit, donavit ac perpetue conceſſit & irrevocabiliter aſſignavit. Inprimis unam domum, curiam cum horto ſituatam apud dictum *Ulyn* ſartorem, que quondam fuerunt *Petri Fabri* ibidem in *Erbach*, item Dn. *Conradus Volperti* de *Kuſſel* presbyter bone memorie legavit & donavit CC florenos ad dictum beneficium meliorandum in bonis & reditibus. Item duos florenos perpetui cenſus de domo curia & orto quam *Göbel* ligator poſſidet... legavit dictus *Kolſche* ſcabinus ibidem &c... preſcripta omnia bona prenominatus Dnus *Craffto* coram me notario publico tanquam perſona autentica & teſtibus ſubnotatis publice & expreſſe reſignavit & renuntiavit eisdem penitus predicto beneficio inſtaurando & fundando. Item ea propter jam dictus *D. Craffto* vult & ordinavit pro ſe & dicta uxore ſua *Guda* legitima, quod ipſe & ſenior heres ac propinquior eorum poſt obitum pro tempore exiſtens habent jus & facultatem preſentandi ad dictum beneficium altaris perſonam idoneam & honeſtam actu ſacerdotem vel qui ſe infra anni ſpatium ad ſacerdotium faciat promoveri... quodſi non fecerit ex tunc ipſe aut heres dictorum ſenior alium ſic idoneum poterit preſentare Archidiacono loci cui per ipſum Archidiaconum predictum beneficium altaris conferatur. Inſuper vult & ordinavit ut capellanus ſeu altariſta dicti altaris ſit aſtrictus ad legendum & cantandum in choro omnibus horis conſuetis plebano aſſiſtendo juvando & comparendo in officiis divinis & tempore opportuno

porrigendo ſacramenta eccleſiaſtica ac in neceſſitatibus audiendo confeſſiones, quando & quotiens requiſitus fuerit per ipſum plebanum & etiam in abſentia ipſius vel ipſo infirmante ad ſpatium unius menſis & non ultra. Et quod tres miſſas ad minus ſingulis ſeptimanis in dicto altari celebrare teneatur vel per alium faciat celebrari; & quod non abſentet ſe ultra menſem ſine ſcitu & licentia ſpeciali patroni altaris predicti niſi rationabilis eum excuſet cauſa. Item preſentatus ad predictum altare immediate infra menſem reſidentiam firmam & continuam faciat perſonalem & non fictam, & in caſu quod non faceret, ex tunc alius idoneus debet preſentari ſine omni contradictione prioris non reſidentis. Item non permutet dictum altare ſine conſenſu ipſius patroni aut heredis; etiam habitationem & alia bona immobilia ſpectantia ad predictum *S. Michaelis* altare conſervet in eſſe, in debita ſtructura & cultura. Item dimidietas quorumcunque legandorum eidem capellano ex quacunque cauſa plebano cedere debebit, perpetuis cenſibus demptis & bonis immobilibus. Item oblationes preſentet plebano. Hec omnia & ſingula juret ac promittat quilibet preſentandus. Predicta omnia *Conradus* plebanus predicte eccleſie ville *Erbach* quam tum potuit ratificavit & approbavit pro ſe & ſucceſſoribus ſui ſigilli appenſione coram me notario publico & teſtibus ſubſcriptis. Inſuper ego *Crafto* ante dictus humiliter ſupplico & devote Rmo in Chriſto Patri ac Domino noſtro *D. Conrado* D. G. ſancte ſedis Mog. Archiepiſcopo quatenus dictum beneficium ſic dotatum... confirmare

digne-

dignetur, nec non omnes reditus atque bona aſſignata & aſſignanda omnibus ab oneribus ſecularibus perpetue liberare. In quorum omnium firmitatem ego *Craffto* miles & ego *Conradus* plebanus ſepedicti preſens publicum inſtrumentum ſigillorum noſtrorum duximus appenſione communiri. Acta ſunt hec anno, indictione, pontificatu, die, menſe hora & loco quibus ſupra preſentibus diſcretis & honeſtis viris & Dominis Dno *Hermanno* plebano in *Eltvil D. Joanne* de *Lych* capellano altaris *S. Crucis* in *Godstail* ac *D. Petro* capellano altaris *B. M. V.* in *Kederich* presbyteris dicte Mag. dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter. Et ego *Hermannus* dictus *Yfe* de *Alsfeldia* clericus Mag. dioc. publicus imperiali auctoritate notarius preſens publicum inſtrumentum propria manu ſcripſi in evidens teſtimonium premiſſorum.

Hattenheym.

Plebanus ibidem habet Lij. *libr. & jjjj. ß.*
It. primiſſarius ibidem habet xxx libr. x ſol.
It. altariſta beate Marie Virginis *habet xx flor.*
Inter primas poſſeſſiones collegio S. Petri traditas occurrit viculus Hattenheim Hatherheim *anno MLXIX vid.* Joann. T. 2. p. 460. Gud. T. 2. p. 5.

Gladebach.

Plebanus ibidem habet x libr. & in Sellinhan *xxi ß.*

Anno MCCCC tempore paſcali eccleſia in *Gladbach* mirum quendam cum ſacra hoſtia eventum contuita eſt. Rem, prout revera contigit, *Joannes* Archiep. Mog. indubio diplomate annotari juſſit. *Gud. T. IV. p.* 8.

§. VII.

Kederich.

Primo plebanus ibidem habet LX. *flor.*
Item Petrus *capellanus* beate Virginis *habet xx libr.*
It. Johannes *cappellanus* Baptiſte *habet xxx flor.*
It. primiſſarius ibidem habet xxx flor.
It. Nicolaus *olim cappellanus* S. Katherine *in* Kemel *habet x flor.*
Ex alio regiſtro addimus.
Item altariſta S. Michaelis *habet xx flor.*
It. Altariſta S. Eliſabeth *habet xxx flor.*
It. Altariſta S. Margarete *habet xx flor.*

Kederich, hodie *Kiderich* in diplomatibus audit: *Kettercho, Ketterecho, Chetricho* ſic an. MCXXVIII *Adelbertus* Arch. Mog. conſtituit, ut curia *Chetricho* fratribus *S. Martini* de domo ſingulis annis perſolveret triginta ſolidos Moguntinenſis monete. *Gud. T.* 1. *p.* 77. *p.* 95 *&* 285. *Joannis T.* 1. *p.*460. 586. *& ſeq.*

Haud procul inde conſpicitur & vineis adjacet caſtrum *Scharffenſtein*, cujus mentio fit in chartis pluribus vid. *Gud. T.* 1. *pag.* 497 505 787 & 953 &c.

Eccleſiam parochialem in *Kiderich* cum ſuis altaribus magna diplomatum copia nunc illuſtratum imus.

XCIV.

Concambium circa decimas in Kiderich.

Ego *Symon* miles de *Rudensheim* notum eſſe deſidero preſencium inſpectoribus univerſis, quod cum titulo feodi decimam de quibusdam agris, vineis & arboribus infra terminos ville *Kederche* ſitis poſſiderem pacifice & quiete, concambii tractatus amicabilis

lis inter me & honorabiles viros Dominum Decanum totumque capitulum ecclesie sancti *Petri* Mogunt. mediantibus pluribus fide dignis in hunc modum intervenit, quod capitulum *St. Petri* ecclesie predicte decimam feni de magno prato conventus Eberbacensis sibi debitam michi tribuit perpetuo possidendam superaddens eciam redditus quinque amarum hunici vici percipiendarum singulis annis ante torcular ipsius ecclesie in *Eltevile* & sic amicorum meorum usus consilio coram sculteto & scabinis ville *Kederche* decimam meam in *Kederche* pleno jure ipsi ecclesie resignavi; ad majorem quoque evidenciam & testimonium premissorum presentes literas dedi sepedicte ecclesie sancti *Petri* sigilli mei munimine roboratas. Datum anno Domini M°CCLX primo mense Januario.

XCV.

Hospitale pro peregrinis in Kiderich assignatur.

Kunt sy allermenlich die diessen genwertigen brieff ansehent lesent oder horent lesen besunder die sin itzunt zu schicken han oder hernach zu schicken mochten gekommen, daz ich *Frederich Sinder* unde *Katherina* myn eliche wirtin bekennen vor uns unde unser erben daz von unser hofereide hus garten wiesen ecker mit aller irer zugehorde als sy gelegen sint an eyn gegeben unde gesafft han unwidderrufflichen zu lobe und ere Godde unde deme guden herren sant *Valentin* zu eyme spittaell unde hirborge nu unde ewicliche daz man die billgeryn die *Valentinum* den lieben heilgen hymel forsten suchen do ynne herborgen sal wann sy iff begeren, als wir auch dieselbe hoffereide vor gerichte offgegeben han mit

ge-

epiſcopos Magunt. ſucceſſores noſtros, qui pro tempore fuerint, in quantum, iis fuerat & ad nos pertinebat, pleno jure transtulerunt devoto deſiderio tota voluntate & conſenſu de predicto officio & ejus redditibus univerſis veteribus & novis huic littere annexis, habitis & habendis, taliter ordinandum decrevimus, ordinamus & ſtatuimus per preſentes, quod dicti redditus ad capellam B. Glorioſe Virginis *Marie* & S. *Catharine* virginis ibidem & nunc in antea pertineant & dicta capella per Archiepiſcopum Maguntinenſem, qui fuerit pro tempore, uni clerico idoneo actu ſacerdoti conferatur. Idem quoque clericus, cui de predicta capella providebitur, ad continuam in ea reſidentiam tenebitur faciendam & ad quotidianam miſſam hora matutinarum pro laborantibus & vineam colentibus initi celebrandam, & nihilominus campanarie officio, quod predicte capelle annexum eſſe volumus, vigilanti providentia providebit, hoc adjecto, ut ſi Rector ejusdem capelle in ea, ut tenetur, non reſederit in celebratione quotidiana & matutinarum miſſa vel in officio ipſius campanarie ſine cauſa rationabili & neceſſaria negligens fuerit, ex tunc ipſa capella ipſo facto ſit privatus & alteri idoneo ſacerdoti, qui predicta onera explere velit & valeat, per Archiepiſcopum Magunt. libere conferatur ; nos quoque ſupradictam capellam ac campanarie officium *Henrico* de *Elckel* clerico noſtro fideli Diacono contulimus & conferimus per preſentes ita ut ipſe infra annum in ſacerdotem ſe faciat promoveri & alia onera predicta habeat alioquin ex tunc poſt lapſum anni privationis penam incidat

cidat ſicut alius ejusdem capelle rector incideret, qui injuncta ſibi onera non compleret. In predictorum vero evidentium & perpetuam firmitatem has preſentes litteras ſigillo noſtro communiri fecimus. Datum *Pinguie* anno Dni MCCCXII. IV Kal. Novembris.

CIX.

Concordia inter capitulum S. Petri & primiſſarium.

Conradus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius preſentium tenore notificamus omnibus & ſingulis preſentibus & futuris, quod pro parte honorabilium virorum Decani Canonicorum & capituli eccleſie ſancti *Petri* extra muros Magunt. ex una & *Jodoci* de *Riede* primiſſarii & rectoris altaris ſancte *Catharine* ſiti in parochiali eccleſia oppidi noſtri *Eltvil* noſtre dioceſis partium ex altera, occaſione altaris & primiſſarie predictorum expoſitio nobis humiliter propoſita continebat, quod in colligendis decimis in terminis dicti oppidi *Eltevil* atque *Nuwendorff*, *Ruwendal*, *Erbach*, *Steinheim* & aliarum circumjacentium villarum, partim eisdem Decano, Canonicis & capitulo pro tempore exiſtentibus ac partim ad primiſſarium & altare predicta ſpectantibus, nonnunquam diſſenſiones, involutiones & controverſie exorte fuerunt; ad hoc ergo cavendum in futurum ipſi Decanus, canonici & capitulum pro ſe & eorum poſteris & prefatus Jodocus pro primiſſaria & altari predictis ſeque & ejus ſucceſſoribus pro tempore certam inierunt atque fecerunt in effectu concordiam, videlicet, quod prefati Decanus, canonici & capitulum pro tempore omnes &

ſingulas decimas hujusmodi colligere atque de illis diſponere habeant in futurum, nec non de eisdem loco portionis, primiſſario atque altariſte hujusmodi pro tempore exiſtentibus ſingulis annis debite ſolvere debeant quatuor plauſtra vini ac viginti maldra ſiliginis ex creſcencia decimarum antedictarum cum certis conditionibus, clauſulis in litteris ſuper tractatu & concordia hujusmodi confectis, clarius expreſſis, nobisque pro ambabus partibus antedictis fuit humiliter ſupplicatum, ut tractatibus & concordiis hujusmodi noſtre confirmationis auctoritatem & robur adjicere dignaremur. Nos igitur viſis & examinatis litteris hujuſmodi reperimus, tractatum & concordiam antedictas ex certis rationabilibus & legitimis cauſis initas, ipſosque fuiſſe & eſſe juridicas & rationabiles, idcirco easdem litteras cum tractatibus, concordiis, condicionibus clauſulis & capitulis omnibus & ſingulis inibi contentas, quorum omnium & ſingulorum tenores preſentibus habemus pro expreſſis, auctoritate noſtra ordinaria, omnibusque melioribus modo, via, jure, cauſa, forma quibus fieri poterit, ex certa ſcientia in Dei nomine confirmamus, ratificamus & approbamus per preſentes. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium has preſentes noſtras litteras cum ſigilli appenſione juſſimus communiri. Datum in caſtro noſtro *Eltvil* die... menſis Maji Anno Dni MCCCCXXXIIII.

CX.

CX.

In nomine S. Trinitatis Patris & Filii & Spiritus S. Amen. Ego *Conradus Rade* de *Itſtein* canonicus eccleſie b. Marie ad gradus Maguntin. paſtor ſeu rector eccleſie parochialis in *Soltzbach* prope *Hoëſt* Magunt. dioc. ad laudem omnipotentis Dei, glorioſe virginis *Marie* ac omnium ſanctorum & in Divini cultus augmentum pro ſalute anime mee parentum ac omnium benefactorum meorum & ſpecialiter illorum, unde mihi provenerunt que fuerunt materia & juramentum inſtitutionis infra ſcripte inſtitui & fundari ac preſentibus inſtituo & fundo unum perpetuum eccleſiaſticum beneficium ad altare jam conſtitutum in eccleſia parochiali in *Eltvil* Magunt. dioc. ad chorum ibidem nondum conſecratum, conſecrandum in honorem S. *Crucis*, ſanctorum *Georgii* Martiris, *Barbare* & *Dorothee* virginum, & ad idem beneficium altaris & pro ſuſtentatione rectoris ipſius pro corpore donavi, deputavi & aſſignavi, dono, deputo & aſſigno pie per preſentes: quinquaginta duos florenos annui & perpetui cenſus dudum emptos per me & comparatos in Ringavia pro mille quadraginta florenis, quorum quidem quinquaginta duorum floreñorum auri cedunt viginti ſuper communitate oppidi *Eltvil*, decem floreni de bonis *Cleſen Nawehelts* in *Rüdesheim*, duodecim cum dimidio floreni ſuper communitate ville *Ruwental*, quinque floreni ſuper bonis, *Petri Czyſsgin* in *Eltvil*, unus florenus cum dimidio ſuper bonis *Wilhelmi Mey*, macellarii in *Eltvil*. Unus florenus de bonis *Cleſen Nawelhelts* Sohn in *Eltvil*, unus florenus ſuper bonis *Petri Schu-*

Fundatio altaris S. Crucis in eccleſia parochiali.

man in *Eltvil* & unus florenus ſuper bonis *Ditterlers Hennen* in *Eltvil*, prout de hujusmodi cenſibus in litteris deſuper confectis apud me reſervatis & dicto beneficio aſſignandis plenius continetur.

Ad dictum beneficium ſic per me inſtitutum, fundatum & dotatum, poſtquam ipſum per loci ordinarium fuerit confirmatum, preſento & nomino per preſentes venerabili Domino prepoſito eccleſie ſancti *Mauricii* Maguntinenſis ſeu ejus officiali diſcretum *Jacobum Rufi* de *Rüdesheim* familiarem meum clericum Magunt. dioc. pure propter Deum tanquam habilem & idoneum ad idem beneficium regendum & poſſidendum, qui *Jacobus* ſtatim poſtquam de dicto beneficio fuerit inveſtitus, transferre debet ſe ad ſtudium & diligenter ſtare & ſtudere per biennium & poſt illos duos annos redire & perſonaliter reſidere in dicto beneficio & ſe ad ſacerdotium infra annum tunc ſequentem facere promoveri & tempore quo ſtabit abſens in ſtudio & donec promoveatur ad ſacros ordines, per alium devotum presbyterum ordinabit ſatisfieri dicto beneficio de miſſis & aliis oneribus infra ſcriptis dicto beneficio incumbentibus, ſic quod nulla negligentia committatur & illi officianti aſſignabit defructibus dicti beneficii competens ſalarium pro laboribus ſuis ad dictamen ſapientum; Quodſi dictum Jacobum ante finem dictorum annorum ſtudii & promotionis ſue ad ſacerdotium decedere contingat, volo, quod tunc ad idem beneficium preſentetur per patronos infra ſcriptos. *Nicolaus* filius *Lutzenhen* de *Eltvil* clericus Mag. dioc.

pro

pro ea vice & nullus alius, ſi ſaltem ille *Nicolaus* tum agat in humanis & ipſum beneficium cum ſuis conditionibus & oneribus infra ſcriptis velit acceptare & alias ipſe habilis exiſtat.

Item volo & ordino per preſentes, quod dictus *Jacobus* poſtquam in ſacris conſtitutus eſt & omnes alii poſt eum ad dictum beneficium inſtituendi & admittendi jurabunt & quilibet eorum jurabit perpetuam perſonalem veram & non fictam reſidentiam velle facere in dicto beneficio in *Eltvil*, & quod dominicis diebus & feſtivis & aliis temporibus conſuetis intererunt divinis pro poſſe juraudo fideliter plebanum & alios & aſſiſtere eis in ſacramentis miniſtrandis tempore neceſſitatis prout & quemadmodum alii beneficiati & altariſte in eccleſia ad id faciendum noſcuntur eſſe adſtricti & obligati, dictique plebanus & altariſte dictum *Jacobum* ac ſuos ſucceſſores ratione dicti beneficii admittent ad perceptionem preſentiarum ſeu quotidianarum diſtributionum ejusdem eccleſiæ ad equales partes cum ipſis juxta conſuetudinem illius eccleſie & propterea de dictis quinquaginta duobus florenis debent aſſignari & deputari ad dictas communes preſentias in *Eltvil* quatuor floreni annui cenſus ſuper certa parte bonorum predictorum vel quantum ſufficit & prout cum dicto plebano & altariſtis poterit ſuper hoc concordari, & deſuper dictus plebanus & altariſte dabunt litteram ſigillatam ſufficientem, quod in reſtaurum preſentie communis ibidem receperint ſufficientes redditus & bona pro admiſſione dicti *Jacobi* & ſucceſſorum ad dictas communes preſentias & receptione ipſius &

ipſorum ſucceſſive ad conſortium eorum & ad participium omnium libertatum & privilegiorum, quibus ipſi plebanus & altariſte hactenus gaviſi ſunt in communi & in futurum ſunt gaviſuri.

Similiter & de dictis quinquaginta florenis unus debet cedere ad cereos neceſſarios ad dictum altare, & ſic adhuc remanent rectori ipſius altaris de dictis quinquaginta duobus florenis quadraginta ſeptem floreni & preſentia dicta pro ſuſtentatione ſua. Quodſi predictos cenſus ſeu redditus in parte vel in toto aliquando contingeret reemi ſeu redimi tunc quo citius fieri poterit, debent per rectorem hujus beneficii cum ſcitu plebani & altariſtarum predictorum cum pecunia illa ſimiles redditus comparari, totiens quotiens caſus talis ſe offerret quomodolibet in futurum. Item rector ſeu altariſta dicti beneficii ex inſtitutione preſenti debet eſſe obligatus ſingulis ſeptimanis ad quatuor miſſas, quas per ſe vel per alios honeſtos presbyteros leget & legere diſponet in hunc modum, videlicet primam miſſam de ſancta Trinitate, ſecundam de patrono eccleſie tertiam, de patronis altaris, & quartam pro defunctis & ſic ſubſequenter continuando de ſeptimana in ſeptimanam per totum anni circulum & perpetuis temporibus preterquam in feſtis ſolennibus ubi infra actionem habentur *communicantes* & ſemper in dictis miſſis unam collectam pro *Conrado* defuncto & omnibus fidelibus defunctis ſurrogabit. Item jurabit quilibet ad dictum beneficium inſtituendus, quod non permutabit ipſum beneficium absque conſenſu patronorum infra ſcriptorum, & quod cenſus redditus & ornamenta, cali-

cem

cem, libros & alia ad dictum beneficium ſpectantia & pertinentia conſervet in bona cuſtodia, cura, cultura & refectura & quod ea non alienabit nec impignorabit & ſi alienata invenerit, recuperabit pro poſſe & noſſe. Et ſignanter ſunt iſta ornamenta, que dedi & deputavi ad dictum beneficium altaris per me inſtitutum, videlicet unum novum miſſale quod procuravi ſcribi & expoſui pro eo triginta florenos it. una alba .. viridis coloris cum pertinentiis pro quibus expoſui viginti ſex florenos it. duo cantra parva ad miniſtrandum vinum & aquam. It. quatuor mappe altaris jam conſecrate. It. calix deauratus cum patena & duo corporalia in ſaculo recondita, que omnia & alia per devotas perſonas utriusque.. ad dictum altare conferenda & aſſignanda debent recludi in una capſa ſive ciſta per rectorem dicti beneficii ad hoc diſponenda & procuranda ad uſum rectoris dicti altaris pro tempore, ſed dictum miſſale debet poni ad ſacriſtiam eccleſie ibidem ad uſum dicti rectoris & aliorum in eccleſia predicta beneficiatorum communem. Iuſuper jus preſentandi ſeu patronatus beneficii per me inſtituti ut premittitur, quotiens ipſum poſt deceſſum dicti *Jacobi* per me ad id preſentati & inſtituendi vacare contigerit, volo quod perpetuis futuris temporibus ſit & remaneat apud ſeniorem de conſulatu in conſilio oppidi *Eltvil* actu in officio exiſtentem & ſeniorem inter Magiſtros fabrice eccleſie in *Eltvil* predicte, qui ambo communiter ad dictum beneficium ut ſic vacans loci ordinario preſentabunt actu presbyterum ſeu qui infra annum ad ſacerdotii gradum poſſit promoveri & cum

effectu

effectu promoveatur, qui natus sit de oppido *Eltvil*, si talis haberi possit, alioquin alium taliter conditionatum de *Ringavia* oriundum, qui personaliter velit residere in dicto beneficio & promittere observare omnia premissa in quantum eum concernant.

Et hoc facient dicti seniores & patroni cum consensu, assensu & voluntate plebani in *Eltvil* pro tempore existentis, & si dicti duo seniores in unam personam presentandam concordare non possent, tunc ille senior cui plebanus consensum & voluntatem adhibuerit, pro ea vice presentabit. Et quia ego *Conradus Rade* supra dictus dictum consulatum & commune oppidum *Eltvil* ad rogatum ipsorum honoravi cum jure patronatus hujusmodi, dabunt ipsi *Schultetus* scabini & tota communitas dicto beneficio per me fundato & dotato ut premittitur & rectori ipsius pro tempore perpetuo in futurum litteras sufficientes sub sigillo oppidi & alias, prout expediet, quod recipiem dictum *Jacobum* & alios futuros rectores dicti beneficii cum familia, rebus, bonis mobilibus eorundem in protectionem & defensionem ipsius oppidi & communis ejusdem & ipsos tueri ab omnibus injuriis, violentiis, perturbationibus pro totis viribus suis, neque ab ipsis rectoribus pro tempore unquam velle exigere aut petere ratione bonorum suorum aut provisionum suarum exactiones, precarias, gabellas, servitia, sturas seu quecumque alia gravamina ipsis imponere, sed ab eis & quibuscunque aliis gravaminibus eos & bona ipsorum libere & absolute tenere servare atque dimittere & eis ac bestiis, ipsorum permittere gaudere aquis, silvis, pascuis

pratis

pratis & aliis bonis communibus ſicut ceteri incole oppidi ejusdem ipſis gaudere ſolent omnibus fraude & dolo in premiſſis penitus ſecluſis. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum & ad perpetuam rei memoriam preſentes litteras exinde fieri volui & proprio ſigillo meo appendente ſigillari feci. Datum & actum anno Domini MCCCCL. die *S. Petri* cathedre que fuit XXII. menſis Februarii.

Theodoricus Meynhardt
Notarius ſcripſit.

CXI.

Translatio beneficii ex infer. Heimbach ad capellam St. Nicolai.

Mathias Dei gratia ſancte Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto S. Chriſtophori Moguntinenſis & in *Eltevil* eccleſiarum plebanis ſalutem in Domino. Altare ſeu perpetuam miſſam celebrandam in hoſpitali *inferioris Heymbach* per quondam *Hermannum* dictum an dem Burgetor de *Waldecke* & *Agnetem* de *Eltevil* adhuc ſuperſtitem conjuges pro remedio animarum ſuarum alias inſtitutum ſeu inſtitutam & ejusdem altaris ſeu miſſe dotationem ratas & gratas habuimus & habemus eaſque auctoritate noſtra ordinaria confirmavimus & preſentibus confirmamus, ipſumque altare ſeu miſſam cum ejus juribus & pertinentiis ac dote ipſius ex certis & legitimis cauſis ad hoc nos moventibus ad capellam beati *Nicolai* in *Eltevil* duximus transferendum eandem miſſam in dicta capella per ejus capellanum pro tempore exiſtentem perpetuo celebrandam. Inveſtimus-

que ad eandem capellam Johannem filium *Anshelmi* ſculteti in *Eltevil* alias per prefatam *Agnetem* ad altare ſeu miſſam hujusmodi preſentatum in Dei nomine per preſentes, volentes eidem *Johanni* ut vero ejusdem capelle capellano de ejusdem cappelle redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, pertinentiis & dote integraliter reſponderi, mandantes vobis & cuilibet veſtrum prout fueritis requiſiti, eundem *Johannem* in corporalem poſſeſſionem hujusmodi capelle ducatis, facientes ſibi de redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, pertinentiis & dote ipſius altaris, ut premittitur, plenarie reſponderi, adhibitis ſolemnitatibus debitis & conſuetis, contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. Datum *Aſchaffenburgi* III. nonas Novembr. anno Dom. MCCCXXVII.

CXII.

Confirmatio prædicti altaris.

Joannes de *Frideberg* Canonicus majoris Prepoſitus S. Mauritii eccleſiarum Maguntinenſium.

Notum ſit omnibus literas preſentes viſuris & audituris, quod cum recolende memorie Dominus *Matthias* quondam Archiepiſcopus Moguntinus, *Altare*, ſeu perpetuam miſſam celebrandam in *hoſpitali* ville *Heymbach inferioris*, per quondam *Hermannum* dictum *an dem Burgetor* armigerum de *Waldecke* & *Agnetem* de *Eltevil* legitimos conjuges pro remedio animarum ſuarum alias inſtitutum ſeu inſtitutam, & ejusdem altaris ſeu miſſe dotationem ratas & gratas habuerit, easque auctoritate ordinaria confirmaverit, ac ipſum altare ſeu miſſam cum

ipſius

ipſius juribus & pertinentiis ac dote, ex certis & legitimis cauſis ipſum ad hoc moventibus ad *capellam S. Nicolai in Eltevil* infra terminos noſtre prepoſiture duxerit transferendas, ac *Johannem* natum *Anshelmi* ſculteti de *Eltevil*, nunc ſacerdotem, alias per dictam *Agnetem* ad altare ſeu miſſam hujusmodi preſentatum inveſtiverit de capella memorata, nos easdem, ratificationem, confirmationem, translationem & inveſtituram quantum in nobis eſt tanquam loci Prepoſitus, ratas habentes & gratas, ipſum *Johannem* admiſimus, & litteris preſentibus admittimus ad capellam memoratam, recepta ab eo *obedientia manuali*, ita quod omnino ejusdem ſucceſſores nobis & noſtris ſucceſſoribus Prepoſitis, qui pro tempore fuerint, obedientiam facere, & inveſtituras a nobis & eisdem noſtris ſucceſſoribus recipere perpetuo teneantur. In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum litteris preſentibus eſt appenſum. Datum anno Dom. MCCC. XXIX. III *Kalend. Septembr.*

CXIII.

Joannes de *Frideberg* Canonicus majoris *Prepoſitus S. Mauritii* eccleſiarum Moguntinenſium, diſcretis viris *Archipresbytero* noſtro, & *Vicepaſtori* in *Eltevil* ſalutem in Domino. Inſtitutio ad idem altare.

Cum nos *Johannem* ſacerdotem, natum quondam *Anshelmi* ſculteti in *Eltevil* ad capellam beati *Nicolai* ibidem per felicis memorie dominum quondam *Matthiam* Archiepiſcopum translatum & inveſtitum admiſerimus, prout in literis ejusdem Dni Archiepiſcopi & noſtris deſuper confectis plenius continetur. Nos eundem *Johannem* de eadem capella

investivimus & literis presentibus in Domino investimus, vobis ac cuilibet vestrum in virtute obedientie firmiter ac districtim precipiendo, quatenus eundem in dictam capellam & eius possessionem seu quasi corporalem nostro nomine inducatis, precipientes populo ibidem ac aliis quibuslibet, ut ipsi *Johanni* tanquam vero capellano dicte capelle de universis redditibus, proventibus & obventionibus ipsius capelle & ecclesie bonis ac rebus ad ipsam spectantibus non differant integraliter respondere. In his exequendis alter vestrum alium non exspectet. Datum ann. Dom. M. CCCXXIX. IV *Idus Sept.*

CXIV.

Confirmatur presentatus ad altare S. Nicolai.

Benedictus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio *Joanni* nato quondam *Anselmi* sculteti in *Eltevil* perpetuo capellano capelle beati *Nicolai* dicti loci in *Eltevil* Mog. dioc. salutem & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod tu olim ad perpetuam capellaniam capelle sancti *Nicolai* in *Eltevil* Mog. dioc. tunc vacantem, nullique alii de jure debitam ab *Aguete* de *Eltevil* relicta quondam *Hermanni* dicti *an dem Burgetor* armigeri vidua dicte dioc. vera ejusdem capelle patrona Preposito ecclesie S. *Mauritii* Mogunt. ad quem de antiqua & approbata & hactenus pacifice observata consuetudine institutio perpetuorum capellanorum in capellis in prepositura sua

ejusdem

ejusdem ecclesie, in qua predicta capella consistit, existentibus pertinet, fuisti intra tempus legitimum canonice presentatus, dictusque Prepositus te ad presentationem hujusmodi in perpetuum capellanum capelle instituit antedicte, prout in patentibus litteris inde confectis dicti Prepositi sigillo munitis plenius dicitur contineri; nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem Preposito provide factum est, ratum & gratum habentes, id autoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. *Avinione* VII. kal. Julii Pontificatus nostri anno primo.

CXV.

Confirmatio juris patronatus capelle S. Nicolai in alium translati.

Joannes Dei gratia sancte Maguntinensis sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius universis & singulis ad quos presentes nostre littere pervenerint salutem in vero omnium salutari. Quanquam pia nobis desursum concessa benignitas sibi connaturalem bene faciendo gratuite generali quodam instinctu indesinenter compellat affectum & miti quodam tractu manus nostras per dispensationis officium cogat ad opus, specialius tamen justa petentium votis, que ratione fundata cognoscimus & singularius si eis fidelium nostrorum honor & commodum procurentur, recte totus effundimur & ad ea

precipite voluntate licet nobis hoc ſemper placuerit & placeat, quodammodo ferimus improviſe; hinc eſt quod alias ad audientiam noſtram deducto, qualiter honeſta matrona *Dina* dicta *zum Appenheimer* relicta quondam *Petri zum Roſendal* civis Moguntini de conſenſu & voluntate *Mengoti* ejus filii naturalis & legitimi jus patronatus ſeu preſentandi perſonam idoneam ad capellam ſancti *Nicolai* ſitam extra muros opidi *Eltevil* noſtre dioceſis tempore vacationis ipſius, quod ad ipſam *Dinam* pleno jure dinoſcitur pertinere & omne jus ſibi in illo vel ad aliud quo modolibet competens bona & matura deliberatione previa transferre proponat in & ad perſonam honorabilis *Hermanni Lupi* Canonici eccleſie *S. Mauritii* Maguntinenſis notarii & fidelis noſtri dilecti, ac in & ad ſuos veros heredes; qui quidem *Hermannus*, ut eadem Dina aſſerit, poſt prefatum *Mengotum* ejus filium ipſius cognatus proximior exiſtit & heres, tanquam per ipſum & eosdem heredes in antea tenendum, habendum & perpetuis temporibus poſſidendum, nobiſque inſuper humiliter ſupplicato tam ex parte *Dine* quam *Hermanni* prefatorum, ut eidem translationi juris patronatus predicti noſtrum benevolum conſenſum vellemus gratioſius impertiri, nos penſantes fore dolum vel fraudem nullatenus in hoc facto, prout certius ſumus informati, dictamque petitionem in omnibus rationi conformem; idcirco ut dicta translatio juris patronatus, ſicut premittitur facienda, coram judicibus noſtre Maguntinenſis ſedis devotis noſtris dilectis aut aliis quibuscunque ſufficiente ad id auctoritate ſuffultis, dummodo

modo rite & legitime alias fiat; cum ſolennitatibus debitis & conſuetis perpetui roboris obtinere valeat firmamentum auctoritate noſtra ordinaria omnibus modis & viis quibus efficacius poſſumus & valemus eandem collaudantes & approbantes eidem noſtrum benevolum conſenſum pariter & aſſenſum in Dei nomine preſentibus adhibemus, decernentes eandem premiſſa autoritate, dummodo ſic ut premittitur fiat, perpetuis temporibus valituram. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum in monaſterio *Erbach* ordinis Ciſtercienſis noſtre dioceſis anno Dni MCCCCV in die *Cene* ejusdem.

CXVI.

Solemnis translatio juris patronatus capelle S. Nicolai.

Judices ſancte Maguntinenſis ſedis recognoſcimus per preſentes, quod conſtituta coram nobis honeſta matrona *Dina zum Appenheimer* relicta quondam *Petri zum Roſendal* civis Maguntinenſis pro ſe & *Mengoto* ejus filio naturali & legitimo major viginti quinque annis ut dixit & ex diſpoſitione faciei & corporis ſui apparuit, etiam pro ſe ac honorabili domino *Hermanno Lupi* canonico eccleſie ſancti *Mauritii* Maguntinenſis etiam principaliter & pro ſe eadem domina *Dina* non vi coacta ſive metu ducta aut aliqua ſiniſtra machinatione circumventa ſed ſponte & libere ac ex certa ſua ſcientia; conſiderans etiam ipſum dominum *Hermannum*, ut dixit, poſt dictum *Mengotum* eſſe ſuum verum & proximiorem cognatum & ſucceſſorem ab inteſtato in univerſis & ſingulis bonis & rebus ſuis, de conſenſu prefati *Mengoti* filii

ſui naturalis & legitimi ad omnia & ſingula ſubſcripta ſuum conſenſum pariter & aſſenſum collaudationem & approbationem ſponte & libere prout dixit preſtantis, jus patronatus ſive jus preſentandi perſonam ad capellam ſancti *Nicolai* ſitam extra muros oppidi *Eltevil* Mag. dioc. tempore vacationis ipſius, quod ipſa domina *Dina* ad ſe pleno jure dixit pertinere, ac omne jus ſibi in illo & ad illud quomodolibet competens prefato domino *Hermanno* preſenti & recipienti gratuite donatione pura inter vivos dedit, donavit & tradidit ac aſſignavit irrevocabiliter ac ex nunc in antea perpetuo tenendum per dictum dominum *Hermannum* pro ſe & heredibüs ſuis habendumque & poſſidendum omnibus modis & forma quibus melius & efficacius ac de jure potuit & debuit; & ipſa domina *Dina* una cum domino *Mengoto* filio ſuo ſolemniter in manibus noſtris publice per calami effeſticationem, ut renuntiantium & cedentium moris eſt, dicti juris patronatus poſſeſſioni vel quaſi renuntiavit atque ceſſit; & ut eundem dominum *Hermannum* ad ejusdem juris patronatus poſſeſſionem vel quaſi poneremus, per ejusdem calami traditionem ſupplicavit, quem inquam dominum *Hermannum* aſſerentem ſe reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri *Joannis* Archiepiſcopi Moguntinenſis ſuper hujusmodi donatione & translatione juris patronatus in ipſum per prefatos dominum *Dinam* & *Mengotum* faciendis impetrate conſenſum pariter & aſſenſum, mox & in continenti quantum in nobis fuit in dictis juris patronatus poſſeſſionem vel quaſi poſſumus, domina *Dina* & *Mengoto* ejus

filio

filio predictis hoc fieri petentibus & desiderantibus. Quo sic peracto domina *Dina* una cum *Mengoto* filio suo premissa omnia & singula ratificante & approbante voluit atque consensit, quod prefatus dominus *Hermannus* deinceps pro se & heredibus suis possit & debeat ad dictam capellam, quotiens ipsam vacare contigerit, personam idoneam ut verus dominus & possessor vel quasi dicti juris patronatus presentare ipsumque jus patronatus jure suo habere pro se & heredibus suis perpetuo & inrevocabiliter tenere, possidere & gubernare absque resistentia & contradictione donatricis & filii sui predictorum & cujuslibet alterius hominis, dolo & fraude postpositis penitus & semotis.

Insuper dicta donatrix de consensu expresso dicti *Mengoti* filii sui ob spem etiam fidelis assistentie defensionis & auxilii sibi & dicto *Mengoto* impendendi per prefatum dominum *Hermannum* donatarium & heredes suos per totum tempus, quo ipsa donatrix & dictus ejus filius in humanis egerint, eundem dominum *Hermannum* & heredes suos copiosius volens honorare, iterum prout supra sponte & libere ac donatione pura inter vivos dedit, donavit ac titulo donationis concessit dicto domino *Hermanno* pro se & heredibus suis & in ipsos transtulit omnia & singula sua bona mobilia & immobilia, presentia & futura, acquisita & acquirenda ubicunque locorum & in quibuscunque consistentia perpetuis temporibus per ipsum dominum *Hermannum* pro se & heredibus suis habenda, tenenda & possidenda, reservatis tamen ipsi donatrici & *Mengoto* filio suo

predicto uſu & uſufructu omnium & ſingulorum bonorum hujusmodi per totum tempus, quo ipſos Deus agere voluerit in humanis, transferens etiam dicta donatrix ac cedens & renuntians una cum dicto *Mengoto* filio ſuo iterum prout ſupra per calami porrectionem & traditionem melioribus modo, via, jure, cauſa quibus melius potuit & debuit omne jus & proprietatem atque poſſeſſionem bonorum predictorum que die & hora preſenti habuit; & conſtituit eundem dominum *Hermannum* donatarium pro ſe & heredibus ſuis verum dominum & proprietarium omnium bonorum predictorum ſalvo ſibi & filio ſuo *Mengoto* uſu & uſufructu eorundem, quamdiu ipſi ambo aut alter eorum vitam egerit in humanis. Itaque dictus dominus *Hermannus* donatarius pro ſe & heredibus ſuis poſſit & debeat poſt mortem dicte domine *Dine* & *Mengoti* filii ſui dicta bona mobilia & immobilia pleno jure quoad omne dominium tam directum quam utile habere, tenere & poſſidere & ipſorum poſſeſſionem auctoritate propria libere apprehendere poſſidere & gubernare ac de ipſis agere & diſponere nec non ordinare absque reſiſtentia & contradictione cujuscunque dolo & fraude penitus poſtergatis.

Promiſit inſuper dicta domina donatrix una cum *Mengoto* filio ſuo expreſſe prefato domino *Hermanno* donatario pro ſe & ſuis heredibus ſolemniter ſtipulans & recipiens omnia & ſingula preſcripta rata grata & firma perpetuo habere & tenere & non contravenire verbo vel facto aliqua ratione vel cauſa in judicio vel extra, publice vel occulte, directe vel indirecte quovis queſito colore, neque donationes, ceſſiones &

renun-

renunciationes atque translationes ſupradictas & quecunque alia premiſſa communiter vel diviſim in vita vel in morte ex alia cauſa etiam quacunque revocare, renuntians omnibus & ſingulis jurium preſidiis, conſiliis & auxiliis quibuscunque ex cogitatis vel excogitandis legum vel canonum per que prefata donatrix per ſe vel per interpoſitam perſonam in judicio vel extra contra premiſſa facere aut ſe defendere poſſit quomodolibet vel tueri & ſpecialiter legi dicenti generalem renunciationem non valere niſi preceſſerit ſpecialis. Quibus peractis nos judices ſupradicti ad inſtantem requiſitionem dictorum *Dine* donatricis & *Mengoti* ejus filii ac domini *Hermanni* donatarii ad premiſſa omnia & ſingula eo modo quo ut premittitur, facta ſunt, noſtrum conſenſum pariter & aſſenſum adhibuimus & tenore preſentium adhibemus & ſuper ipſis noſtram auctoritatem interponimus pariter & decretum. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium preſentes noſtras literas exinde fieri & per Nicolaum & Joannem notarios publicos & ſcribas infra ſcriptos ſubſcribi & publicari mandavimus, noſtrique ſigilli fecimus appenſione muniri. Datum & actum *Moguntie* ante locum conſiſtorii ſub anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quinto, indictione tertia decima, die Jovis, quarta menſis Junii pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri dni *Innocentii* divina providentia Pape ſeptimi anno primo preſentibus ibidem honorabili & diſcretis viris domino *Jacobo Buman* Decano eccleſie ſancti *Mauriti* Maguntinenſis predicte *Henrico de Münden* notario &

Joanne Simonis de Münden procuratore cauſarum ſancte Maguntinenſis ſedis teſtibus ad premiſſa vocatis.

Et ego *Nicolaus Bertoldi* de *Friedeberg* clericus Maguntinenſis dioceſis publicus apoſtolica & imperiali auctoritate notarius & cauſarum dicte ſedis ſcriba, quia premiſſis omnibus . . preſens fui, . . preſens publicum inſtrumentum per alium fideliter ſcriptum ſubſcripſi & publicavi & in hanc formam redegi ſignoque & nomine meis una cum appoſitione ſigilli DD. judicum ſignavi.

Ego *Johannes Chriſtophorus* quondam *Arnoldi* de *Wipulzhuſen* Mog. dioc. publicus imp. auctoritate notarius predicteque S. Maguntine ſedis ſcriba juratus quia . . omnibus . . interfui . . ideo hoc preſens publicum inſtrumentum per prefatum D. *Nicolaum* me aliis arduis negotiis occupato in notam receptum & per alium fideliter conſcriptum ſubſcripſi & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis . . una cum appenſione ſigilli S. ſedis predicte, nec non ſignatura & ſubſcriptione ſepetacti Dn. *Nicolai* connotarii mei ſignavi &c.

CXIVIII

Preſentatio ad capellam S. Nicolai.

Venerabili viro domino Prepoſito eccleſie *S. Mauritii* Maguntinenſis ſeu ejus officiali vices ſuas in hac parte gerenti *Hermannus Lupi* Scholaſticus *SS. Petri* & *Alexandri* Aſchaffenburgenſis quidquid reverentie poterit & honoris. Ad beneficium eccleſiaſticum capelle *S. Nicolai* extra muros oppidi *Altaville* vacans ad preſens & morte ſeu libera reſignatione quondam honora-

honorabilis Dni *Joannis* de *Naſſaue* alias dicti de *Etſtein* ultimi capellani ejusdem beneficii, cujus jus patronatus ſeu preſentandi ad ipſum, dum vacat, ad me pertinet, diſcretum *Philippum Trudelonis* de *Etſtein* clericum exhibitorem preſentium vobis pro capellano ejusdem beneficii preſento in Dei nomine in hiis ſcriptis ſupplicans una cum ipſo reverentie veſtre, quatenus eundem *Philippum* de dicto beneficio inveſtire & ad ipſum inſtituere dignemini, prout ad vos & veſtrum ſpectat officium adhibitis ſolemnitatibus debitis & conſuetis. In cujus preſentationis ejusdem teſtimonium ſigillum meum proprium duxi preſentibus appendendum. Datum & actum anno Dni milleſimo quadringenteſimo quarto decimo, XIII die menſis Februarii.

CXVIII

Permutatio capelle S. Nicolai cum vicaria Metropolitana reſcinditur.

Conradus Dei gratia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius honorabili Prepoſito eccleſie *S. Mauritii* Maguntinenſis devoto noſtro dilecto ſalutem in domino ſempiternam, ſane pro parte devoti & fidelis noſtri dilecti *Philippi Trudelonis* de *Itſtein* nobis expoſito, quod quanquam ipſe capellam *ſancti Nicolai* ſitam extra muros *Eltvil* noſtre dioc. & devotus noſter dilectus *Henricus Urhan* vicarius ad altare *S. Dionyſii* ſitum in eccleſia noſtra Maguntinenſi, quas tunc obtinebant noſtra intercedente autoritate ad invicem permutaverint & per certum noſtrum commiſſarium ipſis in hoc ſpecialiter deputatum prenominatus *Philippus* de capella predicta ad vicariam prenominatam

& ſupra dictus *Henricus* de eadem vicaria ad capellam antefatam translati fuerint, tamen predictus *Philippus* ſuper vicaria antedicta ad inſtantiam cujusdam *Wigandi Vitriatoris* coram certis ſacri palatii apoſtolici auditoribus ex commiſſione apoſtolica ad hoc ſpecialiter deputatis in Romana curia in cauſam tractus & per tres ſententias definitivas conformiter latas hujusmodi vicaria ſibi abjudicata & prenominato *Wigando* adjudicata fuit, idemque *Wigandus* in poſſeſſione prefate vicarie juriumque & pertinentiarum ejuſdem in vigore predictarum ſententiarum inductus & admiſſus exiſtit; quo circa prelibatus *Philippus* nobis humiliter ſupplicavit, quatenus ſibi de opportuno remedio perſonaliter providere dignaremur. Nos vero ex premiſſis conſiderantes dictam permutationem fuiſſe & eſſe nullam ac de facto conſummatam & de jure fore reſcindendam, diſcretioni tue preſentium tenore committimus & mandamus, ut vocatis antedicto *Henrico Urhan* & aliis qui vocandi fuerint, te de premiſſis informes & ſi ea vera eſſe repereris, prefatam permutationem auctoritate noſtra reſcindendam fore decernas & reſcindas ac prenominato *Philippo* antedictam capellam cum omnibus & ſingulis ſuis juribus, pertinentiis, & obventionibus aſſignes & reſtituas adhibitis ſolemnitatibus debitis & conſuetis amoto abinde dicto *Henrico Urhan* & quolibet alio illicito detentore, contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam compeſcemus. Teſtes vero qui nominati fuerint ſi ſe gratia, odio amore vel timore ſubtraxerint ſimili cenſura auctoritate noſtra compellas veritati teſtimonium perhibe-

hibere, preſentium ſub noſtri ſigilli appenſione teſtimonio litterarum. Datum *Aſchaffenburgi* duodecima die Novembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſecundo.

CXVIIII

Capella S. Nicolai variis privilegiis honoratur.

Conradus Dei gratia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius ad perpetuam rei memoriam. Aſſumptis nobis divinitus licet immeritis ad archiepiſcopalis dignitatis apicem, ex noſtri injuncti officii incumbit debito, ut ſacras Dei domos, eccleſias videlicet & capellas ac perſonas inibi domino deſervientes noſtre protectionis preſidio muniamus, ipſas ab adverſitatum turbinibus & procellis paterne defenſionis clypeo defendentes, ut perſone hujusmodi a deviorum ſecuri ſcopulis in ſimplicitate mentium creatori omnes jugiter valeant famulari noſtrumque fixum ad hoc figamus obtutum, ut ſacra miniſteria & obſequia noſtro plaſmatori digne exhibenda noſtris in temporibus detrimenta non ſentiant ſed jugiter augeantur. Sane ad univerſorum tam preſentium quam futurorum notitiam harum ſeriem volumus pervenire & ad laudem, gloriam & decorem beatiſſimi preſulis & confeſſoris *Nicolai* cujus meritis & interventu apud Deum vivimus, clementer & fovemur piis & devotis inclinati affectibus, capellam ejusdem beatiſſimi *Nicolai* extra muros *Eltvil* noſtre dioc. ſituatam que a ſue fundationis & dotationis primordiis in villa *inferiore Heimbach* dicte dioc. per quondam *Hermannum* de *Waldeck* armigerum & *Agnetem* de *Eltvil* conſor-

ſortem ſuam felicis recordationis pro ſuarum remedio animarum fundata fuerat celebriter & dotata & ob certas & juſtiſſimas cauſas abinde cum ſuis juribus & obventionibus univerſis ad dictum locum *Eltvil* per referendum quondam patrem dominum *Mathiam* dicte alme Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopum predeceſſorem noſtrum memorie recolende rite translatam & legitime confirmatam cum ipſius capellano ſive rectore pro tempore exiſtente ac univerſis & ſingulis cenſibus, redditibus & emolumentis ac juribus ejusdem in noſtram & dicte ſedis noſtre protectionis tutelam recepimus ſpecialem ipſamque capellam & ejus rectorem ſive capellanum pro tempore ab omni jurisdictione ſubjectione & ditionis poteſtate (quas honorabilis parochialis eccleſie in *Eltvil* rector ſive plebanus in & ad dictam capellam habuit ſeu habere ſe pretenderet quomodolibet in futurum) noſtra & dicte ſedis auctoritate abſolvimus & exemimus, liberamus & eximimus preſentibus gratioſe; inſuper ut ipſius capelle capellanus quicunque, pro tempore exiſtens miſſarum ſolemnia poſt ſolis ortum & die luceſcente ac aliorum divinorum officia debitis & a jure ſtatutis horis & temporibus per ſe celebrare & peragere ſeu per alios celebrari & peragi facere nec non pulſum ſerotinum populi ad devotionem inductivum ad ſalutationem angelicam videlicet *Ave Maria* proferendam ſimiliter ſtatutis horis & terminis poſt ſolis occaſum & nocte obumbrante pulſare & pulſari facere libere & licite valeat atque poſſit de prelibata noſtra & dicte ſedis noſtre gratia liberaliter indulgemus,

gemus. Ceterum de ſingularioribus noſtris gratia & favore, translationis hujusmodi & confirmationis per quondam dicte memorie dominos *Mathiam* prelibatum & *Joannem* nec non quaſcunque alias conceſſionis, donationis & indulti litteras, privilegia, jura & monimenta per olim Archiepiſcopos Maguntinenſes predeceſſores noſtros ac dicte capelle patronos, ſive patronas prelibate capelle & ejus rectori ſive capellano pro tempore exiſtenti ſub quacunque verborum forma datas & conceſſas (quarum & quorum tenores hic habemus & habere volumus pro ſufficienter expreſſis) ratificamus, approbamus, innovamus & preſenti noſtri ſcripti patrocinio confirmamus decernentes & volentes eas & ea in omnibus ſuis punctis, clauſulis & articulis ac ſi de verbo ad verbum preſentibus inſerte & inſerta forent, inviolabilem & perpetuam obtinere roboris firmitatem. In cujus rei evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Aſchaffenburgi* feria quinta poſt feſtum converſionis ſancti *Pauli* anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo tertio.

CXX.

Confirmatio privilegiorum & jurium capelle S. Nicolai.

Ludewicus miſeratione divina Patriarcha *Aquilienſis* SS. generalis ſynodi Baſilienſis univerſalem eccleſiam repreſentantis legatus dilecto nobis in Chriſto Decano eccleſie S. *Petri* extra muros Moguntin. ſalutem in Domino.

Ad ea ex commiſſe nobis legationis officio libenter intendimus .. per que eccleſiaſticorum beneficiorum quorumlibet ſtatus & regimen ... proſpere dirigi valeant. Exhibita ſiquidem nobis nuper

pro parte dilecti nobis in Chriſto *Philippi Trudelonis de Ytſtein* canonici S. Petri extra muros Mogunt. petitio continebat, quod olim ipſe ac quondam *Bruno* prepoſitus S. *Mauritii* Maguntinenſis & *Conradus* rector parochialis in *Haſela* Mog. dioc. eccleſiarum fratres germani provide recenſentes quod poſt eorum obitum legitimos ex ſe deſcendentes, heredes non relinquerent piaque & devota affectione permoti ut capella S. *Nicolai* extra muros oppidi *Eltvil* dicte dioc. que de ipſorum jure patronatus & notabilibus redditibus non modicum per eos adauctis ſuffulta & dotata extiterat, divino cultu ſuisque juribus & introitibus melius & firmius temporis ſucceſſu conſervari & manuteneri valeret, cupientes vita ejus comite de felici ſtatu & ſalutari regimine dicte capelle domino ſuffragante providere, de providentia & circumſpectione dilectorum nobis in Chriſto ſculteti ſcabinorum & conſilii dicti oppidi plene confiſi jus patronatus hujusmodi eisdem libere donaverunt & conceſſerunt, illudque realiter & in perpetuum transtulerunt in eosdem ita videlicet, quod ſcultetus ſcabini & conſilium prefati ſeu in caſu diſcordie ad actum hujusmodi eorum major pars ad dictam capellam, quotiens eam in antea vacare contingeret, perſonam idoneam de ipſo oppido aut certe illi conjunctis & vicinis locis oriundam, actu in ſacerdotio conſtitutam, aut que infra annum a tempore preſentationis de ea facte ad ſacerdotium ſe promovere facere & apud ipſam capellam in ejus domibus perſonalem conſidentiam facere, ſingulis hebdomadis quatuor miſſas pro ipſorum devotione ordinatas in eadem ca-

pella

pella celebrare, capellam predictam, ejus domos & habitationes, libros, clenodia, ornamenta, res, poſſeſſiones & bona in debita ſtructura & in eſſe conſervare, deperdita recuperare & plebano pro tempore exiſtenti parochialis eccleſie dicti oppidi in divinis officiis atque cultu ſicut ceteri illius altariſte alias tamen ſine prejudicio privilegiorum capelle predicte & ejus rectori conceſſorum aſſiſtere, nullum aliud beneficium eccleſiaſticum obtinere vel alibi officiando diſcurrere nonnullaque alia pro divino cultu & ſalutari ſtatu dicte capelle ordinata facere permittat atque juvet, perpetuis futuris temporibus preſentare poſſent & deberent; quodque prefati ſcultetus ſcabini & conſilium non minori devotionis zelo inducti affectantes bonorum operum & laudum divinarum, que in capella ipſa exſolvi contigerint, participes fieri donationem conceſſionem & translationem predictas in ſe liberaliter aſſumentes capellam predictam ac ejus rectorem pro tempore exiſtentem, familiam, poſſeſſiones res & bona acquiſita & acquirenda ſine prejudicio libertatis eccleſiaſtice ſub ſua & ſucceſſorum ſuorum immunitate & protectione ſuſceperunt, eoſque & ea ab omni exactione impoſita & imponenda perpetuo, quantum in eis eſt & eos eorumque ſucceſſores concernet, exemerunt, nec non ut voluntas & ordinatio fratrum predictorum in premiſſis ac capella predicta in divino cultu ſuisque privilegiis poſſeſſionibus bonis & ornamentis, juribus & redditibus feliciter conſervetur pro toto poſſe attendere & in hoc rectori ipſius capelle pro tempore exiſtenti fideliter & legaliter aſſiſtere nonnullaque alia

pro felici conſervatione in premiſſis & circa ea tendentia facere pacti ſunt & ſpoſponderunt & conſequenter plebanus & altariſte eccleſie parochialis oppidi predicti hujusmodi affectionem comitantes rectorem pro tempore exiſtentem capelle predicte in ſuum ſocium ſuſceperunt, eumque communium ſuarum diſtributionum cum illas juxta morem, ut alter ex eis deſerviet, participem & equalem eſſe voluerunt & admiſerunt perpetuo ad eaſdem prout in litteris deſuper confectis & univerſitatis predicte ac de ſtatu ac conceſſu altariſtarum predictorum plebani nec non fratrum predictorum ſigillis munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte dicti *Philippi* nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut premiſſis omnibus & ſingulis tam pie & ſalubriter ordinatis pro eorum ſubſiſtenti a firmiori robur adjicere dignaremur; nos igitur qui de premiſſis certam notitiam non habemus hujusmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tue, de qua in his & aliis ſpecialem in domino fiduciam habemus, per hec ſcripta committimus & mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, de premiſſis omnibus & ſingulis ac eorum circumſtantiis univerſis authoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationes hujusmodi ea vera eſſe repereris idque tibi expediens videatur, donationem, conceſſionem, translationem, voluntates, ordinationes & litteras predictas, omniaque & ſingula in eis contenta & inde ſecuta authoritate prefata imo verius ſacroſancte generalis ſynodi Baſileenſis & univerſalis eccleſie approbes & confirmes ac ſuppleas omnes defectus, ſi qui intervenerint in eisdem, &

nihil-

nihilominus ſi confirmationem hujusmodi per te vigore preſentium fieri contigerit, capella predicta quotienscunque & quandocunque illius rector aliud beneficium eccleſiaſticum quodcunque & qualecunque aſſecutus fuerit vel obtinuerit, ſeu alia predicta vel eorum aliqua ad id juxta tue diſcretionis arbitrium ſufficienda non obſervaverit, ſeu adimpleverit, eo ipſo vacare, dictosque ſcultetum ſcabinos & conſilium ex tunc ad illam aliam perſonam idoneam ut prefertur ac ſub modo & forma premiſſis infra tempus legitimum preſentare poſſe & debere eadem authoritate ſtatuas & decernas, faciens per te vel alium ſeu alios *Philippum*, ſcultetum ſcabinos, & conſilium predictos premiſſorum omnium ac in dictis & preſentibus litteris contentorum pacifica poſſeſſione gaudere eiſque quotiens pro parte ipſorum fueris requiſitus efficacis defenſionis preſidio aſſiſtens non permittas, eos eorum formam, tenorem & effectum litterarum earundem ſeu alias in & ſuper premiſſis ac circa ea, eaque occaſione quomodolibet impeti, vexari, moleſtari ſeu etiam perturbari, contradictores authoritate prefata per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo non obſtantibus conſtitutionibus apoſtolicis & aliis contrariis quibuscunque, aut ſi aliquibus conjunctim & diviſim quavis ſcilicet authoritate indultum, quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum *Moguntie* prima die menſis Aprilis anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono.

Bertholdus de *Sobernheim* Decanus eccleſie *S. Petri* extra muros Mogunt. commiſſarius & executor litterarum preſcriptarum a Rmo Dno *Ludovico* Patriarcha Aquilienſi, ut ſupra conſtitutus, informationibus & teſtibus omnibus auditis, easdem omnino confirmavit. Datum & actum *Moguntie* in curia decanatus an. MCCCCXXXIX. nona junii, preſentibus ibidem honorabilibus viris DD. *Hermanno Duerkauff* plebano in *Offenbach* & *Joanne Dornkein* vicario eccleſie *SS. Marie* & *Georgii* Franckfordenſis & quam plurimis aliis teſtibus.

Extitit etiam in eadem eccleſia altariſta *S. Johannis*, cui varii incolæ in *Ruwendal* vendidere testibus litteris redditus annus quinque florenorum auri in auro. Anno MCCCC LXXXIV feria V. poſt *Mathie.*

§. IX.

Ruwendal.

Plebanus ibidem habet XXV flor. II. libras.
It. primiſſarius ibidem.

Nuwendorff.

Item plebanus ibidem habet XX flor.

CXXI.

Confirmatio erecte capelle S. Antonii in Rauenthal.

Heinricus Dei gratia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius recognoſcimus per preſentes & ad notitiam tam preſentium quam futurorum cupimus pervenire, quod nos ob honorem omnipotentis Dei & augmentationem divini cultus erectionem, inſtitutionem & dotationem capelle ſancti *Anthonii* Confeſſoris in vil-

la

la *Ruwendal* per incolas & universitatem ejusdem ville in *Ruwendal* de novo salubriter factas approbamus, ratificamus & in Dei nomine presentibus confirmamus, jure tamen dicte parochialis seu majoris ecclesie in *Eltvil* nec non cum jure honorabilium virorum Decani & capituli ecclesie sancti Petri Maguntinensis, cui dicte ecclesia parochialis incorporata esse dinoscitur & unita quoad collationem seu presentationem dicte ecclesie competente semper salvo; cujusmodi quoque capelle collationem seu presentationem, quoties vacare contigerit, perpetuis temporibus declaramus presentibus literis residere apud Decanum & capitulum antedictos. In quorum omnium evidentiam & perpetuam roboris firmitatem presentes litteras sigillo nostro fecimus communiri. Datum in curia monasterienſi Erbacensi *da Zinne Birkey* anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo nono.

CXXII.

Noverint universi quos nosse fuerit oportunum, quod susscitata dissentionis materia inter honorabiles viros dominos Decanum & capitulum ecclesie beati *Petri* prope muros Mogunt. ex una & strenuum militem *Nicolaum* de *Scharpinstein* parte ex altera super jure patronatus capelle in *Ruwndal* infra terminos parochie *Eltevil* site eedem partes inter se concordarunt & de voluntate ac consensu *Symonis* plebani in *Eltevil* ordinarunt quod prefatus Nicolaus miles idem jus patronatus capelle in *Ruwndal* memorata quousque advixerit exercebit, personam ydoneam actu sacerdotem ad eandem presentando, post ejus vero mortem

Jus presentandi ad capellam in Rauenthal.

tem contradictione heredum ſuorum vel aliorum quorumcunque non obſtante ad dictos Dnos Decanum & capitulum pertinet & pertinere perpetuo debet, ita ſane, ut infra duos menſes poſtquam ejusdem capelle vacatio innotuerit, actu ſacerdotem preſentabunt ad capellam eandem alioquin ipſis infra dictos duos menſes non preſentantibus actu ſacerdotem, eo ipſo plebanus in *Eltvil* pro tempore exiſtens infra menſem predictos duos menſes immediate ſubſequentem actu ſacerdotem preſentabit ad capellam eandem, plebano vero infra menſem ut premittitur ſibi deputatum actu ſacerdotem non preſentante eo ipſo ad Decanum & capitulum predictos preſentatio ſacerdotis devolvetur. Extitit etiam inter predictas partes taliter conditum, quod quocumque tempore & quotienscunque dictam capellam vacare contigerit plebanus in *Eltvil* ſine mora qualibet ſacerdotem ad eandem procurabit, qui redditus & oblationes medio tempore inibi cedentes ſuis uſibus applicabit & divinum officium in ea prout moris eſt, exercebit, donec actu ſacerdos preſentandus ſupervenerit ut eſt dictum. Promiſerunt quoque dicte partes in invicem prefatam ordinationem ratam & firmam inviolabiliter perpetuis temporibus conſervare. Renunciavit inſuper predictus *Nicolaus* miles pro ſe ſuisque heredibus ultra premiſſa omni juri ſibi in dicta capella & ejus melioratione facta vel facienda competenti ſimpliciter & in totum. In quorum omnium premiſſorum teſtimonium & perpetuam firmitatem ſigilla predicte eccleſie ſancti *Petri* & *Nicolai* militis ſepe dicti preſentibus ſunt appenſa. Actum anno

Dni

Dni MCCCo triceſimo nono, in vigilia beati *Andree* Apoſtoli.

An. MDCCXIV die VIII Aug. collegiata *S. Petri* ceſſit jus patronatus in *Rauenthal* Archiepiſcopo Mog.

CXXIII.

Ich *Dilman* von *Etſtein* pherner zu *Eltvil*, und wire die edellute geſworn und gemeynde gemeynlich zum *Neuendorff* by *Eltvil* gelegen bekennen und tun kunt offinbar mit dieſem brieffe vor uns alle unſere nachkommen und Inwoner zum *Neuendorff* die yczunt ſin und zu zyten ſin werden, als die erſamen herren ſchulmeiſter und capittel zu ſente *Peter* vor *Mencze* uns lieben herrn uns gegonnet und verhenget han als rechte patronen und paſtores der pharkirchen zu *Eltvil*, daz wir die cappelle by uns zum *Nuendorff* die gein *Eltvil* gehoret und ein filia derſelben pharkirchen zu *Eltvil* iſt und einer pharre zu *Eltvil* zugehoret hait, geſondert und von der mutterkirchen mit etlichen underſcheyden geſcheiden han nach lute ſolicher brieffe als wir die vom *Nuendorff* von unſeren herren zu ſente *Peter* und die herrn zu ſente *Peter* widder von uns inhaben, das wir vom *Nuendorff* vor uns und unſer nachkommen uns mit dem vorgenanten pherner zu *Eltvil* und ſinen nachkommen zu ewigen tagen vor alle oppere infuren genant zu latin intronizacien und alle andere ſache und rechte nicht uſſgenommen dan alleyne den dauffe den ſollen wir zu *Eltvil* haben als das bisher kommen iſt nach lute der vorgenanten unſern herrn zu ſente *Peter* brieffe geſatzet und fruntlichen mit gutem wiſſen und vorra-

Capella in Neüdorff erecta in parochialem.

de ubertragen haben, alſo daz wir vom *Nuendorff* alle unſir erben und nachkommen alle jar jerlich und ewiglich in der crutzwochen off mittwochen mit unſern crutzenfanen gein *Eltvil* kommen und unſere bedefart in die mutterkirchen daſelbs tun und dem pherner der yczunt iſt und die dan zu zyten ſin werdent zu einer erkentniſſe der mutterkirchen und fur die vorgeſchriben ſin rechte oppern und hantreichen ein margk geldes mit namen achczehen tornoſſe, desglichen ſollen wir aber alle jar jerlichen und ewiglich in der vorgeſchriben maſſ off ſente *Peters* dag ad vincula zu latin genant mit unſern cruzen und fanen gein *Eltvil* in die vorgeſchriben kirche komen unſer bedefurt tun unde dem pherner aber czwolff tornoſſe off den elter oppern und hantreichen fur ſin rechte und zu eynem erkentniſſe in maſſen vorgeſchriben ſteet; und umb die brieffe zuſchen unſern herrn zu *ſent Peter* und uns vom *Nuendorff* beyderſyt ubergeben dem ſollen und wollen ich *Dilman* pherner zu *Eltvil* und wir die vom *Nuendorff* beyderſyt nachgen die halten und fullenfuren und in gantzer moge und macht bliben laſſen, die auch in gantzer crafft und macht bliben ſollen ane geverde alle argeliſte und geverde genczlich uſſgeſcheiden. By dieſſem ubertrag und ſatzunge ſint geweſt die erſamen hern her *Ludewig* von *Etſtein* ſchulmeiſter, her *Heinrich Erkel* ſenger, her *Dudo* von *Igſtadt*, herr *Johann Gurre*, her *Wigant Stalberg*, meiſter *Peter* von *Lyns*, her *Jorge* von *Igſtadt*, her *Heinrich vom Hane*, her *Philippus* von *Etſtein* und her *Johan* von *Caſſel* canonicken des vorgenanten ſtifftes zu ſente *Peter*.

Des

Des zu orkunde han ich *Dilman* pherner zu *Eltvil* myn eygen Ingeſiegel an dieſen brieff gehangen und darzu gebetten den erbern beſcheyden hern *Joſten* fruhehern in der egenanten myner kirchen daz er ſin Ingeſiegel by daz myn an dieſſen brieff gehangen hat; und wir die edeln geſworn und gemeynde zum *Neuendorff* gemeynlichen han gebetten die veſten *Cunen* von *Scharpenſtein Syffridt Barfuſs* und *Conradt Breder von Hoenſtein* daz ſie ir eygen Ingeſiegel fur ſich und uns alle gemeynlich an dieſſen brieff gehangen han, des wir die vorgenante *Joſt* fruhemeſſer *Cune* von *Scharpenſtein Syffridt Barfuſs* und *Conrad Breder* uns erkennen fur uns ſelbſt und der gemeynde zum *Neuendorff* bette willen getan han. Datum *Maguncie* in domo habitacionis predicti Dni *Ludowici* ſcolaſtici vulgariter dicta zum *Banher* anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo nono die quinta decima menſis Aprilis.

CXXIV.

Qualiter capella in Neudorff fuerit in parochialem erecta?

Wir *Cune von Scharpenſtein Sifrid von Glimendail* den man nennet *Barfuſs*, *Conrad Breder von Hoenſtein* edelknechte wonhafftig zum *Nuwendorff* by *Eltvil* gelegen in Mentzer biſchtum unde wir *Herman Fyncke* ſchultheiſſe *Heile Schuman* unde *Pedir von Schweinheim* burgermeiſter *Cleſe Cunen* ſon, *Dynenhenne*, *Klyngelhenne*, *Ermeln Cleſe*, *Lyſenhenne*, und *Henne Hünerhuſs* die geſworne unde die gantze gemeine daſelbis zum *Nuwendorff* bekennen vor uns unde alle unſere erben, unde nachkommen offentlich mit dyſem brieffe, alſo, als wir unſere aldern und vorfa-

ren, die gewonet han zu zyten zum *Nuwendorff* gehoret han in die pharrekirchen zu *Eltvil* unde ein iglich pherrer daſelbis unſer gewardtet hat mit teuffen, bychte horen, berichten mit den heilgen Sacramenten, brüde unde kintbetterfrauwen inleyden, unde gebeden die erſamen herren ſchulmeiſter unde capittel zu ſant *Peter* uſswendig der muren zu *Mentze* die wyle ſie paſtore ſin zu *Eltvil* unde wir auch in dieſelbe paſtorie unde pharrekirchen zu *Eltvil* gehoren, daz ſie uns gonnen wullen umb reddelicher ſache willen die uns darzu bewegen, daz wir die capelle, die wir unde unſere aldern unde vorfaren gebuwet han, mogen bewedemen unde zu eynem lehen machen unde beſtedigen laſſen mit huſe, zinſen, gulten, unde gutern vor eynen erbern perſonen der prieſter ſy adir binnen eyme jare prieſter werden moge, der unſere gewardte mit bichte horen unde den heilgen ſacramenten, meſſe leſen und ſingen, begraben, brüde unde Kyntbetterfrauwen inleyden unde andern allen ſachen als ein pherrer ſiner pharrelude mogelich wardten ſal, uſsgeſcheyden der tauffe, den ſollen und wollen wir unde unſer nachkommen wardten zu *Eltvil* unde unſere kinde daſelbis laſſen teuffen als daz von alder herkommen iſt, des ſie uns auch gegonnet han nach lude eins beſigelten brieffes den ſie uns darubir geben hain, der von wordte zu wordte hernach geſchreben ſteet, unde alſo ludet: Wir *Wigand* ſchulmeiſter und das capitel gemeinlichen zu ſant *Petir* uſswendig der muren zu *Mentze* bekennen vor uns unde unſere nachkommen unde thun kunt allen die

dyſen

dyſen brieff ſehen adir horen leſen, daz die erbern lude die edeln und die burgermeiſter die geſworn und die gantze gemeyne frauwen und manne wonhafftig zum *Nuwendorff* by *Eltvil* gelegen in Mentzer biſchtum uns vorgelacht han wie daz ſie von alter her gehoret haben in die pfarrekirch en zu *Eltvil* unde habe ein pherrer zu zyten daſelbis zu *Eltvil* ir alwege gewardtet mit teuffen, bichte horen, berichten, begraben, brüde und kindbetter frauwe inleyden unde mit andern allen ſachen, als eynem pherrer dann zugehoret, dem ſie auch gehorſam geweſt ſin mit irem oppher unde anderen ſachen, alſedann pharrelude irem pherrer billich ſin ſollen unde alſodann auch bisher mogelich unde recht geweſen ſy daz ſie ire aldern unde vorfaren ſunderlichen zu den groſſen hochgezyden gemeinlichen gein *Eltvil* in ire rechten pharrekirchen kommen ſin unde ſich da bewyſet haben gein irem rechten pherrer mit irem oppher unde andern ſachen als in unde andern erbern criſtenluden zugehoret unde ſchuldich ſin zu thun; dez habe ſich nu von Gots gnaden daz egenant dorffe ſere gebeſſeret unde gemeret an dem folcke ire wonunge unde narunge unde ſy etwas ferre gelegen von ire rechten pharrekirchen unde ſunderlichen vor dem walde der hohe, darumb ſie allezyt in ſorgen muſſen ſin wann ſie zu zyten zu ſolichen groſſen hochgezyten in ire pharrekirchen zu *Eltvil* ſin ſollen, daz dann des ſtiffts zu *Mentze* adir ire fyende daroff boſe offſetze machen unde die wyle in daz egenant dorff fallen und das vertilgen mochten unde ire narunge nemen unde henweg furen, ſo be-

ſorgen ſie auch daz iz zu zyten geſcheen mochte, daz ein menſche krang und noitdurfftig wurde eins pherrers zu *Eltvil* ſine bychte zu horen adir zu berichten mit den heilgen ſacramenten daz man by nachte gein *Eltvil* ſenden muſte nach dem pherrer, ſo die phorten beſloſſen weren, unde ee man den pherrer daz verkünden unde er von *Eltvil* zum *Nuwendorff* kommen mochte, daz etliche krangken die zyt zu kurtz würde unde mit dem heiligen ſacrament nit mochten bericht werden, ſo ſy es auch zu zyten alſo groſs ungewitter geweſt; des ſie allezyt beſorgen müſſen daz ein pherrer zu *Eltvil* adir ſin capellan mit groſſen noden unde arbeden den krangken menſchen mit dem heilgen ſacrament zu hulffe kommen ſin unde hant uns darumb angeruffen die wyle wir paſtore zu *Eltvil* ſin unde die pharrekirchen zu *Eltvil* zu lyhen han daz wir umb Gots unde der vorgenant ſachen willen in gonnen wüllen daz ſie die capellen die ſie ytzunt von yrem eigen gute han laſſen buwen unde wyhen in ere der heiligen Merteler ſant *Laurencien* unde ſant *Sebaſtian* bewedemen mogen unde ein gotslehen vor eynen perſonen der prieſter ſy adir bynnen jares friſt prieſter werden moge, daroff machen unde beſtedigen laſſen, dem wüllen ſie beſtellen ſine reddeliche wonunge unde alſo vil guder gewiſſer und ewiger zinſe, gulte unde gutere die fry unde nit bedehafftig ſin, davon er unde wer zu zyten mit der egenanten capellen belehent wirdet, ledeclich unde eweclich ſine zytliche narunge gehaben moge ubir alle bürden unde offſatzunge unſers heilgen vaters zu zyten ein Babiſt, eins Romiſchen

Key-

Keyſers oder Koniges eins Ertzbiſchoffs zu *Mentze* adir eins Probiſts zu ſant *Mauricien* zu *Mentze*, der by in ſtedeclich unde nirgent anders wanende ſy unde in gewardte mit bichtehoren, berichten mit den heiligen ſacramenten, meſſe leſen und ſingen brüde und frauwen inleiden zu iglichen zyten wann des noit iſt, die todtengrafft by in und in derſelben capellen unde kirchoffe haben unde ſich daſelbs mogen laſſen begraben von eynem prieſter darzu erwelet unde in allen ſachen gewardte als im zugehorig iſt unde ein pherrer ſinen pharreluden thun ſal, uſsgeſcheiden alleyne mit der tauffe, der ſollen unde wollen ſie wardten in der pharrekirchen zu *Eltvil* unde ire kindere daſelbis laſſen teuffen als daz von alter herkommen iſt unde daz die edeln unde die burgermeiſter unde geſworne zum *Nuwendorff* die zu zyten da wonhafftig ſin off dieſelbe capelle alſe balde ſie zu eyme lehen bewedemt unde beſtediget iſt unde furter zu ewigen gezyten eynen erbern perſonen der prieſter ſy adir bynnen eyme jare prieſter werden moge eynem Probiſte zu ſant *Mauricien* daroff preſenteren mogen, ſo wollen ſie unde ire nachkommen zu eyme erkenntniſſe eins rechten gehorſam unde ir alden pharrekirchen alle jare eins in der crutzewochen mit iren crutzen gein *Eltvil* in dieſelben pharrekirchen kommen und ire oppher mit namen eine marcke geldis die man rechent an achzehen tarnoſſe ir werunge darbrengen unde off den fronelter opphern adir eynem iglichen pherrer zu *Eltvil* adir ſinem capellan zu *Eltvil* in ſin huſs brengen, unde wullen auch eyme iglichen prieſter der

off

off die egenante capellen belehent wirdet, gewardten unde gehorſam ſin mit bichten irem oppher unde andern ſachen als erber criſtenlude irem pherrer ſchuldig ſin unde mogelich thun ſollen, doch alſo daz derſelbe prieſter alſebalde er von eyme probiſt zu ſant *Mauricien* inveſtigert unde ingeſaczt iſt uns unde unſern nachkommen vor gehorſam gethan gelobet und geſworn habe als der pherrer ytzunt zu *Eltvil* unde ſyne vorfarn bisher gethan haben, ſie und ire nachkommen wullen auch zu ewegen gezyten ire kirchen, kore unde thorne in allen ſachen wes darzu noit iſt, buwen unde machen unde in gudem buwe und beſſerunge halden alſe dicke des noit iſt unde auch alle meſſegewande, kilche, buchere, glocken, monſtrancien unde andere alle ornamenta was ſie der bedurffen ainde wie die genant ſin ytzunt unde furter zu ewegen gezyten beſtellen off iren koſten unde auch das heilge ſacramente beluchten unde auch getrulichen helffen unde raden eynem iglichen capellan der egenant capellen, daz er ſin zytliche narunge gehaben moge unde ime ſine zinſe gulte und guter die ſie ytzunt darzu gemacht unde geben han adir die in zukunfftigen zyten darzu gemacht unde geben werden yme nit abgebrochen ader vorbehalden werden an alle unſer unde unſere nachkommen zu thun adir zugifft unde enſollen noch enwollen nymmermee zu ewigen gezyten an uns adir unſere nachkommen darzu einche ſture adir hulffe gefurdern mit gerichte adir an gerichte, geiſtlich adir werntlich wie man daz erdencken mogte, unde uns unde unſſern nachkommen an unſſerme zehenden den wir daſelbis zum

Nu-

Nuwendorff jerlichen han adir ander gulte die wir ytzunt daſelbis in dorffe unde marcke han adir hernach gewynnen mochten nichts abebrechen adir eincherley ſache ſie ire nachkommen adir ein capellan vornemen dadurch wir adir unſſere nachkommen an unſſern zehenden adir gulten gehindert mochten werden, iz weren wingarten ekere adir wieſen adir anders die ytzunt in buwe ſtunden unde uns zehenten adir die in kunfftigen zyten gebuwet mochten werden an alle geverde, auch wer iz ſache, da Got vor ſy, daz die egenante capelle, kore adir thorne adir waz darzu gehorte adir der wedemhoff eins capellans verbrennten von eigen fure ſlogfure adir anderm fure wie ſich das machen wurde, ader ſuſt buwefellig adir vergenglichen wurden, des ſollen wir nit ſchuldig ſin widder zu buwen, adir darzu einche hulffe adir ſtüre thun unde en ſollen noch en wollen ſie ein capellan adir ire nachkommen darum eincherley forderunge adir anſprache nymmer aus uns gehaben adir thun mit gerichte adir an gerichte, geiſtlich adir werntlich, unde uns unde unſſern nachkommen an unſſern zehenden und zinſen darumb nichts vorbehalden an alle geverde, alle und igliche vorgeſchreben ſtucke puncte unde artickele wie die hievor von den egenanten edlen ſchultheiſſe, burgermeiſteren, geſworn unde der gantzen gemeyne zum *Nuwendorff* geſchreben ſteen han ſie vor ſich unde alle ire nachkommen geredt ſtede und feſte zu halden unde nymmermee darwidder zu thun noch ſchaffen gethan werden heimelich adir offentlich wie man daz erdencken mochte an alle geverde; uff ſoliche vorgeſchrebin der

edeln, des ſchultheiſſen, burgermeiſtern geſworn unde der gemeynen zum *Nuwendorff* bede und begerunge han wir mit wolbedachtem mude unde gudem vorrade unſſer frunde uns daroff beraden unde gemercket daz dieſelben zum *Nuwendorff* ſoliche capelle gebuwet haben unde die von dem irem mit zinſen gülten und gütern bewedemen unde beſtedigen wullen laſſen, darumb uns auch mogelich duncket ſin, daz ſie in vorgeſchrebener maſſe daroff prefenteren mogen und daz ire vorgeſchreben bede unde vornemen gotlich unde reddelich ſin unde Gothdinſt damydde gemeret und die erbern lude arme unde riche jung unde alt an libe unde guteren unde ſelen deſtebaff verwaret unde gebeſſeret mogen werden unde herumb unde zu lobe dem almechtigen Gode und allem hymmelſchem here unde auch umb ſunderlicher gonſt unde fruntſchafft willen, die wir biſsher zu in gehabt unde noch han, ſo han wir vor uns unde unſſere nachkommen unſſere gantze willen laube und verhengniſſe darzu geben unde geben in die geinwurteclich mit crafft dyſſes brieffs in allermaſſen die egenante ſachen, puncte und artickele zu halden, thun und ſollen brengen als hievor geſchreben ſteet an alle geverde, des zu orkunde han wir unſſers capittels groſſe ingeſiegel an dyſſen brieff gehangen, datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo nono in vigilia beati *Mathie* apoſtoli. Unde wir *Cune* von *Scharpenſtein*, *Syfrid von Glymendail*, *Conrad Breder* edelknechte, *Herman Fyncke* ſchultheiſſe, die burgermeiſtere die geſworn unde die gantze gemeyne zum *Nuwendorff* obgenant geredden und globen in guden

truwen

truwen vor uns alle unſſere erben unde nachkommen alle unde igliche vorgeſchreben puncte ſtucke unde artickele wie die hievor nach lude der egenanten herren zu ſant *Petir* brieff vorgenant von uns inne heldet unde von wordte zu wordte hie inne geſchreben ſteht, das wir unſſere erben unde nachkommen daz zu ewigen zyten ſtede unde feſte halden wullen unde darwidder nymmer gethun noch ſchaffen gethan werden, geiſtlich adir werntlich, heymelich adir offentlich in einche wyſſe wie man daz erdencken mochte an alle argeliſt unde geverde, unde des zu orkunde han wir *Cune* von *Scharppinſtein*, *Sifrid* von *Glymendail* unde *Conrad Breder* obgenant unſſere eigen ingeſigel vor uns unſſere erben unde nachkommen an dyſen brieff gehangen, unde wand wir der ſchultheiſſe, die burgermeiſtere, die geſcworn unde die gantze gemeynde zum *Nuwendorff* auch vorgenant eigen ingeſigels nit han, ſo han wir gebeden die egenante juncher *Cunen*, juncher *Sifrit* unde juncher *Conrad*, daz ſie ire ingeſiegel auch vor uns unde darzu den feſten juncher *Adam* von *Aldendorff* daz er ſin eigen ingeſigel auch vor uns an dyſen brieff han gehangen uns aller vorgeſchreben ſachen zu beſagen, deſ wir *Cune* von *Scharppinſtein Sifrid* von *Glymendail Conrad Breder* unde *Adam von Aldendorff* uns alſo erkennen. Datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo nono ipſa die beati *Mathie.*

CXXV.

Uriel Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archi- Conſenſus Archiepiscopi ſuper

dicta erectione.

cancellarius Princeps Elector ad perpetuam rei memoriam. Ad ea non parum noster inclinatur animus per que incommoditatibus ac negligentiis Christi fidelium consultum ire prospicimus, eisdemque nostros uti pastoralis nobis crediti baculi cura postulat libenter impartimur favores. Sane pro parte incolarum ville nostre *Newedorff* nostre diocesis nobis expositum extitit quod cum predicta villa a matrice sive parochiali eorum ecclesia in *Eltvil* longe distet & ideo hiemali aut alia tempestate ingruente ac etiam bellorum tempore satis grave, incommodum ac periculosum sit infantulos jam pridem enixos pro recipiendo sacramento baptismatis ad dictam parrochialem ecclesiam in *Eltvil* deferre, nonnunquam etiam acciderit puerulos sic delatos inter viandum defeciſſe ac ob id sacrum lavacrum non fuisse adeptos, unde nobis fecerunt humiliter supplicari ut predictis periculis ac incommodis paterne consulentes baptisterium in capella ville *Newendorff* que filialis supradicte parrochialis ecclesie in *Eltvil* asseritur, erigi & in eo fontem baptismatis consecrari ac baptisantis ipsis ex predicta villa *Newendorff* sacramentum baptismatis in prefata capella impartiri gratiose admittere, concedere & indulgere auctoritate nostra ordinaria dignaremur; nos igitur piis&rationalibus supplicum votis per que incommoditatibus eorum ac animarum periculis consuliter annuere eisque nostros accedere favores volentes, ideo ut in predicta capella ville *Newendorff* baptisterium erigi in eoque sacrum lavacrum baptismatis per capellanum dicte capelle aut quemcunque alium presbyterum ydoneum notum, communionem sancte

apostо

apoſtolici ſedis obtinentem rite confici & conſecrari ac exinde baptiſandis utriuſque ſexus hominibus in prementionata villa *Newendorff* ſacramentum baptismatis adminiſtrari poſſit & valeat de expreſſo conſenſu honorabilium devotorum decani & capituli eccleſie ſancti *Petri* extra muros civitatis noſtre Moguntine tanquam paſtorum predicte paſtoralis eccleſie in *Eltevil* nobis deſuper exhibito & preſentibus transfixo auctoritate noſtra ordinaria tenore preſentium concedimus & indulgemus; nolumus tamen per hanc noſtram conceſſionem & indultum predictis paſtoribus aut eccleſie matrici in *Eltvil* aliquod generari prejudicium ſed quod tam jura quam conſuetudines ab hominibus predicte ville *Newendorff* rectori vel eccleſie prefatis impendi ſolite & conſuete nec non pactata inter dictas partes juxta tenorem litterarum preſentibus transfixarum inconcuſſe & illeſe permaneant roburque ac firmitatem obtineant. Date apud arcem ſancti *Martini* in civitate noſtra Moguntina ſub ſigillo noſtro die decima menſis Aprilis anno Domini milleſimo quingenteſimo undecimo.

§. X.

Steynheim. ſ. *Oberwalloff.*

Item plebanus ibidem habet XXX *flor.*

An. MDXVIII die VIII menſis Februarii Albertus Arch. Mog. in commiſſis dedit *Caſpari Weſthuſen* negotium permutationis beneficiorum *Nicolai Gob* plebani eccleſie parochialis in *Walloff* ſuperiori ſeu *Steinheym* & *Jacobi Loer* altariſte S. *Crucis* in eccleſia S. *Gargolffi* Mog.

Waldoff. Walloff. Waltaffo.

Plebanus ibidem habet XIX flor.

CXXVI.

Villa Waldaff cum annexis venditur.

Nos *Joannes Abbas* ſci *Cornelii* univerſis preſentium inſpecturis cupimus eſſe notum, quod pro neceſſitate eccleſie noſtre pari & unanimi conſenſu conventus noſtri *Henrico* dicto *Francken* de *Wiſebaden* militi & ſuis legitimis ſucceſſoribus & heredibus villam noſtram dictam *Walldaffen* cum omnibus ſuis attinentiis, que ibidem hucuſque libere poſſedimus & quiete, cum omni jure, quo ad nos ſpectabant omnia bona, cum cenſibus vineis, agris, cultis, incultis & adhuc excolendis pro quadam certa ſumma pecunie, quam nos recepiſſe profitemur, vendidimus perpetuo poſſidendam, renuntiando in hiis omni juris & legum auxilio canonico & civili, conſuetudini & ſtatuto ac omni exceptioni juris & facti, que poſſet accipi contra predictum militem & contra hoc noſtrum publicum inſtrumentum & ne ex parte noſtra vel aliquis ſucceſſorum noſtrorum in ipſis bonis vel ab aliquo nomine eccleſie noſtre impoſterum impetatur, preſens ſcriptum noſtro & conventus noſtri ſigillis in evidens teſtimonium omnium predictorum duximus muniendum. Actum anno Domini MCCLXIII in cratino ſci *Jacobi.*

Kemell.

Item paſtor ibidem habet XI *flor. Item plebanus habet* XV *flor. &* IIII ß. *Item capellanus in* Hoenſtein, XX *flor.*

Ber-

Berſtaidt.

Item Paſtor ibidem habet XL *flor. Item Plebanus habet* IX *libras hlls* II ß. *Item altare beate* Marie *virginis habet* IIII *libras &* XI ß.

Schwalbach.

Item plebanus habet XX *flor.*

Huſen.

It. plebanus habet XX *flor.*

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA
COMMENTATIONIBUS DIPLOMATICIS
ILLUSTRATA

COMMENTATIO
SEPTIMA

DE
ARCHIDIACONATU
ECCLESIAE COLLEGIATAE
AD *S.* BARTHOLOMÆUM
FRANCOFURTI
È
DOCUMENTIS ORIGINALIBUS ET AUTHENTICIS
ERUTA

A
STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN.

MANNHEMII,
TYPIS ACADEMICIS
MDCCLXXI.

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA

COMMENTATIO
SEPTIMA.

DE

ARCHIDIACONATU
ECCLESIAE COLLEGIATAE AD S. BARTHOLOMÆUM FRANCOFURTI.

Digitized by Google

§. I.

Amplas Wedrevorum Haſſiorumque terras (a) antequam perluſtremus, in civitate imperiali Francofurt (b) multis nominibus celebri (c) paulo ſubſiſtendum rati ſumus ; extat inibi capella regia Salvatori noſtro ſacra (d), beneficiis (e), privilegiis (f), honorum prærogativis (g), ſaluberrimis ſtatutis (h), & redditibus (i) à ſummis Pontificibus (k), Imperatoribus (l), Archiepiſcopis Mog. (m), aliisque benefactoribus (n) aucta, cujus Præpoſitus (o) præter alia jura valde inſignia (p) jurisdictionem archidiaconalem in & extra oppidum (q) vel per ſe vel officialem ſuum (r) à ſæculis exercuit.

(a) Wetteraviam, Haſſiamque ſuperiorem cum inferiore Deo dante illuſtrabimus commentationum noſtrarum *Tomo III.*

(b) In diplomatibus audit : *Franconofurt, Francofort , Francunofurt , Franchonofurt , Francanovort, Franconefurd, Franchenfurt, Franckenvort &c.* & apud *Güntherum poetam in ſuo Ligurino Lib. I*

Francouefurt nobis liceat ſermone latino *Francorum* dixiſſe *vadum*. Hodie: *Franckfurt an dem Mayn*, antiquitùs, *Franckenfurt uff dem Mowen*.

(c) Locus celebris appellatur in libello Epiſcoporum Italiæ contra *Elipandum* concilii Francofordienſis decreto ad provincias Hiſpaniæ miſſo. Ibi: *Incipit libellus ſacro - ſyllabus, catholico ſalubriter editus ſtilò, in concilio Divino nutu habito in ſuburbanis Moguntiae Metropolitanae civitatis regione Germaniae* IN LOCO CELEBRI, *qui dicitur* FRANCONOFVRD, *ſub praeſentia clementiſſime Principis Domini Caroli glorioſique Regis anno feliciſſimo regni ejus XXVI.* Scil. anno Chriſti DCCXCIV. Locum hunc celebrem à regali palatio & peractis inibi negotiis eccleſiæ & imperii jure meritiſſimo dixerimus. In citato mox libello ſacrum Francofurdienſe palatium occurrit: *Quadam die reſidentibus cunctis in* AULA SACRI PALATII, *adſiſtentibus in modum coronae presbyteris, diaconibus, cunctoque clero &c.* Subjungimus pro aſſerti noſtri confirmatione argumenta diplomatum in regali hoc palatio datorum.

Eodem anno DCCXCIV *Caroli M.* præceptum, quo *Aniani* Abbatis rogatu monaſteria S. Joannis & *S. Laurentii* in ſuam tuitionem ſuſcipit & villam *Cannas* eidem attribuit. Dat. XIII Kal. Aug. an. XXVI & XX regni noſtri. Actum *Franconofurd* palatio. *Mabill. de re diplom. Lib. VI, p.* 503.

Eod. anno: *Caroli M.* diploma, quo monaſterio *S. Emerami* quædam prata confert in agro Ratisbonenſi. Dat. VIII Kal. Mart. an. XXVI regni noſtri. Act. *Francofurt. Pez theſ. anecd. T. I. P. III. pag.* 1.

Eod.

Eod. an. Diploma *Caroli M.* confirmantis epiſcopo Cenetenſi omnia ejus bona & privilegia. Datum pridie kal. Apr. anno XXVI & XX regni. Actum in *Francofurt. Ughell. Ital. ſacr.* T. V, p. 174.

Eod. an. *Caroli M.* Regis diploma quo abbatiæ S. *Emmerami* Ratisbon. CCLXVI jugera terræ cum prato uno juxta Ratisbonam donat ac confert. Dat. VIII kal. Maji. an. XXVI regni noſtri. Actum *Francofort. Lünig ſpicil. eccleſ. cont. III, fortſ.* p. 99.

Eod. an. *Karoli M.* præceptum pro Aniano Abbate monaſterii Caunenſis. Dat. XIII kal. Auguſti, an. XXVI & XX, regni noſtri. Act. *Francofurti. Baluz. capit. reg. Fr.* T. II. p. 1399.

An. DCCCII. privilegium a *Carolo M.* Concordienſi Epiſcopo conceſſum anno XXXIV Franciæ regni, & Dom. Incarnat. 802. Dat. prid. non. April. Actum *Francofurti* anno XXIX regni. *Ughell. Ital. ſacr.* T. V. p. 326.

Ad an. DCCCXXII. Annales Laurishamenſes & *Hugo Flaviniacenſis* in *chronico novi* meminêre palatii Francofordienſis.

Eod. an. *Ludovici* Pii Imp. confirmatio immunitatis eccleſiæ Wirceburgenſis dat. XIIII kal. Jan. anno IX Imperii *Hludovici* Auguſti. Indict. I. Act. *Francunofurt*, palat. Regio. *Eccard Rer. Fr. Or.* T. II. p. 881.

Eod. an. *Ludovici* Imp. confirmatio eccleſiarum & capellarum regiarum a *Carolomanno* Principe & *Pipino* rege eccleſiæ Wirceburgenſi donatarum. Dat. XIIII kal. Januar. an. VIIII imperii *Hludovici* Auguſti. Ind. I. Actum *Franchonofurt.* palatio. *Eccard. Rer. Fr. Or.* T. II. p. 882.

Anno

Anno DCCCXXIII. Privilegium *Ludovici* Pii pro manaſterio Gregoriano. Dat. prid. idus Junii anno X imperii *Hludovici* Aug. Ind. I. Actum *Franconovurti* palat. regio. *Mabill. annal. Bened.* T. II. p. 724.

Eod. an. Charta *Ludovici* Pii pro *Maſoñis* monaſterio data XI kal. Jul. anno Chriſto propitio X imperii *Ludovici* Aug. Ind. I. Actum *Francofurt* palatio. *Laguille hiſt. d'Alſ. preuv.* p. 15.

Eod. an. Charta *Ludovici* Pii, qua monaſterio Laureshamenſi eccleſiam in *Siggenheim* confirmat. *Cod. Lauresham. diplom.* T. I. p. 50.

An. DCCCXXXIV. *Ludovici* Germ. Regis diploma quo Fuldenſe monaſterium cum rebus & locis ad idem ſpectantibus ſub protectione ſua recipit aliaque ejusdem privilegia confirmat. Dat. non. Febr. anno I regni *Hludovici* Regis in Orientali Francia. Indict. XII. Actum *Francofurt* palatio regio. *Schannat hiſtor. Fuld. prob.* 114.

An. eod. Largitio *Ludovici* Regis ſecundi de *Langenen.* Actum *Franconofurt* palatio regio. Dat. VII idus Januarii anno Chriſto propitio primo regni Domini *Ludovici* Regis in Orientali Francia, indictione XII. *Codex Lauresh. diplom.* T. I. p. 55.

An. DCCCXXXIX. *Ludovici* regis diploma quo eccleſiam S. *Martini* Trajecti veteris ſub ſuam defenſionem recipit, & ab omni ſeculari poteſtate immunem declarat. Dat. XV kal. Junii, an. XXI Regis *Ludovici* in Orientali Francia regnantis. Indict. II. Act. *Franconefurd* palatio regio. *Heda de Epiſc. Ultraject.* p. 55.

Anno

Anno DCCCXL. *Ludovici* Regis diploma, quo Abbati & conventui *Wizenburgenſi* thermas Badenſes de novo confert. Dat. X. Kal. Junii, anno regni *Hludovici* regis XXIII. Act. *Franconovurt* pal. regio. *Schannat Vindem. coll.* II. p. 6.

Eod. an. *Ludovici* Pii imp. donatio bonorum in villa *Immineſtadt* eccleſiæ Wirceburgenſi facta. Dat. VI. Id. Junii, an. XXVII imperii *Ludovici* Imp. Ind. III. act. *Franconofurd* in palatio regio. *Eccard Rer. Fr. Or.* T. II. p. 886.

An. DCCCXLI. Charta *Ludovici* Regis Germ. pro eccleſia Argentinenſi. Dat. III kal. April. an. regni XXIII *Hludovici* Regis in Orientali Francia, Ind. IV. Actum *Franchenfurt* palat. regio. *Laguille hiſt. d'Alſ. preuves* p. 21.

An. DCCCXLIV. *Ludovici* Germ. Reg. diploma protectionis regiæ pro eccleſia epiſcop. Verdenſi. Dat. IV. non. Mart. an. XXXII (fort XXVII.) regni *Hludovici* in Orient. Franciæ regno. Ind. VII. Actum *Franconofurt* in palat. regio. *Lünig ſpic. eccl. cont. III, fortſ.* p. 103.

Eod. an. Diploma *Ludovici* Germ. Reg. quo medietatem fiſci, qui vocatur Tullina, in regione Pannonia confert ad menſam monachorum ſanct-Emmeramenſium. Dat. kal. Maji, an. XXVII. regni *Ludovici* Regis in Orient. Franc. Ind. VII. Actum *Franchenfurt* pallacio regio. *Pez. theſ. anecd.* T. I. part. III. p. 23.

An. DCCCXLVI. Diploma *Ludovici* Germ. Reg. quo filio ſuo *Carolo Craſſo* quædam bona largitur, ut inde uxori ſuæ dotem conſtituat. Dat. kal. Aug. an.

XXX regni *Ludovici* Regis in Orient. Franc. Ind. IX. Actum *Franconofurt* palat. regio. *Lünig ſpic. eccleſ. cont. III, fortſ.* pag. 116.

An. DCCCXLVIII. Charta *Ludovici* Regis de legitima commutatione prædiorum monaſterii Lauresham. Dat. III idus Jan. anno Chriſto propitio XV regni Domini *Ludovici* ... in Orientali Francia, Indict. X. Actum *Franconofurt* palatio regio. *Codex Lauresham. diplom.* T. I. p. 61.

An. DCCCLIII. Sententia *Ludovici* Germ. Reg. pro immunitate & juribus abbatiæ Corbejenſis & Hervordienſis. Dat. XI kal. Jun. an. X, regni *Hludovici* Regis in Orientali Francia, Ind. I. act. in palatio *Francoford. Lünig ſpic. eccleſ. III, Theil.* p. 66.

An. DCCCLIV. Diploma *Ludovici* Regis, quo donationes Corbejenſibus & Herivordenſibus factas confirmat. Dat. XI. kalend. Junii anno regni X in Orient. Francia, Ind. I, Actum in palatio Regio *Franconovort. Schaten. annal. Paderb.* P. 1. pag. 141.

An. DCCCLVIII. *Ludovici* II Regis diploma, per quod eccleſiæ Wormatienſi concedit monetam, modium Regis aliaque jura. Dat. XIII kal. Febr. an. XXIV regni *Hludovici* Regis in Orient. Franc. Ind. IV. actum *Franconofurt* palat. regio. *Schannat hiſt. Wormat.* T. II. p. 6.

Eod. an. *Ludovici* Reg. præceptum, quo ortam inter Samuelem Ep. Wormat. & regios exactores contentionem dirimit. Dat. XIII kal. Febr. anno XXIV regni *Ludovici* in Orientali Francia, Ind. IV. Actum *Franconofurt* palatio regio. *Schannat hiſtor. Wormat.* T. II. p. 7.

Eod.

Eod. an. Præceptum *Ludowici* de navi Wormatiæ. Dat. XV kalend. Apr. anno, Chriſto propitio, XXVI regni Domini *Ludowici* glorioſiſſimi Regis in Orientali Francia, Ind. VI. Actum *Francono-vort* palatio regio. *Codex Laureshamenſis diplom.* T. I. p. 66.

Eod. an. Diploma, quo *Ludovicus* Rex petente *Badurado* privilegia eccleſiæ Paderborn. confirmat. Datum XI kalend. Jun. anno regni XIX, ind. VI. Act. *Francono-vort* pal. reg. *Schaten annal. Bad.* p. 148.

Eod. an. *Ludovici* Regis præceptum per quod immunitatem in rebus ac locis *Wimpinam* oppidum reſpicientibus eccleſiæ Wormatienſi confirmat. act. *Franconofurt* palatio regio. *Schannat hiſtor. Wormat.* T. II. p. 8.

An. DCCCLXII. *Ludovici* Germ. Regis diploma fundationis ac confirmationis monaſterii *Ramſelvae.* Dat. VI idus Junii, an. D. 862. Ind. VI *Ludovici* Regis. Actum in *Francofurdt* palat. regio. *Vorburg hiſtor.* T. XII. p. 207.

An. DCCCLXIV. Largitio *Ludovici* in *Kamben* & de piſcatione & portu monaſterio Lauresham. facta. Dat. VII kalendas Maji, anno XXXIII regni D. *Ludowici* ſereniſſimi Regis in Orientali Francia regnantis. Ind. XII. Actum *Franconofurt* palatio regio. *Codex Lauresh. dipl.* T. I. p. 72.

An. DCCCLXV. Diploma, quo certa prædia à Ludovico Rege donantur collegio Herivordenſi. Dat. idus Junias an. XXVI regni in Orientali Francia. Ind. XIII. Act. *Franckenvort* palat. reg. *Schaten Annal. Paderborn. P.* 1. pag. 157.

Anno DCCCLXVI. Diploma *Ludovici* Regis Franciæ Orient. quo nova in Herivordenſes beneficia confert. Dat. VII. kal. Maji, an. XXVII regni, Ind. XIV. Actum *Franconovort* palat. reg. *Schaten Annal. Paterb.* P. 1. pag. 160.

An. DCCCLXVIII. Præceptum *Ludovici* Regis de eccleſia, quæ eſt in *Neccrauvia*, quam conceſſit ad *Prumiam* cum omnibus pertinentiis. Dat VII idus Mart. an. XXXVI regni *Hludovici*, in Orient. Franc. regnante, Ind. VI. actum *Francofurt. Martene Vet. mon.* T. I. pag. 187.

An. DCCCLXIX. *Ludovici* Regis diploma, per quod eccleſiæ colleg. Neuhauſenſi quædam bona largitur. Dat. VIII idus Jul. an. XXXV regni *Hludovici* in orient. Franc. Ind. XV. Actum *Franconofurt. Schannat. hiſtor. Worm.* T. 2. p. 9.

An. DCCCLXXI. Præceptum *Ludovici* Regis de piſcatione monaſterio Prumienſi conceſſa. Dat. XV kal. Martii, an. XXXIX regni *Hludovici* Regis, in Orient. Franc. regnante, ind. IV. actum *Franconofurt* palat. regio. *Martene Vet. mon.* T. I. p. 193.

An. DCCCLXXVI. Diploma quo *Ludovicus* Germaniæ s. Franciæ Orientalis Rex benefacit eccleſiæ Ultrajectenſi petente *Hungero* Epiſcopo. Dat. an. 876, XV kal. Jun. regni noſtri an. XXIX, ind. II. Actum *Franconefurd. Miraeus Opp. Dipl.* T. 1. p. 501.

An. DCCCLXXVII. *Hludovici* Jun. Reg. Franc. privilegium, quo monaſterium Gandersheimenſe in tutelam & patrocinium ſuum recipit. Datum VII, kal. Febr. ind. X. an. I *Hludovici* Regis. act. *Franconofurt. Leuckfeld ant. Gandersh.* p. 93. &c.

Anno

Anno DCCCLXXXII. *Ludovici* Regis diploma, quo prædium *Aberinesburg* in pago *Lobodengowe* donat monaſterio Laurishamenſi. Dat. XV kal. Febr. ind. X, anno VI *Hludovici* Regis. Actum *Franconofurt* palat. reg. *Codex Lauresh. diplom.* T. I. pag. 80.

An. DCCCLXXXIII. Diploma *Caroli Craſſi* Imp. quo ad preces *Gisleberti* Comitis *Theodoni* fideli ſuo manſum unum in villa *Alnelthi* concedit. Dat. VIII, id. Sept. anno *Caroli* Imp. IX, imperii autem IV. Actum *Franconefford* palatio regio. *Martene Vet. mon.* T. 2. p. 32.

An. DCCCLXXXV. Diploma *Caroli* Imp. quo clericis Paderborn. concedit liberam facultatem eligendi Epiſcopum. Dat. VI id. Sept. ind. III, anno regni Karoli VIIII, imperii V. Actum *Franckenefurt. Schaten. annal. Paderb.* P. 1. pag. 193.

An. Dominicæ incarnationis DCCCLXXXVI *Ludovicus* Rex apud *Frankonefurt* palatium diem clauſit extremum V kalendas Septembris. *Chron. Reginonis* lib. 2. *ad h. a.*

ibid. Porro *Ludovicus*, qui ad patris obitum fuerat, funerisque ejus obſequia condigno honore celebraverat, apud *Franckfurt*, *principalem ſedem Orientalis regni*, reſidebat.

An. DCCCLXXXVIII. Diploma *Arnulphi* Reg. quo Corbejenſibus dat facultatem commutandi quædam bona. Dat. III idus junii, ind. VI, anno regni *Arnulphi* Reg. I. Actum *Franckenofurt* palat. reg. *Schaten. ann. Paterb.* P. 1. pag. 213.

An. DCCCLXXXIX. Diploma, quo *Arnulphus* Rex Trajectenſem S. *Servatii* abbatiam eccleſiæ Trevirenſi

virenſi donat. Dat. kal, Julii ind. VII an. II regni *Arnolfi* Regis Act. *Franckenfurt* palat. regali. *Miraeus Opp. Dipl.* T. 1. pag. 250.

An. DCCCLXXXXII. *Arnolphi* Reg. confirmatio privilegiorum monaſterii Herivordenſis. Dat. III non. Nov. ind. XI anno regni *Arnolfi* Regis V. Act. *Franconofurd. Schaten. annal. Paderb.* P. 1. pag. 226.

An. DCCCXCVI. Diploma *Arnolfi* Imp. quo eccleſiæ Wormatienſi ſervos quosdam fiſcales in *Oppenheim*, *Horcheim* & *Wingenheim* donat. Dat. VII id. Aug. ind. XV, an. X. regni *Arnolfi* Regis, mperii II. Act. *Frf.* curte reg. *Lünig ſpic. eccl. cont.* III. p. 1289.

An. DCCCXCVII. *Arnolfi* Imp. Diploma per quod Fiſcalinos ſervos cum eorum familia a jure ſuo in jus eccleſiæ Wormatienſis transfert. Dat. VII. id. Aug. ind. XV anno X regni *Arnolfi* Reg. imperii II. Actum *Franconovurt* curte regia. *Schannat hiſt. Worm.* T. 2. pag. 13.

An. CM. Donatio *Ludowici* quarti in *Sunthoven* & *Scarra*. Dat. IIII kal. Maji... Ind. III, anno primo regni Domini *Hludouuici* regis. Actum *Franconofurt* curte regia. *Codex Laureshamenſ. diplom.* T. I. p. 102.

Superſunt longa ſerie diplomata poſteriorum ſeculorum in palatio regali *Francofurti* data; iis autem recenſendis, ne limites nobis præfixos transgrediamur, ſtudio ſuperſedemus. Id ſolum hic addidiſſe ſufficiat, quod in diplomate *Ludovici Bavari* an. MCCCXX dato *Francofurtum palatium ſupremum regale* adhuc compelletur. *Becmann in hiſtor. Anhalt.*. P. IV. C. IV. ſ. 529.

Gra-

Graviſſima inſuper eccleſiæ & imperii negotia in ſynodis aliisque conventibus pertractata, electiones Regum Rom. jam inde à temporibus Conradi III peractæ, civitatem noſtram reddidere quam maxime celebrem. De illis videatur Elenchus conciliorum Moguntinorum ad annos DCCXCIV. DCCCLIII. DCCCXCII. DCCCXCV. DCCCCLII. MI. MVI. MVII. MXXVII. MCCXX. MCCCLXIX. MCCCLXX. MCCCC. &c. uti & concilia Moguntina novis acceſſionibus aucta ad an. MCCCCIX. MCCCCXXIX. MCCCCXLII. MCCCCXLVI. De electionibus conf. *von Olenſchlager neue erläuterung der guldenen bulle pag. 14 &c.* De nundinis ibidem inſtitutis *pag.* 24 & *Fries vom Pfeiffergericht. Orth ausführliche abhandlung von den Frankfurter zwoen Reichsmeſſen.* Quod *Francofurtum ſpecialis domus imperii* audiat, vid. *in den Anmerkungen über der Frankfurter reformation vierte und lezte Fortſetzung, pag.* 32. *&c.*

(d) Chartæ Impp. & Regum Rom. ſub numeris CXXIX. CXXX. CXXXII &c. id ſat ſuperque innuunt. Capellam autem hanc regiam primitus a B. V. Maria nuncupatam fuiſſe teſtatur tabula ſequens.

CXXVII.

In nomine ſancte & individue Trinitatis: *Hludovicus* divina favente gratia Rex. Notum ſit omnibus Dei eccleſie fidelibus noſtrisque preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter quedam femina nomine *Rutlint* per noſtram licentiam tradidit *ad S. Mariam*

ad

ad noſtram capellam in *Franckenvort* quasdam res proprietatis ſue conſiſtentes in Francia in pago *Nithighevve* in comitatu *Lutfridi* in villa que vocatur *Hurnowa* id eſt manſos octo cum omnibus ibidem adjacentiis vel pertinentibus in terris ſecus Brubach paſcuis, pratis, vineis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, exitibus & regreſſibus, mobilibus & immobilibus cum mancipiis utriusque ſexus, quorum nomina ſunt *Reginbald* & conjux ejus filiique illorum fratremque ejus *Seginbald* cum ſororibus ſuis *Mutbald*, *Ottrud* & complacitavit inde ut per ununquemque annum ei darentur de frumento modii xxxx, de ſpelta modii xxx, de avena modii lx, & quatuor carrata de uino & libram unam argenti, friſchlingos xiiii, ſeu bachones faciendos ſi paſcio eſſet, & ſi hoc non eſſet, tunc darentur ei friſchlingos xx & per unumquemque annum de lignis carrata centum. Et idcirco juſſimus ei fieri noſtre auctoritatis preceptum per quod decernimus atque jubemus ut firmum & ſtabile permaneat. Et ut hec auctoritas uerius ei credatur & diligencius obſervetur anuli noſtri inpreſſione ſubter eam aſſignari juſſimus. *Heberhardus* Cancellarius ad vicem *Luiberti* Archicapellani recognovi. Anno XXXVII regni Domini *Hludouuici* ſereniſſimi Regis, in Orientali Francia regnante, indictione ſeptima. Actum *Triburias* in Dei nomino feliciter amen.

Eccleſia hæc in honorem *S. Salvatoris* & B. *Mariae* olim dedicata an. MCCXXXIX, inſimul nacta patronum *S. Bartholomaeum* Ap. ab eo plerumque nunc compellatur.

CXXVIII.

CXXVIII.

Ludolphus Dei gracia Racyeburgenſis Epiſcopus univerſis preſens ſcriptum viſuris notum eſſe volumus quod nos anno M°CC°XXXIX°. IX. kalend. Septembris eccleſiam Franckenfordenſem dedicavimus in honorem *Salvatoris* Domini noſtri *Jheſu Chriſti* & *ſancti Bartholomei*, cujus dedicationem transpoſuimus ſingulis annis Dominica die ante Aſſumpcionem beate *Mariae* Virginis celebrandam, omnibus eciam ibidem venientibus & ad edificationem eccleſie elemoſinam conferentibus per triceſimum & de menſe ad menſem & de anniverſario in anniverſarium XL dierum indulgenciam de injuncta ſibi penitentia largientes, in cujus rei evidentiam preſentem paginam ſigilli noſtri munimine fecimus roborari.

(e) Primævæ fundationis Diplomata perſonas & congrua earundem ſtipendia indigitant; ait enim *Ludovicus* Germaniæ Rex: *conſtituit* pius genitor, *ut in eodem loco* (capella regia) *ad ſerviendum domino conſiſtant clerici XII, exceptis preſbyteris, qui in locis illuc pertinentibus Domino famulantur ... inſuper praecepit ut Abbas Williherius cui ipſa capella commiſſa eſt, diebus vitae ſuae eam ſecuriter habeat.* Per *clericos XII* intellige Canonicos ſub eodem numero uſque hodie exiſtentes, per *presbyteros* autem altariſtas & vicarios, quorum ſyllabus ſub *Gerlaco* Archiep. Mog. inſigniter adauctus fuit. Conf. dipl. quod occurrit inter vicarias eccl. *S. Bartholomaei.* de Abbate vide notam (o.)

(f) Sequens chartarum ſeries teſtimonium perhibet de juribus & privilegiis eccleſiæ noſtræ munificentia ſane regia conceſſis.

Anno DCCCLXXX *Ludovicus* Germ. Rex traditiones a Divo parente ſuo capellæ regali factas confirmat diplomate quod exhibet *ab Hontheim hiſt. Trev. dipl. T.* 1. *p.* 218. Ibid. autem in *not.* (*d*) non *Gaubiſchoffsheim* ſed *Biſchoffsheim* uno milliari *Francofurto* diſtans velim intelligas; neque Sprendlingen diſtat longius. An. DCCCXXXI *Carolus Craſſus* eandem donationem roborat. *Vid. l. c.*

An. DCCCLXXXI idem Imperator eandem confirmationem repetit. *de Gudenus cod. diplom. T. 1. p. 2.*

CXXIX.

Otto II. Imp. fundationem modo memoratam confirmat & jure lignandi in der Dreyeich augmentat.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis *Otto* divina favente clementia Imperator Auguſtus: Notum eſſe volumus cunctis fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ noſtris preſentibus ſcilicet & futuris qualiter *Willigiſus* Moguntine ſedis Archiepiſcopus noſtris obtutibus quoddam preceptum *Karoli* Imperatoris repreſentans ut traditas res in eodem precepto conſcriptas noſtra imperiali auctoritate confirmando recuperaremus imploravit, quas *Loduuuicus* Imperator pro eterne mercedis ſpe ad capellam ſuam *Franconeuurt* in honorem *Salvatoris* Domini noſtri *Jeſu Chriſti* conſtructam tradidit, traditasque firmavit. Hoc eſt illam capellam ad *Kufflein* (a) cum decima & terris

(a) Coſtheim prope Moguntiam. Ita in libro copiali ſæc. XIV, & in elogiis teſtium contra Sigfridum parochum an. 1315.

ris ad eam pertinentibus, & illud monaſterium ad *Urſellam* cum omnibus utenſilibus illuc pertinentibus, & illam eccleſiam in villa, que dicitur *Steſtin*, & illam eccleſiam ad *Plaggesſtat*, & illam capellam ad *Nereſtein*, cum omnibus ad eam pertinentibus, & illam eccleſiam in *Uuechenheim* cum decima, & illam villam, que dicitur *Pargilla* cum eccleſia & decima ad eam pertinente, & illam eccleſiam ad *Sprendelincon* cum terris & decima ad eam pertinentibus, & illam eccleſiam ad *Biffcouesheim* cum decimatione & terris ad eam pertinentibus, & tres manſos in *Siccenbach* cum vineis, & illam eccleſiam ad *Sueinheim* cum omni decimatione & terris ad eam pertinentibus, & tres manſos ad *Gelſtrebach* cum utenſilibus, & illam villam, que dicitur *Cadelcanff* cum omnibus apenditiis, & illam capellam in *Bonna*, & illam eccleſiam in *Oſternahe* cum decima & terris, & quod *Ruotlind* ad ipſam capellam in *Ouenbach* tradidit & ſcripto confirmavit, & tres manſos in *Franconouurt* cum omnibus utenſilibus illuc pertinentibus. Has itaque preſcriptas res cum omni integritate, id eſt cum omnibus ad eas pertinentibus in domibus, edificiis, mancipiis, agris, campis, areis, pratis, paſcuis, vineis, ſilvis, cultis & incultis, aquis aquarumque decurſibus, mobilibus & inmobilibus ad jam dictam capellan prefatus Imperator tradidit, ut deinceps perpetualiter ad Dei ſervitium peragendum illuc permaneant, abſque ullius contrarietatis obſtaculo, & conſtituit, ut in eodem loco ad ſerviendum Domino conſiſtant clerici duodecim & hi omnes de

Oberurſel. Steden ſeſtin. quihora ab Urſel diſtat. Bürgel Sprenlingen. Seckbach. Schwanheim. Kelterſbach Kelckheim. in Haſſia.

preſcriptis rebus habeant ſtipendia neceſſaria, & ab illo Abbate, cui ipſa capella commiſſa fuerit, nulla unquam hoſtilis expeditio exigatur. Nos igitur rememorato Archiepiſcopo, eique petitioni aſſenſum prebentes, & inſuper ad communem utilitatis uſum fratribus in iam dicto loco Domino famulantibus arida, & infructuoſa ligna in noſtro uoreſto *Trieich* nuncupato ſuperne remunerationis inſpectu miniſterialium noſtrorum omni moleſtia remota proin illis neceſſe ſit perpetualiter concedentes. Juſſimus hoc noſtre conceſſionis vel confirmationis fieri conſcriptum, per quod volumus firmiterque iubemus, ut ſicut ille iam dictus imperator preſcripta omnia conſtituit atque firmavit, ita deinceps firmata & ſtabilita permaneant, abſque ullius contradicentis inquietudine. Que vero in eodem invenimus precepto *Karoli* Imperatoris pro eterne beatitudinis ſpe ad preſcriptum locum ejus adaucta conceſſione, id eſt nonam partem de omni conlaboratu videlicet de aunona, vino, friſgingis, feno, denariis & in quibuscunque rebus ſit ex noſtris indominicatis villis, quarum hec ſunt nomina: *Triburias*, cum omninibus ad eam pertinentibus, *Ingelenheim* cum omnibus apendiciis, *Krucinacha*, ſimiliter *Lutera*, cum omnibus ad eam pertinentibus, *Gerinesheim*, *Sueinheim*, *Neriſtein*, cum omnibus adjacentibus, in *Franconenurt* quoque cum omnibus locis illuc pertinentibus, nona parte & decima, & foreſto noſtro *Trieich* nuncupato nonam partem & decimam de denariis, friſgingis, & in omnibus utenſilibus, & quicquid pertinet ad *Wormatiam*, & ex partibus

Trebur. Gernsheim. Nirſtein.

bus *Voſai* tam firma & ſtabilita ut predicta juſſimus, & hec volumus permanere. Et ut hec auctoritas noſtre confirmationis inviolabilem in Dei nomine obtineat firmitatem manu propria ſubter ea firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Signum Domini *Ottonis* Imperatoris Auguſti. *Egbertus* Cancellarius ad vicem *Willigiſi* Archicappellani notavi. Datum II idus April. anno dominice incarnationis DCCCCLXXIIII, indictione IIII, anno regni Domini Imperatoris XIII. Imp. vero VII. actum *Ingelenheim*, feliciter. Voſagus.

CXXX.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis *Otto* divina favente clementia Imperator Auguſtus. Notum eſſe volumus cunctis fidelibus ſancte Dei aeccleſiæ & noſtris preſentibus ſcilicet ac futuris, qualiter *Willigiſus Mo*guntine ſedis Archiepiſcopus noſtris obtutibus quoddam preceptum *Karoli* Imperatoris repreſentans, ut traditas res in eodem precepto conſcriptas noſtra imperiali auctoritate confirmando recuperaremus imploravit, quas *Ludowicus* Imperator pro æterne mercedis ſpe ad capellam ſuam in loco *Franconofurt* in honorem *Salvatoris* Dni noſtri *Jeſu Chriſti* conſtructam tradidit traditasque firmavit, hoc eſt illam cappellam ad *Kuffſtein*, & illud monaſterium ad *Urſellam*, & illam aeccleſiam in villa, que dicitur *Steti*, et illam aeccleſiam ad *Plageſtat*, & illam cappellam ad *Nerinſtein* cum omnibus ad eam pertinentibus, ſicut eam *Aaron* ibi in beneficium habuit, & illam villam, que dicitur *Pargilla* cum aeccle- Confirmatio ejusd. nova priori vix non ſimilis.

oder ſunderheit geiſtlicher vnd phefflicher friheid gebruchen, vnd genieſſen laſſen nach innhalte geiſtlicher vnd keiſerlicher geſezde, vnd frihunge, vnd ire dorffere, lute, gutere, rente, gulte, zinſſe, ire geiſtliche lehen, giffte, gabe, vnd ire zugehorunge, mit deheinerleye atzunge, ſture, betten, phantſchafften, kommer, oder uffhaltunge, noch mit keynerleye andere ſache dawidder, vnd daruber nit beſweren, dringen, irren, oder verkurtzen, vnd ſie widder ſolliche vnſere beſtetunge, an ſollichen iren gutern, luten, zinſſen, rechtten, gnaden, vnd friheiten nit leidigen noch inen darinen auch nit griffen ſollen, in deheine weiſe. Sunder ſie daby geruwlichen, vnd vngehindert verbliben laſſen; wann wer dawidder dete, der were und ſolle, als offt das geſchiecht, in vnſere vnd des richs ſwere vngnade, vnd in ſolliche pene, die in yren brieffen begriffen ſint, vnd auch darzu ſechtzig marcke lodiges goldes ſwerlichen verfallen ſin, die halben in vnſere vnd des richs cammer, vnd das andere halp teyle den egenanten probſte, dechann, capitel, vnd phaffheit unlefflichen, vnd genzlichen gefallen ſollen. Vnd uff das die egenanten probſte, dechann, canonicken, cappittel, vnd phaffheit die vns als vnſere cappelanen ſunderlichen ſtent zu uerſprechen, in unſern, vnd des richs ſchuze vnd ſchirme gehoren, deſte furderlicher by ſolichen iren gnaden, friheiten, privilegien, brieven, hantfeſten, vnd rechten unverſeret, und vngeirret blieben, den dann ſo offt das zu ſchulden qweme, zu ſwere were, vnd werden mochte, unſere maieſtatd darumb vnd in iren noten zu beſuchen,

vnd

vnd der worten, das ſie Gotte des friddelicher gedienen mogen, habent wir inen zu einem ſchürer, hanthaber, vnd ſchriemer geſazet vnd gegeben, ſezen vnd geben ine darzu einen iglichen Erzbiſchoff zu *Menz* der dann zu gezyten ſin wirrdet, uber das, das er ſuſte jr ſcutzer vnd ſchirmer iſt. Vnd harumb emphellen wir darumb dir *Dieterichen* Ertzbiſchoffen zu *Mentze*, vnd dinen nachkommende, und gebieten dir ouch von Romiſcher kuniglicher macht, vollekomenheit veſteclichen, mit dieſem brieve, wie vnd wü ſich das machte, das furbaſs jemand die egenanten vnſere capelanen in gemeyn oder ſunderheit widder, vnd uber ſoliche vnſere gnade friheitd, und rechtte leidigite, bekommerte, angriffe, oder beſchedigite oder die uberfure, das du denſelber, oder weme du das bevilheſt, von dem oder denſelben ſolliche pene, die ſie nach lute irer brieve, verfallen weren, forderen, ynd nemen ſolleſt, vnd auch darumb gein denſelben mit geriechtte nach vnſerm, vnd des riches hoffgerichtes recht, vnd gewonheit, vnd auch mit der achte kunden tun, und gefaren mogeſt, biz das ſie ſoliche pene vns und denſelben vnſern cappelanen genzlich bezalen, vnd inen auch ſolliche ſchaden, vnd frevell, die inen geſcheen weren, genzlich widderkart vnd abgeleit werden; mit urkunde dieſes brieffs verſigelt mit unſerm kuniglichen maieſtatd ingeſiegel, geben zu *Franckfurdt* nach Chriſtus geburte viertzehenhundert jare, vnd darnach in dem zweyduviertzigiſten joren, an ſante *Laurentien* tage unſers richs im drytten jore &c.

Ad Mandatum domini Regis. *Henricus Leubing* doctor *prothonot.* CLII.

CLII.

Nycolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis ſancti *Stephani* Maguntinenſis & beate *Marie* Wormacienſis ac Montis beate *Marie* Franckfurdenſis Maguntinenſis dioceſium eccleſiarum Decanis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Militanti eccleſie licet immeriti diſponente Domino preſidentes circa curam eccleſiarum & monaſteriorum omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti ut juxta debitum paſtoralis officii eorum occurramus diſpendiis & profectibus divina cooperante clemencia ſalubriter intendamus. Saue dilectorum filiorum Prepoſiti Decani & capituli ac canonicorum perpetuorum vicariorum beneficiatorum & ſubjectorum eccleſie ſancti *Bartholomei Franckfurdenſis* Mag. dioc. conqueſtione percepimus quod nonnulli Archiepiſcopi Epiſcopi aliique eccleſiarum Prelati & clerici ac eccleſiaſtice perſone tam religioſe quam ſeculares nec non duces marchiones comites barones nobiles milites & layci communia civitatum & univerſitatum opidorum caſtrorum villarum & aliorum locorum & alie ſingulares perſone civitatum & dyoc. & aliarum partium diverſarum occuparunt & occupari fecerunt caſtra villas & alia loca terras domos & poſſeſſiones jura & jurisdictiones nec non fructus cenſus redditus & proventus menſe capitularis ac canonicatuum & prebendarum aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum dicte eccleſie & nonnulla alia bona mobilia & immobilia ſpiritualia & temporalia ad Prepoſitum Decanum & capitulum canonicos vicarios beneficiatos ſubjectos ac menſam canonicatus & prebendas nec

N. pp. V. conſervatores eccleſiæ Fr. conſtituit.

non beneficia predicta ſpectantia & ea detinent indebite occupata ſeu ea detinentibus preſtant auxilium conſilium vel favorem nonnulli eciam civitatum & dyoc. ac partium predictarum qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eisdem Prepoſito Decano & capitulo canonicis & beneficiatis vicariis & ſubjectis ac ſingularibus ex eis ſuper predictis caſtris villis & locis aliis terris domibus poſſeſſionibus juribus & jurisdictionibus fructibus cenſibus redditibus & proventibus eorundem & quibuscunque aliis bonis mobilibus & immobilibus ſpiritualibus & temporalibus & aliis rebus ad eosdem prepoſitum decanum & capitulum canonicos vicarios beneficiatos menſam & ſubjectos canonicatus prebendas ac beneficia ſpectancia multiplices moleſtias & injurias inferunt & jacturas, quare dicti Prepoſitus Decanus & capitulum canonici beneficiati & vicarii ac ſubjecti nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum eisdem valde reddatur difficile pro ſingulis querelis ad apoſtolicam ſedem habere recurſum, providere ipſis ſuper hoc paterna diligencia curaremus; nos igitur adverſus occupatores, detentores preſumptores, moleſtatores & injuriatores hujusmodi illo vocentes eisdem Prepoſito Decano & capitulo canonicis vicariis beneficiatis & ſubjectis prefatis remedio ſubvenire per quod ipſorum compeſcatur temeritas & aliis aditus committendi ſimilia precludatur, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus ac quilibet veſtrum per vos vel alium vel alios eciam ſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis conſervatores & judices prefatis Prepoſito Decano

cano & capitulo canonicis vicariis beneficiatis & ipſis ſubjectis efficacis defenſionis preſidio aſſiſtentes non permittatis eosdem ſuper hiis & quibuslibet aliis bonis & juribus ad Prepoſitum Decanum & capitulum canonicos vicarios beneficiatos & ſubjectos necnon menſam canonicatus & præbendas ac beneficia & alia bona predicta communiter vel diviſim ſpectantibus ab eisdem vel quibuslibet aliis indebite moleſtari vel eis gravamina ſeu dampna aut injurias irrogari facturi dictis Prepoſito Decano & capitulo vicariis beneficiatis & ſubjectis ac ſingulis ex eis cum ab eis vel procuratoribus ſuis aut eorum aliquo fueritis requiſiti de predictis & aliis perſonis quibuslibet ſuper reſtitucione hujusmodi caſtrorum villarum terrarum & aliorum locorum, jurium, jurisdictionum ac bonorum mobilium & immobilium reddituum quoque ac proventuum & aliorum quorumcunque bonorum nec non de quibuslibet moleſtiis injuriis atque dampnis preſentibus & futuris in illis videlicet que judicialem requirunt indaginem ſummarie ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii in aliis vero prout qualitas eorum exegerit juſticie complementum occupatores ſeu detentores preſumptores moleſtatores & injuriatores hujusmodi nec non contradictores quoslibet & rebelles cujuscunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis vel condicionis extiterint quandocunque & quocienscunque expedierit auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam appellacione poſtpoſita compeſcendo invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus tam felicis recordacionis *Bonifacii* Pape VIII, predeceſſoris

noſtri in quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam civitatem & dyoceſin nec in certis exceptis caſibus & in illis ultra unam dietam à fine ſue dyoceſis ad judicium evocari, ſeu ne judices & conſervatores a ſede deputati predicta extra civitatem & dioceſin in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere ſeu alii vel aliis vices ſuas comittere aut aliquos ultra unam dyetam à fine dyoceſis eorumdem trahere preſumant dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate preſencium non trahatur, ſed quod de aliis quam de manifeſtis injuriis & violenciis & aliis que judicialem requirunt indaginem penis in eos ſi ſecus egerint & in procurantes adjectis conſervatores nullatenus ſe intromittant quam aliis quibuscunque conſtitucionibus à predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus tam de judicibus delegatis & conſervatoribus quam perſonis ultra certum numerum ad judicium non vocandis aut aliis edictis que veſtre in hac parte jurisdictioni aut poteſtati ejusque libero exercicio quomodolibet obviare, ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim à predicta ſit ſed indultum quod excommunicari ſuſpendi vel interdici ſeu extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi & eorum perſonis locis ordinibus & nominibus propriis mentionem & qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam noſtre jurisdictionis explicatio in hac parte valeant quomodolibet.

libet impediri & de qua cujusque toto teneor de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mencio ſpecialis; ceterum voſumus & auctoritate apoſtolica decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum eciam per alium inchoatum quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus quodque à data preſencium ſit vobis & cuilibet veſtrum in premiſſis omnibus & eorum ſingulis ceptis & non ceptis preſentibus & futuris perpetuata poteſtas & jurisdictio attributa ut eo vigore eaque firmitate poſſitis in predictis omnibus ceptis & non ceptis preſentibus & futuris & premiſſis procedere ac ſi predicta omnia & ſingula coram vobis cepta fuiſſent & jurisdictio veſtra & cujuslibet veſtrum in predictis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium legitimum perpetuata extitiſſet conſtitucione predicta ſuper conſervatoribus & alia quamlibet in contrarium edita non obſtantibus preſentibus perpetuis temporibus valituris. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* anno incarnacionis Dominice milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, ſexto kal. Februarii, pontificatus noſtri anno quarto.

CLIII.

Max. I Imp. innovat privilegia à Friderico III confirmata.

Wir *Maximilian* von Gottes genaden erwelter Römiſcher Kayſſer zu allenn zeitten merer des reichs in *Germanien* zu *Hunngern*, *Dalmatien* &c. Kunig, Ertzhertzog zu *Oſterreich*, Hertzog zu *Burgundi*, zu *Brabannt*, und *Phallenntzgrave* &c. bekennen offentlich mit dieſem brieue, und tun khundt allermenigelich, daſs unns die errſamen

unnſer lieben andechtigen brobſt, techant cappettel, und prieſterſchafft gemaniklich des ſtiffts zu ſant *Bartholome* zu *Franckfurt* auff dem Mayn, haben fürbringen laſſen einen brieue von weyllandt unnſerem lieben herrn und vatter Kayſſer *Friderichen* dem dritten loblicher gedechtnus ausganngen, der von wort zu wort hernachgeſchriben ſteet und alſo lauttet; (*ſequitur diploma Friderici III de* 1442 *ſupra relatum nro CLI.*) und unns darauf demutiklich angeruffen und gepetten, das wir inen denſelben brieve zu confirmiren und zu beſtetten genedigelich geruchten; des haben wir angeſehen ir zimlich vleyſsig bett, und darumb mit welbedachtem mut, gutem rat und rechter wiſſen inen denſelben brieue mit allem ſeinem inhalt genedigelich confirmieret und beſtett, confirmiren und beſtatten inen den auch hiermit von Romiſcher kayſſerlicher macht volkumenheit wiſſentlich in crafft dis briues und mainen, ſetzen und wollen, das der in allen ſeinen maynungen, inhaltungen und begreiffungen ſtet und veſt gehalten, volzogen, und von nymand dawider getan werden ſol, doch unns und dem heilligen reich an unſer oberkait und ſonnſt meingelich an ſeinem rechten und gerechtigkait unvergriffenlich, und unſchedlich. Und gebieten darauff allen und yeglichen Churfurſten, Furſten geiſtlichen und weltlichen, Prelaten, graven, freyen, herrn, rittern, knechten, hauptleuten, vitzthumben, vegten, pflegeren, verweſsern, ambtleuten, ſchulthaiſſen, purgermeiſtern, richtern, veten, burgern, gemainden und ſonnſt allen anndern unnſern und des

reichs

reichs unterthanen und getrewen in was wirden, ſtats, oder weſen die ſein ernnſtlich mit diſem briff, und wollen das ſie die egenanten brobſt, decant, cappitel, und prieſterſchafft in gemein oder ſinnderheit ſolicher freyhait und diſer unnſſer confirmation gebrauchen und genieſſen und genutzlichen debey belieben laſſen, und ſy ire dorfer, leut, gueter, rent, gult, zynns, lehen, gifft, gaben, und annder zugeherung, daruber nit dringen, bekumern oder beſchweren, noch des ymands andren zu tun geſtatten, und damit der vorgemelten brobſt, dechant, cappitel ung pfaffhait bey ſolichen rechten, gnaden, freyhaitten, und priuilegien deſt beruiger bleiben, ſo haben wir inen ſo offt das not iſt, zu ſchirmer, hannthaber und executeren geſetzt und gegeben, die erwirdigen hochgebornen unſer neuen ohaimen Churfurſten, Furſten N. die Ertzbiſcheven, zu *Meintz*, *Phalltzgraven bey Reyn*, und Landgrauen zu *Heſſen*, und die edeln unnſer und des reichs lieben getrewen N. die Graven zu *Hanaw*, Solms, und Kunigſtein gegenwertig und kunfftig, und empfelhen inen darauff von Romiſcher kayſſerlicher macht ernnſtlich und veſtigelich mit dieſem brieve gebietend und wollen, ob ymands nun furhin die egenanten brobſt, techant, cappitel, und prieſterſachft gemainlich oder ſonderlich uber ſolich gnade freyheidt, privilegien und dieſer unnſer confirmation bekumert, oder beſchweret, das ſy alsdan die beſtimbten brobſt, dechant, cappitel und pfaffheit veſtigelich hannthaben, und gegen denſelben übertrettern, und ungehorſammen und in ander wege

nach

nach ordnung des rechten furnemen, hanndeln, und procediren wie ſich das gepurt, ungeuerde. Mit urkhundt dis brieues, beſiegelt mit unnſerm anhanngenden inſigel. Geben in unnſer und des heilligen reichs ſtat *Trier* am achten tage des monats May nach Chriſti geburde funffzehenhundert und zwelfften, unnſer reiche des Romiſchen im sieben- und zwanzigiſten, und des Hungeriſchen im drey und zwanizigſten jaren.

Ad mandatum domini Imperatoris proprium.

Privilegia a *Carolo* V Imp. tribus eccleſiis collegiatis, quæ *Francofurti* anno MDXXX conceſſa typis data reperiuntur in der *Acten-maeſigen ſpecie facti und vorlegung in ſachen des kayſerlichen wahlſtiffts ad S. Bartholomaeum und dahin verbrüderter kayſerlichen auch collegiat ſtiffter ad S. Leonardum & B. V. in monte zu Franckfurth contra herren burgermeiſter und rath daſelbſt. An.* 1744, *beylag.* 2.

Ejusdem tenoris ſunt privilegia *Ferdinandi I* Imperatoris anno MDLIX, 25 Aprilis publicata, quæ itidem continent privilegia *Caroli V*, ſicut illa *Maximiliani ſecundi* de anno MDLXV, 12 Octobris, *Rudolphi ſecundi* de anno MDLXXVII, 26 Martii &c. &c. &c.

CLIV.

Petrus Archiep. Mog. mandat, ne ob poenas

*P*erus Dei gracia ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto ſancti *Bartholomei* & ſancte *Marie*

Marie eccleſiarum Franckenf. decanis & capitulis & plebano ibidem ſeu ejus vices gerenti ſalutem in Dno. Quia interdicti tempore divina ſuſpenduntur & laudes, nec eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrantur ut ſolent, tolluntur mortuis ſeu minuuntur ſuffragia, adoleſcentes & parvuli percipientes rarius ſacramenta, minus inflamantur in fide, fidelium tepeſcit devocio, heretes pullulant & multiplicantur pericula animarum, felicis recordacionis quondam ſanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus Dnus *Boniſacius PP. VIII* attendens quod nonnulli judices nimis ſunt prompti ad proferendum interdicti ſentencias in cauſis que interdum plus ex cupiditatis quam caritatis radice perſpicuis indiciis procedere arguuntur, propter quod idem Dominus Papa duxit provide ſtatuendum ut nulla provincia, civitas, caſtrum, villa, locus, territorium vel diſtrictus auctoritate ordinaria vel delegata ſupponatur eccleſiaſtico interdicto pro pecuniario debito vel cujusvis monete vel pecunie quantitate ſub quacunque occaſione vel cauſa ſeu quovis queſito colore, decernendo cum hoc irritum & inane, ſi contrarium attemptatum eſſet vel contigerit attemptari. Nos igitur volentes hujusmodi conſtitucionem exequi & a noſtris ſubditis debite obſervari, vobis injungimus diſtriccius & mandamus, quatenus ſic ipſam, ut premittitur, per omnia inviolabiliter obſervetis nullas interdicti vel ceſſacionis divinorum ſentencias alicujus judicis contra Chriſtianos vel Judeos excommunicatos in cauſis talibus obſervando. Datum *Maguntie V to* idus Octobr. anno Dni M°CCC°XIX°.

pecuniarias a divinis ceſſent capitulo Francofurt.

Litteras vix non ſimiles cantori eccleſie ſancti *Bartholomaei*, ſedis Moguntinæ prothonotario, dedit *Heinricus* Arch. Mog. *Eberbaci* VI idus Aprilis anno Domini M°CCC° quadrageſimo.

CLV.

Ordinatio qualia birreta deferant canonici & vicarii Francf.

Theodericus Dei gratia ſancte Maguntin. ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis & ſingulis noſtris & eccleſie noſtre Maguntine ſubditis quos infra ſcriptum tangit ſeu tangere poterit negotium ſalutem in Domino. Honor principis honeſta perquirens admonet ut quod per miniſtros ejus cauſa expoſcente ſtatuitur, firmitatem quoad fieri poterit obtineat, illud precipue quod & rancorem tollere & utilitatem evidentem ſubditorum cernitur coadunare; nam ſuadet magiſtra prudentia ſic in agendis caute & mature procedere, quod diſcuſſis ſingulis, quantum finit humana conditio, principio conveniat exitus & in proſecutionis actu proveniat ſperatus effectus; ſane licet ut accepimus honorabilis nobis in Chriſto devotus fidelis dilectus *Hermannus Roſenberg* decretorum doctor, ſcolaſticus beate *Marie ad gradus* Maguntinenſ. noſter in ſpiritualibus vicarius generalis de mandato & commiſſione ſpeciali a nobis ſibi deſuper factis, inter honorabiles nobis in Chriſto devotos decanum canonicos & vicarios eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfurdenſ. noſtre Moguntin. dioc. quasdam ordinationes, pronuntiationes & declarationes fecerit, quarum quidem tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis: *Hermannus Roſenberg* decre-

decretorum doctor ſcolaſticus eccleſie beate *Marie ad gradus* Magundin. reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dni *Theoderici* ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopi in ſpiritualibus vicarius generalis univerſis & ſingulis preſentibus inſpecturis & preſertim venerabilibus viris Domino decano ſcolaſtico cantori & cuſtodi ſingulisque canonicis perſonis vicariis & beneficiatis eccleſie ſancti *Bartholomei Franckfurd.* Mag. dioc. omnibus aliis & ſingulis quorum intereſt, intererit vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum communiter & diviſim ſalutem in Domino, & noſtris hujusmodi fidem indubiam adhibere; notum facimus quod pridem relatione veridica recepta reverendiſſimus Dominus noſter Dominus Archiepiſcopus Magunt. predictus conſpexit, quod in eccleſia ipſius metropolitana, que caput eſt & ad quam merito cetere eccleſie collegiate ipſius civitatis & dioceſis, uti membra habebunt reſpectum tanquam a capite non diſcrepantia, beneficiati ſinguli birreta deferre & portare publice permittuntur, ſimiliter in aliis collegiatis ipſius civitatis & dioceſis predictis birreta ipſa portentur indifferenter a canonicis & vicariis earundem eccleſiarum preterquam in veſtra eccleſia ſancti *Bartholomei*, vos Domini decanus canonici & capitulum pari greſſu incedere volentes veſtris vicariis birreta hujusmodi portare inhibetis & feciſtis quominus birretis hujusmodi uti poterunt ſeu portare; preterea lis & controverſia exorta inter vos Dominos decanum canonicos & capitulum ex una prefate eccleſie vicarios parte ex altera mota ſit, ex quibus & ſequelis veriſimiliter

rancores, inſultationes & deſidie graviores emergere, in laicis & clericis beneficiatis civitatis *Franckfurd.* devotio & diſciplina diminui & ipſa eccleſia ſancti *Bartholomei* in ſuis obſequiis defraudari poſſet, hecque etiam res in volgo a diverſis diverſimode quomodo perniciosiſſime ſuperbie ſit occaſio, interpretatur, proinde animadvertendo idem Dominus noſter Dominus Archiepiſcopus premiſſo huic morbo obviare, prout imcumbit, cupiens, nec diutius exſpectare volens, eo quod vos Domini decanus canonici & capitulum ſepius caritative moniti & requiſiti, quatenus a premiſſa ſpecialitate veſtra abſtineretis & vos dictis metropolitane & collegiatis eccleſiis ipſius civitatis & dioceſis juxta premiſſa conformaretis ac unus alterum amice tractaretis ac a confuſione hujusmodi ſuperſederetis, id facere recuſaſtis, denegaſtis & diſtuliſtis, recuſatisque denegatis & differtis publice nobis ſpecialiter dedit in mandatis infra dicenda ordinandi pronuntiandi & declarandi de & ſuper litibus & controverſiis veſtris premiſſorum occaſione inter vos Dominos decanum canonicos & capitulum ac vicarios dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* habitis prout ſequitur; idcirco ex dicta nobis facta ſpeciali commiſſione prefati Domini noſtri Domini Archiepiſcopi Magunt. nos in hiis ſcriptis pronuntiamus declaramus & ordinamus, quod liceat vobis Dominis decano ſingulisque canonicis perſonis & vicariis dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfurd. pro tempore exiſtentibus de cetero ut in dictis metropolitana & collegiatis eccleſiis civitatis & dioceſis Mag. in choro & in foro publice portare & deferre birreta

vosque Dominos decanum ſingulosque canonicos &vicarios predictos ad utendum hujusmodi birretis permittendum fore, & permittimus ac uti vobis omnibus et ſingulis predictis indulgemus, neque propterea a quoquam nobis inferiori punientum fore aut punire debere, hocaddito quod dicti Domini vicarii eccleſie ſancti *Bartholomei* pro tempore exiſtentes nigris utantur birretis & in choro una cum birreto, ſi portat almucium ſuum ſecum in capite aut brachio vicarius ejusdem eccleſie deferre & portare teneatur ut differentia perſonarum ejusdem eccleſie habeatur, que omnia & ſingula premiſſa ac in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis intimamus inſinuamus & notificamus ac ad veſtram & cujuslibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volumus per preſentes, ne de premiſſis aliquam ignorantiam pretendere valeatis quomodolibet vel allegare; vosque etiam & veſtrum quemlibet ſub infra ſcriptarum ſententiarum penis & cenſuris diſtricte requirimus & monemus auctoritate predicta, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt executionem immediate ſequentem, quorum ſex dierum duos pro primo duos pro ſecundo & reliquos duos vobis univerſis & ſingulis ſupradictis pro tertio ac peremtorio termino ac monitione canonica aſſignamus hujusmodi noſtris pronuntiationi & ordinationi in omnibus & per omnia prout ad quemlibet veſtrum pertinet, pareatis realiter & cum effectu etiam premiſſa acceptando, nosque de paritione & acceptatione premiſſorum certificetis, alioquin in vos Dominos decanum cononicosque predictos, nec non contradictores quoslibet & rebelles

dictam noſtram ordinationem impedientes quominus ſortiatur effectum in aliquo dantes conſilium auxilium vel favorem publice vel occulte, directe vel indirecte quovis queſito colore in contradictores & rebelles ac impedientes hujusmodi ex nunc prout ex tunc, ex tunc prout ex nunc excommunicationis, in capitulum vero dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* ſuſpenſionis ac in ipſam eccleſiam aliasve eccleſias in hiis delinquentes, interdicti ſententias ferimus in hiis ſcriptis & etiam promulgamus, certificantes nichilominus vos omnes & ſingulos ſupradictos quod niſi modo premiſſo nos de paritione & acceptatione premiſſorum certificaveritis infra dictum ſex dierum terminum, nos prima die juridica ex tunc immediate ſequente ſi juridica fuerit, alioquin proxima die ex tunc immediate ſequente Maguntie in ambitu eccleſie beate *Marie ad Gradus* Maguntinenſis hora cauſarum conſueta contra vos omnes & ſingulos ſupra dictos contemptores & rebelles in genere & in ſpecie ad declarationem dictarum penarum utique procedemus veſtra contumacia in aliquo non obſtante, abſolutionem vero omnium ſingulorum, qui prefatas noſtras ſententias incurrerint quoque nobis vel ſuperiori noſtro tantummodo reſervamus; in quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum prefatas litteras exinde fieri & per notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi mandavimus ſigillique noſtri vicariatus officii juſſimus & fecimus impreſſione communiri. Datum & actum *Franckfordie* ſub anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto, indictione tertia,

tertia, die vero tertia decima menſis Maji, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dni *Caliſti* Pape tertii anno primo, preſentibus ibidem diſcretis viris Dominis *Heinrico Grunberg* & *Eckardo de Kauffunſen* clericis Maguntin. civitatis & dioceſis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Tenor vero alterius ordinationis per vicarium noſtrum facte conſimiliter ſequitur & eſt talis: *Hermannus Roſenberg* decretorum doctor ſcolaſticus eccleſie beate *Marie ad gradus* Moguntin. reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Theoderici* Archiepiſcopi Maguntini in ſpiritualibus Vicarius generalis univerſis preſentes litteras inſpecturis maxime quos infra ſcriptum tangit negotium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum ſalutem in Domino & preſentibus fidem indubiam adhibere. In negotio diſtributionis perſentiarum inter perſonas eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfurden. Mag. dioc. ad nos vulgi rumore ac alias crebris vicibus deducto, quo plebanus dum in negotiis eccleſie in & extra eccleſiam ſacramenta eccleſie miniſtrando ac alias preeſſendo conſtitutus fuerit ac aliis ipſius eccleſie beneficiatis ſibi neceſſitatis tempore aſſiſtentibus, etiamſi divinis, quibus preſentie deſervire conſueverint, non interſuerint, dari nichilominus arbitratur atque easdem hucusque minus debite ipſe contendit denegatas, certisque perſonis ipſius eccleſie ſancti *Bartholomei* allegantibus ipſi plebano & aliis eccleſie perſonis ſibi aſſiſtentibus preſentias dum ſic in officio plebanatus exiſtant minime dare debere, ex quibus diverſa ſcandala animarumque pericula exor-

Ordinatio: qualiter plebanus deſerviat præſentias.

exorda fuere & in dies ſi non oportuno remedio provideretur, graviora exoriri poſſent; nos igitur juxta crediti nobis offiicii debitum hujusmodi ſcandalis obviare & animarum ſaluti providere volentes vocatis & auditis tam decano & capitulo quam ipſius eccleſie beneficiatis ſignanter vicariis & ipſo plebano ſtatutisque & conſuetudinibus non ſolum ipſius eccleſie ſancti *Bartholomei*, quin ymo Maguntine civitatis tam metropolitane quam aliarum eccleſiarum collegiatarum a quibus utique uti juri & equitati conformibus ſe dicta eccleſia ſancti *Bartholomei* ſegregare non habet, ſed tanquam rationabilibus adherere & inherere, plene diſcuſſis & examinatis, per hanc noſtram ordinationem quam in hiis ſcriptis ferimus, decernimus perdictos tam decanum & capitulum ſeu canonicos quam vicarios & beneficiatos juxta dictam conſuetudinem eccleſiarum Maguntine civitatis ipſi plebano qui pro tempore & quosque membrum eccleſie ac in ſervicio quocumque tam ſacramenta eccleſie miniſtrando celebrando aut alias negotia plebanatus gerendo, conſtitutus fuerit, preſentias chori ſeu ipſas cottidianas diſtributiones ac ſi divinis ipſius pro tunc celebratis & proceſſionibus factis perſonaliter intereſſet, tradi & aſſignari; eandemque ordinationem noſtram quoad ceteros ipſius eccleſie beneficiatos neceſſitatis tempore, videlicet, in cena Domini, paſche, nativitatis Domini noſtri *Jeſu Chriſti* & omnium ſanctorum feſtivitatibus ad aſſiſtendum ipſi plebano in ſacramentorum adminiſtratione in ipſa eccleſia dumtaxat, de decani tamen pro tempore ipſius eccleſie exiſtentis licentia & conſenſu datos & receptos pariformiter extendentes

tes eosque licet ſic abſentes computari inter preſentes & inter eſſentes debere conſuetudinem alias forſan in eadem eccleſia contrariam temporibus quibus plebanus incorporatus eccleſie aut membrum fuit obſervatam & introductam tamquam juri & rationi nec non equitati obviantem reprobantes ; et quia dignum eſt & rationi conſonum arbitramur ut plebanus & beneficiati eccleſie ſancti *Bartholomei* predicte , qui de licentia decani & temporibus ut premittitur ad aſſiſtendum plebano vocati fuerint, ipſi eccleſie ſancti *Bartholomei* , a qua beneficium recipiunt , teneantur obnoxii injungimus plebano vicariis & beneficiatis ipſis, qui vocati fuerint ut premittitur quatenus in confeſſionibus audiendis ipſam eccleſiam & preſentias ipſius fideliter erga populum ſibi confitentem promoveant & promoveri ſtudeant, adjicientes huic noſtre ordinationi, ſi quid altercationis aut dubii evenerit aut ſecundum qualitatem temporum quidquam addendum vel minuendum in ea fuerit , noſtre vel pro tempore exiſtenti vicarii declarationi & ordinationi reſervamus, mandantes hanc noſtram ordinationem apud librum ſtatutorum ipſius eccleſie regiſtrari ac ſub debito obedientie firmiter ab omnibus ipſius eccleſie perſonis teneri & obſervari, proceſſus etiam noſtros deſuper neceſſarios ſub penis & cenſuris eccleſiaſticis decernentes. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes noſtros literas exinde fieri & per notarium publicum infra ſcriptum ſcribamque coram nobis ſubſcribi & publicari mandavimus ſigillique noſtri vicariatus of-

ficii juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & actum *Maguntie* in ambitu dicte eccleſie nobis inibi mane hora tertiarum & cauſarum conſueta ad jura reddendum pro tribunali ſedentes, ſub anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, indictione quarta, die vero lune viceſima tertia menſis Februarii pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Caliſti* divina providentia Pape tertii anno primo, preſentibus ibidem venerabilibus Dominis *Adewannecher* decretorum doctore decano eccleſie ſancti Mauritii Maguntin. *Johanne Ryſſe* ſcriptore camere prefati Domini noſtri Archiepiſcopi Prepoſito in *Huneſelt* & *Lymone Heydeck* procuratore fiſcali vicario dicte eccleſie pro teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & requiſitis.

Nichilominus tamen de poſt inter decanum & capitulum ex una & nonnullos vicarios eccleſie ſepedicte partibus ex altera de & ſuper delatione birretorum & almuciarum ac nonnullis aliis capitulis majoritatem & obedientiam utrimque contingentibus, & iterum inter eosdem vicarios ex una & plebanum ejusdem eccleſie partibus ex altera ſuper preſentiis memoratis differentiis ſubortis & coram nobis in certo eis prefixo termino competenti introductis, tandem nos partibus ipſis una cum omnibus & ſingulis eorum juribus & munimentis ad cauſas prefatas deſervientibus & facientibus, nec non declarationibus, ordinationibus & indultis predictis a vicario noſtro ut permittitur factis, ad plenum auditis & examinatis, comperimus easdem

ordi-

ordinationes & pronuntiationes ob evidentem ejusdem eccleſie utilitatem factas, attendentesque quod in agendis quibuslibet ſit medium in quo virtus reponitur, ſit tenendum, ne multa durities cauſas exaſperet vel nimia remiſſio executionem debitam ordinationum prefatarum tollat; ea propter animo deliberato non per errorem aut inprovide ſed ſano ad hoc noſtrorum juriſperitorum accedente conſilio prefatas ordinationes ſalvis ſubſcriptis capitulis quantum de jure debemus & poſſumus, approbamus, ratificamus & tenore preſentium auctoritate noſtra Archiepiſcopali gratioſius confirmamus, decernentes expreſſe hujusmodi ordinationes decreta atque indulta in omnibus ſuis punctis & capitulis infra ſcriptis tamen ſalvis roboris obtinere firmitatem tam diu & quousqe ſuper hiis aliud duxerimus ſtatuendum & ordinandum. Ceterum inducit nos naturalis conſiderationis inſpectio, applaudit equitas rationis amica ut equa lege quam ſubditis imponimus, majores eorum aſtringamus, ea propter preſentibus ſtatuimus & ordinamus ut predicta ordinatio vicarii noſtri de birretis & almuciis ut premittitur per vicarios deferendis facta pariformiter extendatur ad decanum prelatos & canonicos ejusdem eccleſie ut videlicet quod ipſi birreta in capite & almucias conſimiliter in capite vel in brachio ea & eas tamen que per eos hactenus deferri ſolita & ſolitas fuere in antea in choro deferre & portare debeant & teneantur ſub eisdem penis comminationibus & cenſuris ſicuti memorata noſtri vicarii ordinatio & pronuntiatio de vicariis

diſponit. Volumus tamen & preſentibus declaramus quod clerici quicumque ejusdem eccleſie tempore quo eosdem vel eorum aliquem celebrationi miſſarum inſervire & officiare contingat, a delatione almuciarum licentia tamen decani vel in ſui abſentia ſenioris canonici prius petita inmunis & liber ſit. Inpoſterum nichilominus ſe in delacione almuciarum aliis ut premittitur conformaturus. Denique volumus & ordinamus quod omnes & ſingule differentie odia ſimultates lites & controverſie prefatarum rerum occaſione factas & ſubortas quantum ad partes ipſas attinet ſint & eſſe debeant ſopite penitus & extincte. Statuimus denique ut decanus memorate eccleſie ad corrigendos vicariorum exceſſus & reformandos mores prudenter ac diligenter intendat ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur provideatque ut preſens ſalutare ſtatutum ad queſtum pecunie vel gravamen aliquod non convertat ſed illud ſtudioſe ac fideliter exequatur, ſi canonicam velit effugere ulcionem. Ipſi quoque vicarii ejusdem eccleſie diligenter attendant quod *Samuele* teſtante & beato *Gregorio* inſtruente peccatum ariolandi ſit non obedire & ſcelus ydolatrie non acquiescere cum ſola obedientia ſitque fidei meritum poſſideat ſine qua etiam quisque infidelis commutatur etiamſi fidelis eſſe videatur, ea propter ipſi eodem decano reverenter obediant prout unumquemque decet ut exemplo vite alios inducere poſſint ad bonum & revocare a malo, contrafacientes vero & rebelles animadverſione digna cernimus plectendos. In cujus rei teſtimo-

teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Aſchaffenburg* die decima quarta menſis Junii, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto.

CLVI.

Ecclesia ad S. Bartholomæum ſuccedat monaſterio S. Mar. Magdalenæ in omnibus bonis &c.

Prioriſſa dicta *Petriſſa* totusque conventus monialium ordinis beate *Marie Magdalene* in *Franckenford* Mag. dioc. omnibus ad quos preſentes litere pervenerint devotas in Chriſto orationes. Licet ſecundum ſacrum verbum Apoſtoli unusquisque manere debeat in ea vocacione qua vocatus eſt nec ex temeritate vel levitate in jacturam vel injuriam ſui ordinis etiam ſub pretextu majoris ordinis ad alium ordinem transvolare; tamen hec firmius & inviolabilius obſervemus, non ſolum ex precepto Apoſtoli & ex neceſſitate juris ſed eciam ex promiſſo a nobis ſuper hoc ſponte facto eo quod triplex funiculus difficile rumpitur, promittimus bona fide & preſentibus litteris ad id nos aſtringimus & firmiter obligamus, quod ad nullum ordinem alium ſive predicatorum ſive minorum ſive eciam ad quemcunqe alium auſteriorem vel miciorem nec ex quacunque cauſa nos unquam transferemus neque religionis habitum in quo nunc ſumus aliquatenus deſeremus; verum ſi contra verbum Apoſtoli predictum & obligacionem noſtram nos omnes communiter quod abſit venire contigerit, clauſtrum, noſtrum, poſſeſſiones noſtre & omnia bona noſtra tam mobilia quam immobilia Domino & uni venerabilium Dominorum Domini decani & capituli mo-

naſterii in *Frankenford* nomine pene cui nos ſubjicimus libere cedent & ea ipſis ſine contradiccione qualibet volumus applicari ; ſed ſi aliquas ex nobis quam dictum transgredi contigerit , alie non transgredientes & in ſuo ordine permanentes dictis poſſeſſionibus & bonis utentur pacifice & quiete nec aliquod jus tunc competat in eisdem Domino decano & capitulo antedictis. In cujus rei fidem & perpetuam firmitatem nos vero Prepoſitus generalis tocius ordinis penitencium ſigillum noſtrum una cum ſigillo dictarum monialium preſentibus duximus apponendum predictam obligacionem auctoritate apoſtolica nobis commiſſa confirmantes, ſigillum eciam Domini decani & capituli predictorum ad peticionem noſtram hiis literis petimus appendi. Datum in *Frankenford* anno gratie MCCLXXX primo, V kal. Maji.

(g) Inſignem merito dixerim prærogativam, quod in aurea bulla preſcriptum fuerit: electiones Regum Rom. in noſtra capella regali peragendas eſſe. *Vid. aur. bull. c.* 2. quibus porro honorum titulis deçorta ſit , paſſim in chartis ſupra poſitis occurrit.

(h) Niſi commentatio in nimiam molem excreſceret , ex antiquiſſimo ſtatutorum libro capita præcipua adderem, in quibus ordinationes pro cultu divino & regalis capellæ regimine externo ſaluberrimæ continentur. Vid. etiam nrum CLV.

(i) Conf. dipl. CXXVII. CXXIX. CXXXI. &c. Quinam vero reditus per temporum injurias deperditi

diti fuerint, notat MS. ſeculi XV ineuntis ⁂ *Ludovicus* & *Fridericus Impp.* nationis Bavarorum ſpoliaverunt eccleſiam multis bonis propter adhæſionem factam ſummis Pontificibus & Archiepiſcopis Moguntinis contra Reges & Imperatores Rom:

Bona ſpoliata hic ſequuntur: — ipſa eccleſia *S. B.* perdidit & amiſit bona dotationis & inſtitutionis ſuæ primævæ per divos Rom. Reges per quos ab initio extitit inſtituta & dotata videlicet — capellam in *Coſtheim* cum decima & terris ad eam pertinentibus — eccleſiam villæ *Stedin* ſitæ in dem Kammerforſte — eccleſiam in *Flanſtadt* — eccleſiam in *Bergele* item villam cum decima ad eam pertinente — eccleſiam in *Sprendelingen* cum terris & decima ad eam pertinentibus, & tres manſos cum vineis in Segbach ſitis — eccleſiam in *Nerſtein* cum omnibus ad eam pertinentibus — capellam in *Bunna* — eccleſiam in *Oſterna* & quædam alia bona in *Ovenbach* — item nonam partem de annona vino fryskingis, foeno, argento & in quibuscunque rebus ſit, in villis regalibus ſcil. *Frankenfurt*, *Triburio* cum omnibus ad eam pertinentibus, *Ingelnheim* cum omnibus appendiciis, *Crucenaco*, *Lutrea* cum omnibus ad eam pertinentibus & *Gernsheim* — item quidquid pertinet ad *Wormatiam* ex parte *Voſagi* — item arida & infructuoſa ligna in foreſto ſeu ſilva *Tryeich* nuncupato — omnem piſcationem quæ ad regium jus pertinet, fluminis *Mogenus* nuncupati ut feria ſexta die noctuque piſces capi poſſint arte ſeu inſtrumento quibuscunque — eccleſiam beatorum *Marcellini* & *Petri* in

Selgin-

Selginſtadt cum omnibus ad eam pertinentibus terris cultis & incultis, mancipiis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis & quædam alia bona ibidem — item alia bona plura, quæ cauſa brevitatis hic non ſcribuntur, videlicet venditiones plures poſt creationem D. *Mathiae* Archiepiſc. Mog. per ipſam eccleſiam factas, quibus quidem bonis omnibus prefata *S. B.* eccleſia eſt hodie & dudum fuit deſtituta & privata, hucusque MS.

(k) Conf. dipl. CXXXVI. CLII.

(l) Conf. dipl. CXXIX. CXXX. CXXXI. &c.

(m) Vid. dipl. CLIV. CLV.

(n) Inter benefactores primos numeranda venit *Ruotlind*, de qua in dipl. CXXVII ſeq. alii recenſentur in litteris vicariarum.

(o) Abbatibus S. *Maximini Wilherio* & *Obberto* commiſſam fuiſſe capellam regalem docent tabula ſub nro CXXXII & nota (e). Hos jam temporis obiiſſe munus capellanorum Auguſtæ exin conjicere liceat. Notari quoque meretur, quod in abbatia *S. Maximini* aſſerventur tria fundationis hujus capellæ autographa. Vid. ſupra notam (f) ad annum MCLVIII. Inter teſtes ſcriptus eſt *Godefridus* canonicus Moguntinus Præpoſitus Francofordienſis. *Joannis T. 2. p. 361.*

(p) In antiquo libro ſtatutorum hæc inter alia de Præpoſito: Præpoſitus primus eſt Prælatus cujus officium eſt vicariatum ſui Epiſcopi tenere, ipſo celebrante lege-

evangelium legere ſubdiaconibus & levitis imperare, parochias ordinare, ad ſacros ordines & beneficia promovendos examinare, ſemel in anno ſuam præpoſituram viſitare, jurgia ſingulorum audire, ejus jurisdictioni decanumque ſubeſſe. Præpoſitura Franckenf. a ſola eccleſia S. Bartholomæi dependet, cujus ipſe Præpoſitus membrum eſt, ubi etiam decanum confirmat, ſcholaſteriam, cantoriam, cuſtoriam & unam præbendam ejusdem chori tituli *S. Thaddaei*, parochiam eccleſiæ *S. Bartholomaei* & in *Sweinheim* confert, officialem ponit & deponit..... omnia collegia opidi & ipſum opidum, ſuburbia, curiæ circumjacentes, parochia *Vechenheim*, curia *Rydern* curia & capella leproſorum ibidem jurisdictioni ſue ſunt ſubjecta, ſynodum celebrat, omnes menſuras examinat, excedentes in eisdem corrigit &c. &c. &c. Omitto inſignem reliquam Præpoſiti jurisdictionem, de qna ſola conſcribi poſſet ex bibliotheca Uffenbachiana commentatio integra. Vid. corpus juris Germ. medii ævi e bibliotheca de Senckenberg emiſſum *tom* 1. *part.* 2. *fol.* 15. *&c.*

(q) Conf. nota præcedens. (p)

(r) In nonnullis antiquis regiſtris puta ante annum Domini noſtri *Jheſu Chriſti* MCCCLXX reperitur, quod ſinodus ſancta per Prepoſitum eccleſie *Franckfordenſis* aut ſuum officialem ſive ſubſtitutum in eccleſia ſancti *Bartholomei* ſolemniter celebrata eſt, in qua delinquentes in ſequentibus aſſignatis punctis publice accuſati & per Prepoſitum aut ſuum officialem emendati ſunt; & accuſatores in

ſinodo fuerunt ſcabini, conſules & cives. Emendanti — item incantatores ac incantatrices ac omnes & ſinguli in hujusmodi incantatoria & infidelitate reprehenſibiles eamque exercentes — item adulteri, inceſtuoſi, fornicatores & fornicatrices, uſurarii publici & feneratores — item publici falſarii ſive in quacumque menſura aut pondere, ſive in moneta, aut in exhibitione falſorum teſtimoniorum — item illegitime cohabitantes utriusque ſexus homines ac etiam manifeſte perjuri — item qui temporibus interdictis ac eccleſia ſuas ſolemnizari fecerunt nuptias aut celebrarint ſine licentia plebani: — item qui ab eccleſia ſtatutis temporibus confeſſiones ſuas non faciunt & ſacramentum euchariſtie ſumunt niſi de aſſenſu plebani hoc faciunt — item qui frivole cimiterium aut eccleſiam effuſione ſanguinis aut ſeminis aut alio modo quocumque a jure prohibito violant — item quicumque rapta aut furta bona ſive bona eccleſiarum & fabricarum quarumcunque eccleſiarum ſive monaſteriorum ſcienter emunt aut impignorant vel hujusmodi bona empta aut impignorata ſciunt & non manifeſtant — item omnes frivole excommunicationes & cenſuras ultra annum ſufferentes — alique plures qui de jure aut bona conſuetudine juxta juris ordinem in ſinodo ſancta ab hujusmodi exceſſibus emendati ſunt, que etiam ſingulis annis celebrata extitit & jus Prepoſiti eſt & eccleſie uti in patentibns & ſigillatis literis capituli continetur. *Ita in libro anno MDXXIX ſcripto.*

CLVII.

CLVII.

Valentinus de *Tetteleben* utriusque juris doctor Prepositus ecclesie *S. Bartholomei* Franckfurdensis Moguntine dioc. honorabili *Petro Steinmetz* canonico ejusdem ecclesie devoto nobis in Christo fideli dilecto salutem in Domino sempiternam. Cum propter diversa & varia nostra negotia nobis ad presens incumbentia causis singulis ex debito officii dicte prepositure incumbentibus adesse personaliter nequeamus; ne igitur curam sollicitam circa subditos negligere videamur, de tua circumspectione & industria confidentes atque plenam in Domino fiduciam habentes quod ea quae tibi duxerimus committenda, fideliter & legaliter exequi & adimplere curabis, discretioni tue tenore presentium vices nostras (quousque duxerimus, revocandas) plenarie committimus & mandamus ut universas & singulas ecclesias tam collegiatas quam parochiales curatas & non curatas, cappellas & monasteria tam monachorum quam monialium sive canonicorum regularium quorumcunque ordinum, hospitalia, zenodochia, leprosoria & alia pia loca infra terminos prepositure Frankfurdensis predicte consistentes seu consistentia, quando & quotiens tibi visum fuerit expedire, tam in capite quam im membris visites per te vel alium seu alios, emendanda emendes atque corrigenda corrigas dantes & concedentes tibi preterea plenam & liberam auctoritatem & facultatem quoscumque infradictos terminos beneficiatos in eisdem suis beneficiis non residentes personaliter vel non promotos ad sacros ordines quos sua beneficia

Commissorium officialis Præpositi.

requirunt, beneficiatos quoscunque ut de confirmatione ac titulis beneficiorum ſuorum tibi fidem faciant compellas ipſisque detentoribus predictorum ſi & in quantum a te petierint ac tibi viſum fuerit expedire & ut ea officiare & eis in divinis preeſſe valeant indulgeas atque commendes; inſuper concedimus & committimus tibi ut noſtra auctoritate ordinaria de vita & moribus, ſtatu, regimine, adminiſtratione & converſatione nec non de & ſuper injuſta beneficiorum eccleſiaſticorum uſurpatione, occupatione, detentione, ſimoniaca labe, uſurarumque pravitate, adulterii, inceſtus, ſtupri, illicita mulierum cohabitatione, fornicatione, eccleſiarum perſonarumve eccleſiaſticarum infra terminos pretactos exiſtentium rerumque & bonorum ipſorum invaſione, mutilatione, incarceratione ac injuriis & moleſtationibus, vexationibus ac indebitis exactionibus aliisque exceſſibus, vitiis, delictis atque criminibus quibuscunque a quibusvis perſonis eccleſiaſticis ſeu ſecularibus infra ſepedictos terminos attemptatis, commiſſis ac perpetratis communiter vel diviſim auctoritate noſtra cum ad te delati ſeu delata fuerint per denuntiationem ſeu famam publicam ac alias ex officio inquiras, corrigas, culpabiles punias & emendes, penitentias ſalutares pro modo culpe injungas mulctes. Damus quoque & preſentium tenore committimus plenam & omnimodam poteſtatem & facultatem ad cauſas & queſtiones quascunque ſpirituales & prophanas beneficiales, matrimoniales, criminales civiles ac mixtas & illis annexas ad jurisdictionem

noſtram

noſtram ordinariam ſeu forum noſtrum eccleſiaſticum de jure ſive conſuetudine aut privilegio ſpectantes tam clericorum & laicorum quorumcunque infra terminos ſupradicte prepoſiture commorantium videlicet clericorum & laicorum inter ſe vel presbiterorum & clericorum contra laicos et econtra aut contra quascunque alias perſonas ſpirituales ſeu mundanas quacunque occaſione vertantur audiendas, cognoscendas, decidendas, exercendas, continuendas & fine debito terminandas, in cauſis beneficialibus inſtituendum & inveſtiendum, beneficia commendandum cum omnibus incidentibus, eorum annexis & connexis emergentibus & dependentibus, in premiſſis & quolibet premiſſorum juſtitiam juris ordine miniſtrandum ſententiam ſeu ſententias promulgandas tam interlocutorias quam deffinitivas eamque vel eas executioni debite demandandum faciendo quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam auctoritate noſtra firmiter obſervari. Super quibus omnibus & ſingulis ſupradictis tibi liberam concedimus auctoritatem vice noſtra & poteſtatem, ratificamus quoque ratumque & gratum habere volumus proceſſus, decrecta, ſententias & quecunque acta & actitata per te hactenus quomodolibet habita & data & que in futurum feceris per preſentes. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum fidem & teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Maguntie* die nona menſis Martii anno a nativitate Domini milleſimo quingenteſimo triceſimo primo.

§. II.

Parochia Francofordienſis.

Curæ animarum in civitate adeo copioſa ne quidquam deeſſet, collaborarunt ſummi Pontifices (a) Archiepiſcopi Mog. (b) & hujus eccleſiæ Præpoſiti (c); ab his enim pro decore domus Dei officia ſcholaſtici & cantoris inſtituuntur (d), parochiarum numerus ſub certis modis augetur (e), hisque de congrua ſolicite providetur (f); in eccleſia principali ad S. Bartholomæum parochus non niſii ſcientia clarus & inſignis ſtatuitur deinceps a capitulo eligendus (g) & alia ordinantur ad promovendum Dei cultum valde ſalutaria (h).

(a) Vid. dipl. ſub numeris CLXVI. CLXVIII. CLXXIII.

(b) Dipl. CLX. CLXI.

(c) Dipl. CLXIV. CLXV.

(d) Dipl. CLVIII. CLIX. CLX.

(e) Dipl. CLXVIII. CLXIX. CLXXIV.

(f) Dipl. CLXIV. CLXII. CLXX. CLXXI.

(g) Dipl. CLXVII.

(h) Dipl. CLXXII. CLXIII.

CLVIII.

Gerhardus Dei gracia Prepoſitus in *Franckenford*. Noverint univerſi quod capellam in *Vechinheim*, cnjus collacio, inſtitucio ſeu preſentacio racione dicte prepoſiture ad nos ſpectare dinoſcitur, accedente conſenſu venerabilis Dni ac patris noſtri *Gerhardi* Archiepiſcopi & capituli Moguntini, eccleſie beati *Bartholomei* in *Franckinford* cum omni jure, quod in ipſa capella habemus, libere conferimus propter Deum ad honorem ſancti *Bartholomei*, noſtram parentumque noſtrorum memoriam perpetuo peragendam, ita tamen ut duo creentur officia, ſcolaſtria videlicet & cantoria ad divinum cultum neceſſaria ut in aliis eccleſiis haberi ſolet, quibus proventus ſupradicte capelle cum primum ipſam vacare contigerit, perpetuo deſervire debeant hoc adjecto, quod ad Prepoſitnm loci, qui pro tempore fuerit, officiorum collacio pertineat earundem. Actum anno Dni MCCLV idus Novembris.

Capella in Vechenheim transfertur ad eccleſiam Francof. ut ſcholaſteriæ & cantoriæ officia erigantur.

W. Prepoſitus, Jo. Decanus, totumque capitulum eccleſie Moguntine dilectis in Chriſto decano & capitulo eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfordenſis ſalutem in Domino. Cum dilectus in Chriſto *Gerhardus* Prepoſitus veſter canonicus noſter cappellam de *Vechinheym* Magunt. dioc. cujus collacio pertinebat ad ipſum, vobis tradiderit pleno jure, ut de ipſius proventibus proportionaliter dividendis duo officia videlicet ſcolaſtria & cantoria ad inſtar eccleſiarum aliarum in veſtra conſtituant eccleſia perpetuis temporibus ad honorem Dei & ipſius eccleſie

Conſenſus capituli Metrop. in predictam translationem.

dura-

duratura, nos devotis veſtris precibus favorabiliter annuentes tradicionem ſuam & ordinacioem prefatam, quam venerabilis pater noſter Domnus *Gerhardus* Epiſcopus Maguntinus legitione confirmavit, ratam habemus & gratam, ita tamen quod ad Prepoſitum loci, qui pro tempore fuerit, officiorum collacio pertineat eorundem, accedente ad eam noſtro conſenſu voluntario & expreſſo, ſub teſtimonio preſencium litterarum ſigilli noſtri munimine ſignatarum. Datum *Maguncie* anno Domini MCCLVII nonis Aprilis.

CLIX.

Conſenſus Archiepiſcopi.

Gerhardus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto decano & capitulo eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckf. ſalutem in Domino. Cum dilectus in Chriſto *Gerhardus* Prepoſitus veſter capellam de *Vechinheym* noſtre dioceſis, cujus collacio pertinebat ad ipſum, vobis tradiderit pleno jure, ut de ipſius proventibus proportionaliter dividendis duo officia ſcilicet ſcolaſtria & cantoria ad inſtar aliarum eccleſiarum in veſtra conſtituantur eccleſia perpetuis temporibus ad honorem Dei & ipſius eccleſie duratura, nos devotis veſtris precibus favorabiliter annuentes tradicionem ſuam & ordinacionem prefatam ratam habemus & gratam ac preſentis ſcripti teſtimonio confirmamus nichilominus ſtatuentes quod de redditibus memoratis certo cappellano congrua portio deputetur qui eam debitis modis officiet in divinis. Nulli ergo

omni-

omnino hominum liceat hanc paginam noſtre ratihabicionis & confirmacionis infiringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & noſtram ſe noverit incurſurum. Datum *Maguncie* anno Domini MCCLVII, II nonas Aprilis. Vechinheim parochia ad collationem ſcolaſtici & cantoris ſimul eccleſie S. *Bartholomei* Franckf. ſpectat pleno jure, cujus patroni glorioſi apoſtoli *Philippus* & *Jacobus* bona & redditus hi notantur: primo I ſol. den. die paſche de duobus jugeribus agrorum Johannis Drutman ſitis in terminis ville *Vechinheim*: item IX octalia ſiliginis infra aſſumpcionis & nativitatis beate Marie virginis duo feſta de decima majori ibidem, monaſterium *Arnſburg* amminiſtrat — item I manſus terre arabilis ſitus in terminis ville *Vechinheym* — item XIIII ſol. hall. die *Michaelis* de area *Rudolfi* dicti Jeuche ſita in villa *Vechinheim* prenotata prope eccleſiam: — item I ſolid. den. die eodem de area *Hartmudi* dicti *Creye* ſita in villa *Vechinheym* prenotata,

CLX.

Wernherus Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto decano & capitulo eccleſie de *Franckenfurt* ſalutem; in Domino dilectus in Chriſto *Theodoricus* decanus eccleſie beati *Martini* in *Pinguia* miſſus a nobis, ut in veſtra eccleſia de vobis & aliis clericis de *Franckfurt* vice noſtra viſitacionis officium exerceret ſuper quadam

Ordinationes pro capitulo Francof. & parocho ibid. factæ.

queſtione exorta inter vos ex parte una & *Ecpertum* plebanum veſtrum ex altera ſuper quibusdam juribus & conſuetudinibus invicem obſervandis, ordinacionem quandam auctoritate noſtra conſtituit in hec verba:

In nomine Domini amen. *Theodoricus* decanus eccleſie beati Martini in *Pinquia* viſitator a venerabili patre Domino noſtro *Wernhero* Archiepiſcopo Moguntino conſtitutus ad univerſorum Chriſti fidelium noticiam cupimus pervenire, quod cum in eccleſia Franckenfurdenſi clerum ejusdem oppidi viſitaremus, exorta queſtione inter decanum & capitulum ex parte una, & Ecpertum plebanum ex altera Franckenfurdenſis ſuper juribus & conſuetudinibus ſibi invicem obſervandis, tandem partes predicte tanquam in judicem ſive arbitrum in nos compromittentes fide preſtita conſenſerunt, ut queſtionem hujusmodi omnem, que inter ipſas partes vertitur, decideremus per modum amicicie ſive juris.

Nos igitur auditis hinc inde propoſitis & atteſtacionibus partium, & inſpectis jure, conſuetudine & inſtrumentis ſuper hoc habitis ex antiquo, per ſentenciam diffinitivam auctoritate prefati Domini noſtri Archiepiſcopi pronunciando dicimus: quod plebanus quicumque pro tempore inſtitutus in *Franckenfurt* decano & capitulo preſentatus ipſi decano debet promittere debitam obedienciam & honorem, & curare, ut ex tunc eccleſie, decano, & ſingulis canonicis ibidem in Franckenfurt tam in occulto, quam in publico, verbo & opere ſit fidelis,

lis, ſocii quoque ipſius plebani quoscumque pro tempore receperit, ante executionem officii ſui jurabunt ſimiliter obſervare, preterea ipſe plebanus & ſocii ſui diuino officio, niſi ſint negociis parrochie prepediti, debent in choro tanquam canonici intereſſe. Item omnia legata, que transcendunt denarios triginta & quinquaginta duos, qui vocantur ſecundales, memoratis decano & capitulo preſentabunt, et ſi dictum legatum legans ad comparandos redditus lagaverit, plebanus & ſui non recipient quicquam inde, ſi vero legatum hujusmodi diſtribuitur a capitulo inter fratres, plebanus, vel ſi ipſe canonicus eſt, ſocii ſui unius canonici percipient porcionem. Item ſi quis quicquam indeterminate legaverit, plebanus denarios triginta & quinquaginta duos preſcriptos preaccipiet, reliquum capitulo preſentans, de quo etiam unius canonici, ſi diſtribuitur, accipiet portionem. Item plebanus nomina defunctorum ſcripta in kalendario capituli eo quod elimoſinas ſuas eidem capitulo ſint largiti, diebus dominicis in ambone ſuo fideliter pronunciabit, & nullius alias defuncti memoriam habebit niſi infra triginta dies proximos ſit deſunctus vel alicujus anniverſarius in illa ebdomada habeatur, aliorum ſibi commiſſorum faciet recordacionem generalem, & hoc omni penitus absque ſcripto. Item omnia indumenta ſacerdotalia, calices, libri & ornamenta quecumque alia, ſeu empta fuerint vel legata absque omni ſpecificatione erunt communia & ipſius capituli & plebani, ita quod in feſtis & pro feſtis & feriatis diebus ſicut choro, ita plebano indumenta eque competentia

cuſtos & ſuus campanarius amminiſtrent. Item in die palmarum, & paraſcephes, in vigilia paſce, & pentecoſtes& in purificacione beate *Marie*, plebanus in parrochia celebrare non debet, niſi funere preſente, quod ante proceſſionem chori ſine ſolennitate cantus poterit ſepelire, & ſi perſona aliqua in diebus hiis communicare voluerit, poſt oblaciones chori facere licet ipſi. Item in cena Domini & in die paſce plebanus & ſocii ſui ad altare parrocie aliaque collateralia communicabunt, & quicquid offertur, ipſius eſt plebani, ſed in paraſcephe & in viglia paſce decanus communicabit in choro, & ipſe & ſui miniſtri percipient quod offertur, plebanus autem & ſuum altare communicans, quod ibi offertur, percipiet ipſe ſolus, et ſi ad altaria collateralia communicantur aliqui, decanus ſuique miniſtri partem mediam, plebanus quoque alteram de hiis, que offeruntur, ibi percipient equo modo. Item in feſtis Patroni vel dedicationis collateralium altarium plebanus cuſtodi ejusdem eccleſie vini Franci boni quartale dimidium propinabit, et ſi capitulum cum proceſſione in primis veſperis predicta viſitaverit altaria, plebanus tantundem dicto capitulo propinabit. Ceterum plebanus, ne per protraccionem nimiam tam inpulſando quam incandando capitulum predictum afficiat faſtidio, debet ſe cum miſſa ſua quantocius poterit, expedire eo tamen excepto, quod in diebus paſce, nativitate Domini, & omnium Sanctorum capitulum debet deferre plebano, quousque oblaciones ſuas commode tollat omnes, ſed in reliquis feſtis diebus

poſt

poſt oblaciones plebani prima pulſari incipiatur, & poſt ſanctus terminetur, & poſt elevationem hoſtie ad chorum pulſetur. Item ad altare parrocie plebanus duos ardentes cereos procurabit, & inde percipiet ſolidos XXIIII denariorum levium, qui jam ad hoc in cenſu partim habentur, & de bonorum legatis impoſterum totaliter habebuntur. Preterea plebanus curiam anteriorem, quam inhabitat, nomine capituli inhabitabit, & dabit inde cenſum debitum ab antiquo, inſuper in recognicionem juris capituli, quamdiu non eſt in perceptione prebende in die paſce ſolidos octo denariorum levium nomine cenſus capitulo ſingulis annis ſolvet.

In cujus rei evidentiam & perpetuam firmitatem noſtri ſigilli munimine preſentes literas roboramus.

Actum & datum *Franckinſurt* anno Domini *M*CCLXVII kalendas decembris.

Nos igitur ordinacionem hujusmodi ratam & gratam habentes, eam tenore preſencium literarum in nomine Domini confirmamus, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis Dei, beati Martini, & noſtram ſe nouerit incurriſſe.

Datum apud lacum anno Domini MCCLXVIII in die beati Pangracii martiris.

CLXI.

Renovantur. Officialis prepoſiture Franckinfordenſis recognoſcimus quod in noſtra & teſtium ſubſcriptorum preſencia conſtituti honorabiles viri & Domini *Philippus* decanus, *Johannes de Bettinhuſen* ſcolaſticus, *Reynhardus* cantor, *Wernherus de Appinheym*, *Fredericus de Reno* alias de *Carbin* dictus, *Johannes* de *Bettinhuſen* & *Hermannus de Gyeſſen* canonici eccleſie Franckinfordenſis preſentes & totum capitulum tunc repreſentantes ex una, nec non magiſter *Sifridus de Hildensheym* plebanus ibidem & canonicus parte ex altera publice recognoverunt coram nobis & expreſſe, quod cum alias inter eos & eorum predeceſſores ſuper juribus parochie & conſuetudinibus ad invicem obſervatis obſervandis in poſterum materia queſtionis pluries fuerit exorta & ne idem denuo fieri contingat, propterea dicte partes ſuper hiis hinc inde concordaverunt & complanate ſunt in hunc modum, quod omnes & ſingulos articulos atque puncta in pronunciacione honorabilis viri Domini *Theoderici* decani eccleſie Pinguenſis & confirmacione venerabilis in Chriſto patris ac Dni *Wernheri* Archiepiſcopi Mogunt. deſuper facta conſcriptos & contenta firmiter tenere debeant & ad invicem inviolabiliter obſervare, nec ullo umquam tempore aliquatenus contravenire verbo neque facto, quemadmodum prefate partes pro ſe ſuisque ſucceſſoribus promiſſerunt bona fide etiam preſtita manuali, non obſtante revocacione a venerabili in Chriſto patre & Domino Dno *Petro* Archiepiſcopo Moguntino petita per eundem Dominum Sifridum

&

& ut dicitur obtenta & quod idem Dominus *Sifridus* plebanus in expenſas litis prefatis Dominis decano & capitulo fuerat legitime condempnatus; adjectum eſt, quod ſi aliquis ſucceſſorum ſuorum ſuper premiſſis cum eisdem Dominis ſeu eorum ſucceſſoribus contendere voluerit ſive in aliquo premiſſorum turbare niteretur eosdem, ex tunc hujusmodi condempnacionis & pene nomine centum marcas denariorum memoratis dominis ante omnem litis ingreſſionem tradere debet & expedite ſolvere, cujuscunque contradictione non obſtante. In cujus rei teſtimonium has noſtras preſentes literas ad inſtantes preces dictarum parcium ſigillo officialitatis noſtre ſigillatas dedimus ſuper eo. Actum & datum anno Domini MCCCXVI in craſtino annunciacionis beate *Marie* Virginis qui fuit VII kal. aprl. preſentibus honeſtis viris & diſcretis *Petro* cappellano cappelle ſancti *Nicolai*, *Conrado* camerario, *Bertoldo* ſociis ac *Petro* cellerario Domini *Sifridi* predicti nec non *Gerhardo* de *Weſtfalia* clerico ad premiſſa pro teſtibus vocatis ſpecialiter & rogatis.

CLXII.

Judæi compelluntur ad ſolvendas plebano Fr. decimas & cenſus de proventibus ſuis.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio ſcolaſtico eccleſie ſancte *Marie ad gradus* Moguntinenſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis *Sifridus* rector eccleſie Franckinfurdenſis Maguntin. dioc. peticione monſtravit, quod nonnulli Judei et Judee in parochia ſua ipſius eccleſie habitantes, decimas ſive cenſus et res alias de proventibus domorum et poſſeſſionum ac aliarum rerum,

rerum, que a Chriſtianis in eadem parochia devenerunt ad ipſos, prout a Chriſtianis ipſis antea ſolvebantur, predicte eccleſie ſolvere indebite contradicunt, in eorundem eccleſie et rectoris prejudicium non modicum et gravamen. Quare idem rector nobis humiliter ſupplicavit, ut providere ſibi ſuper hoc paterna ſolicitudine curaremus. Quocirca diſcrecioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ſi eſt ita, dictos Judeos et Judeas ad debitam ſatisfactionem predictorum eidem eccleſie exhibendam vel domos, vineas et poſſeſſiones dimittendas eisdem monicione premiſſa per ſubtractionem communionis fidelium appellacione remota compellas. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gracia, odio vel timore ſubtraxerint per cenſuram eccleſiaſticam appellacione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum *Vienne* II idus Marcii pontificatus noſtri anno ſeptimo.

CLXIII.

Ordinatio circa exequias & ſepulturam.

Johannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis decano ſancti *Petri* et ſcolaſtico S. *Stephani* ac cantori *ſancte Marie ad gradus* eccleſiarum Moguntin. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sua nobis Syfridus rector eccleſie Franckenf. Mag. dioc. peticione monſtravit, quod de antiqua et approbata et hactenus pacifice obſervata conſuetudine corpora parochianorum ejusdem eccleſie pro tempore decedentium qui apud loca predicatorum ſeu minorum ordinum fratres in eorum voluntate ultima eligunt ſepulturam, ad dictam eccleſiam antequam

ad

ad loca hujusmodi deferantur, debent deferri et pro ipſis in ea primitus exequie et miſſarum ſollempnia celebrari; verum Prior predicatorum Quardianus minorum ac fratres ordinum predicatorum loci de Franckinfurt contra conſuetudinem hujusmodi temere venientes, quo minus corpora parochianorum dicte eccleſie, qui apud loca ipſorum in eorum ultima voluntate ſuam eligunt ſepulturam pro hujusmodi exequiis faciendis et miſſarum ſollempniis celebrandis ad predictam eccleſiam deferantur, prohibere et impedire propria temeritate preſumunt et nichilominus de bonis que racione predictorum corporum eciam illorum que aliquando ſecundum prefatam conſuetudinem ad eandem eccleſiam deferuntur, recipiunt canonicam portionem dicto rectori contra juſticiam denegant exhibere in dictorum rectorum et eccleſie prejudicium non modicum et gravamen, quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis cauſam et appellacione remota fine debito de citatis facientes quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellacione ceſſante compellatis veritati teſtimonium perhibere. Quodſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exequantur. Datum *Avinione* V idus Novembris pontificatus anno primo.

Idem decrevit *Clemens PP.* litteris apoſtolicis quæ datæ ſunt Pictavis nonas Auguſti pontificatus anno tercio.

CLXIV.

Jus patr. eccleſie Franeof. transfertur in capitulum.

Johannes Dei gratia prepoſitus Franckenvordenſis honorabilibus viris et diſcretis decano totique capitulo eccleſie ſancti *Bartholomei* ibidem in Chriſto ſibi dilectis ſalutem ſincero cum affectu; ut vobis noſtre ſubventionis auxilium et beati Bartholomei eccleſie veſtre Patrono honorem et reverentiam impendamus et ut ob hoc eciam apud vos noſtri perpetuo memoria habeatur, jus patronatus parochialis eccleſie noſtre Franckenvorden: quod ad nos et Prepoſitos Franchenvord. pertinere dinoſcitur pleno jure, vobis ac eccleſie veſtre predicte irrevocabiliter conferimus in hiis ſcriptis, cum univerſis ſuis juribus pertinentiis ac appendiciis in perpetuum per vos obtinendum, ita ſane, ut cumprimum parochiam ipſam vacare contigerit ex morte vel reſignatione ſeu alio quovis modo, ejus qui nunc tenet eanden proventus ipſius parochie veſtris communibus uſibus libere & perpetuo applicetis, eam que per ſacerdotes ydoneos perpetuos vel temporales ad veſtrum arbitrium & beneplacitum quotiens opus fuerit & viſum vobis fuerit expedire per vos inſtituendos, inveſtiendos & deſtituendos & alios in eorum locum ſubrogandos, ita tamen quod cura populi ibidem non negligatur, ſed bene & ydonee reſpiciatur, officiari facientes. In cujus rei teſtimonium damus vobis preſentes litteras ſigilli noſtri munimine roboratas. Nos etiam decanus totumque capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* predicte in recompenſam hujusmodi gratie nobis facte prefato Domino noſtro Prepoſito ejusque ſucceſſoribus conferendi duas pre-

Præpoſito in recompenſam conceditur nominatio du-

ben-

bendas ſcilicet honorabilis viri *Friderici de Carben* ſcolaſtici ac *Heynrici* dicti *Wyze* concanonicorum noſtrorum prebendatorum in eccleſia noſtra prefata perpetuis temporibus damus liberam poteſtatem de omnium noſtrorum beneplacito & conſenſu, cum primum ad id obtulerit ſe facultas. Volumus etiam ut ſacerdotes ſeu miniſtri predictam parochiam regentes & officiantes mandata dicti Domini noſtri Prepoſiti & ſuorum ſucceſſorum ſive officialium, qui pro tempore fuerint, recipiant & executioni debite demandent & ad hoc teneantur ſicut plebani ſive rectores hujus parochie ante dictam incorporationem fecerunt & hactenus facere tenebantur. In memoriam igitur & perpetuam firmitatem premiſſorum ſigillum eccleſie noſtre preſentibus de omnium noſtrorum certa ſcientia duximus appendendum. Actum & datum anno Domini M°CCC°XLII°. XII kal. Aprilis.

arum præbendarum.

CLXV.

Univerſis ac ſingulis, ad quos preſentes pervenerint, hiis tamen precipue quibus opus & auctoritas infra ſcripta faciendi competit, nos *Nicolaus de Lapide* Prepoſitus eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckinfordenſis Magunt. dioc. ſerviendi benevolenciam cum noticia ſubſcriptorum. Verum cum regimen et cura prepoſiture predicte nobis incumbat, ſingula percurrentes conſideravimus, quod cauſante hominum et temporum malicia ſtatus et eccleſie predicte bona decani et capituli ipſius eſt in maxima parte diminutus et diſtracta adeo, quod decanus

Præpoſitus in capitulum transfert jus patr. eccleſie in Sweinheim.

nus et canonici ſtatum condecentem et ſine penuriis habere onera eccleſie ipſis incumbencia tolerare et hoſpitalitatem condecentem ſervare non poſſunt, quodque plebani in eccleſia predicta pro tempore exiſtentes cum decano et capitulo eccleſie predicte quaſi ut frequenter altricarunt, propter que divinus cultus inibi interrumpitur, deſtituitur et perturbatur, quibus motus pro predictorum evitacione in quantum nobis eſt poſſibile et ut decanus et canonici predicti ibidem commode valeant ſuſtentari et facilius predicta onera ſupportare, ad pedicionem dominorum decani et capituli predictorum, quod plebanatus eccleſie ſancti *Bartholomei* predicte et eccleſia parochialis in *Sweynheym* Mog. dioc. quorum jus patronatus ad nos racione prepoſiture noſtre predicte pertinere dinoſcitur, ipſis decano et capitulo predictis incorporari, annecti et uniri valeant annuimus et per preſentes conſentimus, miniſtris tamen locorum predictorum ſuſtentacione debita pro cura eccleſiarum et populi reſervata. In quorum evidens teſtimonium preſentes literas noſtro ſigillo juſſimus communiri. Nos etiam decanus totumque capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* predicte in recompenſam hujusmodi gratie nobis facte prefato Domino noſtro Prepoſito ejusque ſucceſſoribus conferendi unam prebendam ſcilicet honorabilis Domini *Jacobi de Heiger* noſtri concanonici nec non tres vicarias in dicta noſtra eccleſia videlicet ſancti *Mathie*, ſancti *Bonifacii* et *trium Magorum* atque vicariam eccleſie parochialis in *Sweinheym* prenotate perpetuis temporibus damus liberam poteſtatem de

omni-

omnium noſtrum beneplacito et conſenſu cumprimum ad id obtulerit ſe facultas et quocienscunque ad dictorum beneficiorum contigerit vacare. Volumus etiam ut ſacerdotes ſeu miniſtri predictam parochiam ſancti *Bartholomei* regentes & officiantes mandata dicti Domini noſtri Prepoſiti et ſuorum ſucceſſorum ſive officialium qui pro tempore fuerint, recipiant executioni debite demandent et ad hoc teneantur ſicut plebani ſive rectores hujusmodi parochie noſtre ante dictam incorporacionem fecerunt et hactenus facere tenebantur. In memoriam igitur et perpetuam firmitatem premiſſorum ſigillum eccleſie noſtre preſentibus de omnium noſtrum certa ſciencia duximus appendendum. Actum et datum anno Domini M°CCC°LXXXVII°, V idus Auguſti.

CLXVI.

Confirmatio apoſtolica ſuper jure patr. translato.

Boniſacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cupientes ſtatum eccleſiarum omnium quarum cura nobis imminet generalis, ſalubriter dirigi et augeri ut ea que pro ipſarum et perſonarum eccleſiaſticarum in eis altiſſimo famulancium commodo et utilitate provida deliberatione fuerint, ut ſuum debitum ſorciantur effectum, libenter intendimus et ſolicitudinis noſtre partes favorabiliter adhibemus; olim ſiquidem venerabili fratri noſtro *Philippo* Epiſcopo Oſtienſi tunc in partibus Alamannie apoſtolice ſedis legato pro parte dilectorum filiorum decani et capituli eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfordenſis Mag. dioc. expoſito,

quod licet ipſa eccleſia per inclite recordacionis *Carolum Magnum* Imperatorem pro duodecim canonicis in eadem eccleſia inſtituendis & pro augmentacione divini cultus fundata fuiſſet et honorifice ac ſufficienter dotata, tamen ſucceſſu temporis per aliquos Imperatores et ſciſmaticos perverſos ac rebelles ſedi apoſtolice ex eo quod decanus et capitulum predicte eccleſie tamquam veri filii obediencie in firma obediencia dicte ſedis perſiſtentes, dictis ſciſmaticis in ſcismate & rebellione hujusmodi adherere & conſentire nolebant, major pars villarum, bonorum, fructuum & proventuum ad dictam eccleſiam ſpectancium ablata erat & perpetuo alienata ac eciam propter guerras & hoſtiles incurſus qui ibidem vigebant, fructus, redditus & proventus ipſius eccleſie adeo erant attenuati & diminuti dictaque eccleſia ad tantam devenerit inopiam quod ipſe decanus & capitulum decentem ſtatum tenere & congrue ſuſtentari, hoſpitalitatem conſuetam facere & imcumbencia eis onera ex fructibus, redditibus & proventibus hujusmodi ſupportare non valebant, ac pro parte dictorum decani & capituli prefato Epiſcopo ſupplicato ut eis & predicte eccleſie eandem & in *Sweinheym* parochiales eccleſias ſive plebanatus dicte dioceſ. quarum jura patronatus ſeu preſentandi rectores ad easdem ad dilectum filium Prepoſitum ejusdem ecclelie ſancti *Bartholomei* dinoſcebatur pertinere, annectere, incorporare & unire & eis quod dumtaxat canonicus ipſius eccleſie ad regimen dicte parochialis eccleſie ſancti *Bartholomei* pro vicario de cetero preſentaretur & inſtitue

ſtitueretur concedere de ſpeciali gratia dignaretur; memoratus Epiſcopus de premiſſis certam noticiam non habens dilecto filio decano eccleſie montis ſancte Marie Franckenfurtenſis dicte dioc. auctoritate legacionis hujusmodi commiſit & mandavit, ut vocatis qui forent evocandi, ſuper premiſſis omnibus & ſingulis juxta tenorem & continenciam articulorum, quos ſibi ſub ſigillo ſuo fideliter incluſos una cum literis ſue commiſſionis tunc deſtinaverat per teſtes probos fide dignos & ydoneos aliaque legitima documenta diligenter ſe informaret & inquireret diligencius veritatem, informacionem vero quam ſuper premiſſis reciperet, litteris ſuis ſigillo ſuo munitis etiam ſibi per nunciam fidelem, ydoneum & juratum remitteret fideliter intercluſam, ut ſuper premiſſis diſponere & ordinare valeret prout foret juris & rationis et deinde prefatus Epiſcopus cum per informacionem per ipſum decanum prudenter & ſolerter factam ac ei remiſſam conſtaret, omnia & ſingula prout ſuperius narrantur, fuiſſe & eſſe vera & juſta dictas parochiales eccleſias ſive plebanatus cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis decano & capitulo & eccleſie ſancti *Bartholomei* predictas dummodo conſenſus patroni ad hoc accederet, dicta auctoritate perpetuo incorporavit, annexuit & univit, ita quod cedentibus vel decedentibus ipſarum parochialium eccleſiarum rectoribus vel ipſas eccleſias alias quomodolibet dimittentibus liceret eisdem decano & capitulo corporalem poſſeſſionem ipſarum parochialium eccleſiarum juriumque & pertinenciarum omnium earundem libere apprehendere & perpetuo

petuo retinere licite dyoceſani loci vel alterius cujuscunque licencia ſuper hoc minime requiſita, reſervatis tamen de fructibus ipſarum parochialium eccleſiarum congruis porcionibus pro vicariis in ipſis inſtituendis, ita quod in ipſa parochiali eccleſia ſancti *Bartholomei* unus de canonicis ejusdem capituli de cetero & non alter in vicarium ejusdem eccleſie porro inſtitueretur, qui vicarii ſic inſtituendi de ipſis porcionibus congrue ſuſtentari papalia & epiſcopalia jura ſolvere, hoſpitalitatem tenere & alia incumbencia onera valeret ſupportare prout in dictis litteris plenius continetur; cum autem ſicut accepimus a nonnullis aſſeratur ex certis cauſis unionem, annexionem & incorporacionem de parochialibus eccleſiis ſive plebanatibus factas hujusmodi juribus non ſubſiſtere pro parte ipſorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere eis ſuper hiis de benignitate apoſtolica dignaremur; nos igitur decano & capitulo ſuper hiis ſalubriter providere volentes unionem annexionem incorporacionem predictas & quecunque inde ſecuta ac omnia in literis contenta auctoritate apoſtolica tenore preſencium confirmamus & preſentis ſcripto patrocinio communimus ſupplentes omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint in eisdem, & nichilominus ſancti *Bartholomei* ſeu ejus perpetuam vicariam & in Sweinheim eccleſias ſive plebanatus hujusmodi, quarum triginta quinque cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis eisdem decano & capitulo ac predicte eccleſie ſancti *Bartholomei* cujus centum viginti marcarum argenti fructus redditus

&

& proventus ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt de novo ex certa ſciencia incorporamus annectimus & unimus ita quod cedentibus vel decedentibus vicario ejusdem eccleſie ſancti *Bartholomei* ſeu ejus nec non in *Sweinheym* eccleſiarum predictarum rectoribus aut plebanis qui nunc ſunt ut vicariam aut eccleſias ſive plebanatus hujusmodi quomodolibet dimittentibus liceat eisdem decano & capitulo vicarie ſancti *Bartholomei* ſeu ejusdem ac in *Sweinheym* eccleſiarum ſeu plebanatuum hujusmodi juriumque & pertinenciarum predictorum poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere & in proprios uſus perpetuo retinere ac vicariam ipſius parochialis eccleſie ſancti *Bartholomei* ſeu eccleſiam ipſam parochialem ſive plebanatum per unum ex canonicis ejusdem eccleſie ad nutum eorum ponendnm & removendum, qui curam animarum dilectorum filiorum parochianorum ipſius eccleſie gerat, regi & gubernare facere dioceſani loci aut alicujus licencia ſuper hoc minime requiſita, proviſo quod animarum cura in dicta eccleſia ſancti *Bartholomei* diligenter exerceatur & deſerviatur inibi pro tempore laudabiliter in divinis ac iidem decanus & capitulum epiſcopalia jura ſolvere & alia onera conſueta ratione dicte vicarie ſeu eccleſie parochialis ſancti *Bartholomei* integre ſupportare teneantur, quodque in dicta eccleſia in Sweinheym inſtituatur vicarius perpetuus, qui curam ipſius eccleſie gerat & ibidem deſerviat in divinis, cui de proventibus ejusdem eccleſie in *Sweinheim* ſufficiens & perpetua porcio

aſſignetur, de qua poſſit commode ſuſtentari, epiſcopalia jura hujusmodi ſolvere & alia ei incumbencia onera ſupportare. Non obſtantibus conſtitutionibus apoſtolicis & aliis contrariis quibuscunque ſeu ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales apoſtolice ſedis vel legatorum ejus literas cujuscunque tenoris impetrarint eciam ſi per eas ad inhibicionem, reſervacionem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas & proceſſus habitos vel habendos per easdem & quecunque inde ſecuta quoad vicariam & eccleſias parochiales ſeu plebanatus hujusmodi volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecucionem beneficiorum aliorum prejudicium generari & quibuslibet literis privilegiis & indulgenciis apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mencio ſpecialis; nos enim ex nunc irritum decernimus & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari; nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis, communicionis, ſupplecionis, incorporacionis, annexionis, unionis, voluntatis & conſtitucionis infiringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignacionem omnipotentis

Dei

Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud S. Petrum V nonas Julii pontificatus noſtri anno ſecundo.

CLXVII.

Ordinatio parochialis ſaluberrima

Theodericus Dei gratia ſancte Maguntin. ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius & apoſtolice ſedis legatus natus ad futuram rei memoriam. Paſtoralis officii debitum quo univerſis nobis ſubjectis aſtringimur eccleſiis ſollicitis ſtudiis exequi intendentes circa ſtatum eccleſiarum preſertim curam animarum habentium ſtatum & regimen proſpere dirigendum, ut plebs fidelis divini eloquii pabulo refici ac cura hujusmodi in illis attentius geri & exerceri queat non immerito operarias per congrue proviſionis miniſterium manus apponimus & que propterea provide emanaſſe comperimus ut votiva firmitate ſubſiſtant, libenter cum a nobis petitur, paterni favoris amminiculo ſolidamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum nobis in Chriſto devotorum decani & capituli eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfordenſis noſtre dioc. petitio continebat, quod ipſi intra ſe attenta meditatione revolventes eccleſiam ipſam que unica opidi Franckfordenſis parrochialis eſt & cujus parrochianorum cura per canonicum ejusdem eccleſie plebanum nuncupatum pro nutu decani & capituli predictorum amovibilem cum miniſtrorum ſeu capellanorum ſibi aſſiſtere ſolitorum preſidio hactenus exerceri conſuevit, copioſa hujus-

modi parrochianorum multitudine fore ſuffultam, quodque ad ipſam & dictum opidum per anni circulum diverſe de variis mundi partibus utriusque ſexus perſone declinare & confluere conſueverunt & ob hoc ſummopere deceret pariter & expediret quod plebanus ipſius eccleſie pro tempore exiſtens qui etiam pro ſua & ſibi aſſiſtentium miniſtrorum hujusmodi ſuſtentatione juxta ſui ſtatus exigentiam competentes introitus atque proventus percipere atque habere conſuevit non ſolum moribus & vita decoratus ſed & decenti litterarum ſcientia preditus exiſteret qui in concurſu tanti populi ad exaltationem fidei orthodoxe Domni Dei utiliter preeſſe & verbum Domini fideliter ſeminare nec non creditum ſive talentum inter miniſtros ſeu capellanos hujusmodi diſpenſandum prudenter diſtribuere ſciret & poſſet, & quia talis plerumque inter canonicos ſimpliciter intrantes qui onus hujusmodi acceptare velit, reperiri non poterit gravia exinde animarum pericula inſurgere ac diverſas non ſine ſcandalo negligentias in exercitio cure hujusmodi committi & provenire formidant, habitis itaque inter eos ſuper hiis diverſis tractatibus & colloquiis capitularibus tandem unum ex canonicatibus & unam ex prebendis capitularibus dicte eccleſie quos inibi primo vacare contigerit pro magiſtro aut baccalario formato in theologia ſeu doctore vel licentiato in jure canonico qui per biennium in aliquo ſtudio generali & privilegiato in ſacra pagina ſtuduerint & quorum quilibet cum rigore examinis ad gradum hujusmodi promotus fuerit

erit cum plebanatu dicte ecclesie superioris auctoritate concurrente uniendos reservare, deputare & assignare decreverunt volentes statuentes & etiam ordinantes, quod canonicatus & prebenda ac plebanatus hujusmodi postquam sic ad invicem uniti fuerint, quotiens eos vacare contingeret non nisi persone altero ad minus graduum predictorum & ut premittitur qualificate prima vice dumtaxat excepta, qua doctorem decretorum etiamsi per biennium in theologia ut prefertur, non studuerit, preficere arbitrati sunt per decanum pro tempore existentem & capitulum predictos conferri & eis de illis provideri possint & debeant, quodque persona taliter qualificata canonicatum & prebendam ac plebanatum sic unitos insimul retinere & postquam per eos in illorum possessionem inducta fuerit, eo ipso canonicus capitularis censeri & esse ac cum plebanatus etiam canonicatus & prebende capitularis hujusmodi sic unitorum fructibus, redditibus proventibus juribus & obventionibus gaudere illosque insimul percipere & habere posset & deberet, statutis & consuetudinibus dicte ecclesie alias semper salvis; quodque apud ecclesiam ipsam personalem & continuam residentiam facere ac cure prefate per se & capellanos suos certis ac congruis & debitis temporibus sermones ad populum dirigendo, missas celebrando & ecclesiastica sacramenta ministrando fideliter & diligenter preesse ac nonnulla alia facere & adimplere debere corporaliter promitteret & juraret prout pro statu & regimine prospero & felici ecclesie & plebanatus ac canonicatus & prebende

unitorum hujusmodi per decanum & capitulum predictos pro tempore capitulariter fuerit ordinatum; cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat honorabilis magiſter *Johannes Swerte* de *monaſterio* ſancte noſtre Maguntin. ſedis judex generalis & prothonotarius noſter fidelis & devotus zelo fidelium ductus animarum pro Dei ac beati *Bartholomei* Apoſtoli totiusque triumphantis eccleſie gloria & honore premiſſa pia & ſincera affectione complectens ultroneus ut illa votivum ſortiantur effectum, canonicatui & prebende quos in dicta eccleſia obtinet, ſponte & libere propterea cedere eosque in manibus decani & capituli predictorum poſt eorundem unionem & connexionem reſignare paratus exiſtat pro parte decani & capituli ac Johannis predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum tam pio & ſincero eorum & dicti magiſtri *Johannis* mentis propoſito concurrere premiſſa omnia & ſingula noſtra ordinaria auctoritate approbare & confirmare ac alias in & ſuper premiſſis oportune providere ex paterna benignitate dignaremur; nos igitur qui de premiſſis omnibus & ſingulis veridica informatione certificati fuimus quique illa in divini nominis laudem, katholice fidei propagationem & multarum Domino concedente animarum ſalutem prodire conſpicimus tam piam & ſinceram decani & capituli ac etiam Johannis predictorum intentionem commendantes & paterno noſtro favore proſequi volentes, reſervationem, deputationem, aſſignationem, voluntatem, ſtatuta & ordinationes omniaque alia & ſingula ſupra dicta prout rite & provide geſta & ordi-

ordinata ſunt tam ordinaria quam legationis noſtre auctoritatibus ac aliis omnibus melioribus quibus poſſumus & debemus modis et formis harum ſerie approbamus et confirmamus ac preſentis ſcripti patrocinio communimus et nichilominus pro habundanti cautela canonicatum et prebendam quos prefatus magiſter Johannes Swerte in dicta obtinet ut preprefertur ad uſum et miniſterium ſupradicta eisdem auctoritatibus reſervamus, deputamus et aſſignamus illosque ad dictum plebanatum ad finem et effectum premiſſos de voluntate et expreſſo conſenſu dicti *Johannis* inſimul incorporamus, annectimus et unimus ita videlicet ut ipſi decanus et capitulum canonicatum et brebendam predictos, quam primum per reſignationem dicti magiſtri *Johannis Swerte* ac plebanatum ſic unitos hac prima vice et deinde quotiens eos vacare contigerit in perpetuum perſone ut premittitur qualificate que apud eccleſiam predictam perſonaliter et continue reſidere illorumque onera inſimul ſupportare, nec non penſionem annuam dictis decano et capitulo ac menſe ſue capitulari ab olim et eousque per memorate eccleſie plebanum pro tempore ſolvi et dari ſolitam et conſuetam perſolvere atque dare aliaque per prelibatos decanum et capitulum pro tempore ut premittitur ſtatuta et ordinata facere et adimplere teneatur, conſueferre et alia circa hec neceſſaria et oportuna ſtatuere ordinare facere et exequi poſſint et debeant quovis obſtaculo non obſtante decernentes auctoritatibus prefatis collationem et proviſionem de canonicatu et prebenda ac plebanatu ſic unitis ſecus factam irritam

ritam et inanem ac nullius obtinere roboris firmitatem. Volumus inſuper ac decano et capitulo prefatis concedimus per preſentes quod ſi canonicatum et prebendam ac plebanatum hujusmodi pro tempore obtinens apud dictam eccleſiam reſidere non curaverit ſeque diutius ab eadem abſentaverit aut in gerendo & exercendo curam hujusmodi nec non obſervando ſtatuta et ordinationes eum concernentia notabiliter negligens et remiſſus repertus fuerit ſeu alias ejus exceſſus id exegerint trinaque et legitima monitione previa requiſitus non deſiſtere nec ſe emendare voluerit juxta arbitrium decani et capituli predictorum ſeu majoris et ſanioris partis eorundem ſuper quo ſingulorum conſcientias duximus onerandas, ex tunc decanus et capitulum predicti nullo alio obſervato proceſſu aut judicii ſtrepitu talem a canonicatu et prebenda ac plebanatu ſic unitis ex cauſis duntaxat predictis aut altera earum amovere et alium ut premittitur qualificatum et ejus loco ſimiliter ponere et ſurrogare poſſint et valeant, ipſeque ſic amotus omni contradictione & exceptione ceſſante cedere et id in ſua primeva receptione jurare debeat et teneatur; ſi vero obtinentem hujusmodi ſenio aut longevo ſeu incurabili morbo gravari et detineri contigerit ex tunc illi coadjutorem juxta formam juris et ſolum Deum ac ejus terribile judicium pre oculis habendo deputandi decano et capitulo prefatis omnimoda ſit conceſſa harum ſerie et permiſſa facultas. Preterea volumus et eadem auctoritate decernimus, qnod ſi plebanatum predictum alicui ex aliis cononicis actu capitularibus dicte eccleſie taliter

ter ut premittitur qualificato committi contigerit, ſicque canonicatus et prebenda quos prius ibidem obtinuit per affecutionem vacare contigerit hic honoris & loci canonicalis in quo tunc conſiſtit prerogativam nullatenus amittat ſed in illis ut prius remaneat juribus ſtatutis & conſuetudinibus tam noſtre Maguntine quam etiam dicte eccleſie in omnibus aliis ſemper ſalvis, harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt teſtimonio litterarum. Datum *Aſchffenburge* decima die Aprillis anno Domini milieſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto.

Anno MCCCDXLVI quarta Junii abſis ſeptentrionalis eccleſiæ S. Bartholomæi fundabatur, in quo loco prius fuit capella S. Catharinæ templo contigua & huic juncta erat ſchola ſuper terram; ſuper capellam granarium & ſuper ſcholas domus capitularis, deſuper tectum opere de antiquo. Murus etiam novi oppidi prope clauſtrum pœnitentum eſt inceptus & novum oppidum foſſis circumdatum. *Latomus in mſ.* anno MCCCXLVIII ambitus eccleſiæ fundabatur. *Idem.*

CLXVIII.

Nycolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Nycolao* tytuli ſancti *Petri ad vincula* presbitero Cardinali per Almanniam apoſtolice ſedis legato ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad hoc paſtoris eterni vices licet immeriti ſua diſpoſicione tenemur, ut ejus paſcendarum animarum curam ſic ſolicitudine geramus exacta, quod omnes circumſcripte totidem excubiis a quibusvis pre-

Eccleſ. filiales S. Petri & in Sachſenhauſen eriguntur in parochiales cum debito reſpectu ad matricem.

ſerventur periculorum diſpendiis & in ſalutis pascuis ad eterne paſcende voto pabulum felici jugiter proficiant educatu, que pro hujusmodi in grege Dominico evitandis periculis ſincera Chriſti fidelium ſequitur devocio benignis libenter favoribus amplectimur & in hiis humilibus ipſorum votis condigne exaudicionis graciam liberaliter impertimur, ſane ſicut pro parte dilectorum filiorum magiſtrorum civium, conſulum ſcabinorum & univerſitatis opidi Franckfurdenſis Magunt. dioc. nobis nuper exhibita peticio continebat prefatum opidum multa populo ſitate refertum unicam dumtaxat parochialem videlicet ſancti *Bartholomei*, que etiam collegiata eſt, habet eccleſiam & illius ſub qua ultra duodecim communicancium millia degunt parochianorum, animarum curam per aliquem quem dilecti filii capitulum dicte eccleſie ad hoc pro tempore deputandum duxerint regi & gubernari conſuevit, ſintque infra limites parochie ejusdem eccleſie unum *Saſſenhuſen* & aliud novum opidum nuncupata magna & popoloſa ſuburbia dicto opido contigna, que ambo videlicet murorum ambitu, municione turrium & portarum clauſuris, *Saſſenhuſen* vero per decurſum fluminis Mogani & novum opidum nuncupata ſuburbia per quoddam magnum foſſatum ab ipſo opido ſunt diviſa, & quia nocturno tempore ut plurimum a dicto opido ad dicta ſuburbia & e converſo propter feras & clauſuras intermedias nulli tranſitus patent, non deeſt occaſio, quin multa negligencie miniſtrandorum eccleſiaſticorum ſacramentorum & alia pericula animarum evenire poſſent, tanta in-

ſuper

ſuper eſt parochianorum ipſorum multitudo, quod omnes qui in feſtivitatibns ſollempnibus eccleſiam merito ipſam viſitare curant ut tenentur, ſub ipſius ambitu ſive a loco non abſque preſſure incommodo & devotionis impedimento recipi neque epidimie temporibus quibus eciam eſt formidoloſe periculo tantam hominum multitudinem unicam duntaxat non nimis ſpacioſam capacitatis eccleſiam frequentare, decedencium corpora ſub ejusdem eccleſie & illius cimiterii ambitu niſi difficulter & minus decenter ſepeliri & humari queant, preterea quamvis ipſorum parochianorum expoſcat devocio, ut ipſi in paſcate reſurrectionis Dominice ſicut alii Chriſti fideles illarum parcium communiter facere ſolent, diviniſſimum eukariſtie ſacramentum participant, propter multitudinem tamen communicandorum quam plures communionem ſuam poſt hujusmodi reſurreccionis diem differri & aliquocies ad plures dies antequam quadrageſimale jejunium expleverint prevenire adiguntur non ſine magno incommodo parochianorum eorundem, & ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi ſanctorum *trium Regum* in *Saſſenhuſen* & ſancti *Petri* in novo opido ſuburbiis hujusmodi ſite cappelle in parochiales eccleſias erigerentur, ac per illorum rectores habitatorum & incolarum ſuburbium ipſorum animarum curam gerere & ipſi illis hujusmodi ſacramenta miniſtrare haberent, pericula & incommoda ceſſarent antedicta, prefati quoque magiſtri civium & conſules, de quorum patronatus jure predicta ac ſancte Katherine ſita in dicto ſuburbio Saſſenhuſen capelle fore noſcuntur ſuas quibus hu-

jusmodi erecciones commodius fieri poſſunt; operas libenter impenſuri conſentire parati ſunt, quod dicta capella ſancte *Katherine* ipſi capelle ſanctorum *trium Regum* ad effectum de eo faciendi ereccionem hujusmodi, perpetuo incorporetur, uniatur & etiam annectatur. Quare pro parte magiſtrorum civium, conſulum, ſcabinorum & univerſitatis predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictas ſanctorum trium Regum & ſancti Petri capellas in parochiales eccleſias hujusmodi erigi nec non illis habitatores & incolas ſuburbiorum ſupra dictorum parochiali jure ſubjicere dictamque cappellam ſancte *Katherine* cujus quatuor predicte capelle ſanctorum *trium Regum* cujus totidem marcarum argenti, fructus, redditus & proventus ſecundum communem eſtimacionem valorem annuum ut iidem magiſtri civium & conſules aſſerunt, non excedunt perpetuo uniri, incorporari & annecti mandare de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui Chriſti fidelium quorumlibet ſalutem intenſis deſideriis expetimus ſuper premiſſis, de quibus tamen certam noticiam non habemus, debite ac talis cautele miniſterio ut hujusmodi periculis ſalubriter obvietur, nec tamen ex hoc aliorum ſuccedat offenſio providere valentes, hujusmdi in hac parte ſupplicacioni inclinati circumſpeccioni tue de quo in hiis & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus quatenus vocatis dicto capitulo & aliis qui fuerint evocandi ſuper premiſſis & eorum circumſtanciis univerſis auctoritate noſtra te diligenter informes & ſi per informacionem hujusmodi repereris ita eſſe & id racionabiliter & commode fieri poſſe cognoveris, ſancto-

rum

ꝙum *trium Regum* & ſancti *Petri* capellas in parochiales eccleſias cum fontibus baptiſmalibus & cimiteriis, prius tamen congrua per te dictis capitulo loco proventuum & emolumentorum que ipſis ex cura habitatorum & incolarum ſuburbiorum hujusmodi & eorum juribus parochialibus hactenus obvenire conſueverunt, de qua hujusmodi ereccione circumſtantiis debite penſatis tibi racionabliter videbitur & eidem capitulo tradere merito debeant ſe contentos recompenſacione conſtituta & aſſignata, auctoritate noſtra erigas & ſeparatis a dicta eccleſia ſancti *Bartholomei* dictis ſuburbiis cum ſuis habitatoribus & incolis eorumque cura & juribus parochialibus illa videlicet Saſſenhuſen ſanctorum *trium Regum* cum ſuis & novum opidum nuncupatum ſuburbium cum ipſius habitatoribus & incolis predictis ſancti *Petri* eccleſiis hujusmodi jure parochiali hujusmodi ita quod extunc ipſarum eccleſiarum rectores habitatorum & incolarum ſuburbiorum hujusmodi prout ad eos continget animarum curam gerere & ipſis eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, iidemque habitatores & incole rectoribus ipſis intendere & debita parochialia jura preſtare teneantur, eadem auctoritate ſubjicias & illa facias que in premiſſiis & circa ea fuerint neceſſaria vel quomodolibet oportuna; ſi vero hujusmodi erectio modo premiſſo ac commode fieri nequeat quod tuo decernimus judicio relinquendum, dictas capellas ſanctorum *trium Regum* in filiales eccleſias cum cimiterio & baptiſmali fonte hujusmodi erigendo ac ſtatuendo & ordinando auctoritate noſtra que in illis per

certos a dicto capitulo deputandos & pro eorum nutu amovendos capellanos, qui apud easdem capellas commorantes ab ipsis capitulo suo ecclesiastica stipendia sub competente ad hoc consulatus predictorum juxta tue moderationis arbitrium prestando subsidio percipiant, curam animarum habitatorum & incolarum suburbiorum hujusmodi exerceatur & ipsi illis sacramenta hujusmodi ministrare vel aliter per alia media, que magis accomoda perspexeris, prout tibi secundum Deum faciendum fore videbitur auctoritate nostra super premissis ita provideas, ut ex hoc evitandis animarum periculis & submovendis aliis incommoditatibus supradictis oportuna tutela salubriter subministretur. Præterea si ereccionem & subjeccionem hujusmodi per te fieri contigerit, auctoritate predicta prefatis magistris civium & consulibus jus patronatus ad presentandum personas ydoneas quod in capellis predictis hactenus habuerunt, in hujusmodi erigendis ecclesiis perpetuo reservemus & nichilominus capellam sancte *Katherine* predictam cum omnibus juribus & pertinentiis suis dicte tunc ecclesie sanctorum *trium Regum* perpetuo unias, incorpores & annectas ita quod rectore ipsius capelle sancte *Katherine* cedente vel decedente seu alias quomodolibet dimittente licet rectorem ecclesie sanctorum *trium Regum* hujusmodi illius possessionem auctoritate propria libere apprehendere ac ejus fructus redditus & proventus in suas ac ccclesie & capelle earundem committere & retinere dyocesani loci & alterius cujuscunque super hoc licencia minime requisita, proviso tamen, quod

ipsa

ipſa capella ſancte *Katherine* debitis propterea non fraudetur obſequiis ſed ejus congrue ſubportentur onera conſueta non obſtantibus contrariis conſtitucionibus & ordinacionibus apoſtolicis ac dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* ſtatutis & conſuetudinibus juramento confirmacione apoſtolica vel alia quavis firmitate roboratis nec non privilegiis indulgenciis & literis apoſtolicis generalibus & ſpecialibus quarumcunqe tenorum exiſtant perque preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus eorum impedire valeat quomodolibet vel differri & de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mencio ſpecialis, nos enim ſi unionem, annexionem , incorporacionem per te preſencium vigore fieri contigerit, ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari; quod ſi tu attendere nequeas premiſſis exequendis, dilecti filii beate *Marie ad gradus* intra & ſancti Petri extra muros Mogunt. eccleſiarum Prepoſiti vel alter eorum ea nichilominus ac ſi preſentes litere ipſis directe forent & ſuper hiis eorum conſciencias duxiſſemus onerandas in omnibus juxta traditam tibi formam exequantur vel exequatur, ſuper quo cuilibet ipſorum preſentibus mandatum damus & eciam poteſtatem. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* ſub anno incarnacionis Dominice milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, ſeptimo kal. Martii pontificatus noſtri anno quarto.

CLXIX.

CLXIX.

Nicolaus miſeracione divina tituli *ſancti Petri* ad vincula ſacroſancte Romane eccleſie Presbiter Cardinalis per Almaniam & nonnulla alia regna & prouincias apoſtolice ſedis legatus, ac commiſſarius ad infra ſcripta ab eadem ſede ſpecialiter deputatus ad perpetuam rei memoriam. Cum alias propoſito ſanctiſſimo Domino noſtro, quod in opido *Frangfurden* Magunt. dioc. ob populi multitudinem, ſi animarum periculum euitari debeat, opus foret, alias eccleſias curatas erigere, & nobis per ſanctitatem ſuam commiſſo, quod eo caſu capellas ſanctorum trium regum in hoſpitali in *Saſſenhuſen*, & ſancti *Petri* in nouo opido, que ſunt loca continencie ejusdem opidi Frangkfurdenſis, in curatas eccleſias, ſine tamen prejudicio eccleſie matricis ſancti *Bartholomei* erigere curaremus. Nos cunctis mature diſcuſſis, de decani & capituli ſancti *Bartholomei* eccleſie collegiate & matris dicti opidi Frangkfurdenſis ac magiſtrorum & proconſulum opidi predicti expreſſo conſenſu omnibus rite diligenter penſatis prefatas capellas ſanctorum *trium Regum* & ſancti *Petri* cum cimiteriis ad ſepulturam neceſſariis in curatas filias matricis & baptismalis eccleſie ſancti Bartholomei erigimus, itaque in ipſis filiabus inantea omnia ſacramenta, que in curatis eccleſiis per curatos ſacerdotes miniſtrantur, ſolo baptismo dempto, qui in matrice eccleſia ſancti *Bartholomei* tantum uti hactenus miniſtrabitur per eos, qui per decanum & capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* ad hoc in filiabus pro tempore ponentur populo

in

in *Saffenhuſen*, per curatum eccleſie *trium Regum*, & populo noui opidi per curatum ſancti *Petri* conferentur. Et ad finem, quod curati illi ſint attenti circa commiſſam curam, ordinamus, quod ad nutum decani & capituli ſint remouibiles, nos autem ipſis omnibus ponendis curatis apoſtolica auctoritate poteſtatem atque exercicium cure ligandi & ſoluendi & ſacramenta, ut prefertur tradendi, quocienscunque ad hoc per decanum & capitulum poſiti fuerint, preſencium tenore tribuimus poteſtatem. Verum cum tales deceat curatos, de ſtipendio eccleſiaſtico victum & veſtitum habere, ordinamus cuilibet curato annuam proviſionem ſeptuaginta quinque florenorum Renenſium in auro aut ejus valorem, quorum ſeptem marcam puri argenti valent, quam reperimus eſſe racionabilem competentiam ſingulis conſideratis ad hoc oportunis volentes ut de tali ſtipendio curati ipſi contententur, & nec decanum & capitulum nec conſulatum atque univerſitatem opidi Frangkfurdenſis pro uberiori competencia vexent aut inquietent, & quoniam opidani, qui ad proviſionem ſtipendiorum aſtringuntur, niſi ſuccurreretur eis in unione certorum beneficiorum, que ſunt juris patronatus eorundem gravari poſſent. Nos igitur mandatum apoſtolicum nobis directum ut tenemur quantum in nobis eſt, exequi volentes jus patronatus, quod conſulatus hactenus in dictis beneficiis ſanctorum *trium Regum* & ſancte *Katharine*, nec non ſancti *Petri* habuerunt extinguimus, & fructus, redditus & proventus capellarum ſanctorum *trium Regum* cujus quatuor & ſancte *Katherine* cujus

totidem marcarum argenti communi extimacione valorem annuum ut iidem conſules aſſerunt non excedunt in *Saſſenhuſen*, nec non fructus redditus & prouentus ſancti *Petri* in novo opido ad erectas filiales eccleſias transferimus ordinamus & deputamus cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis, & ut jus patronatus, quod extinctis beneficiis habuerunt, reſtauretur, de conſenſu decani & capituli duas vicarias, ſcilicet beate *Marie* tercie fundacionis & ſancte *Crucis* in eccleſia ſancti *Bartholomei* preſentacioni eorundem conſulum pro tempore exiſtencium, quotiens vacare contigerit perpetuis temporibus reſervamus. Et quoniam intencio ſanctiſſimi Domini noſtri eſt, quod ſine prejudicio matricis eccleſie ſancti *Bartholomei* erectio fieri debeat, declaramus, quod nos preterquam in preexpreſſatis honori & utilitati dicte matricis eccleſie ſancti *Bartholomei* & unioni prebende unius ad plebanatum ibidem nequaquam intendimus derogare, nec eciam ab opidanis ipſis, qui curam fabrice hactenus habuerunt in erectis filiabus eccleſiis auferre intendimus, ſed omnia ut fieri conſueverunt in ſuo robore volumus permanere, non obſtantibus contrariis conſtitucionibus & ordinacionibus apoſtolicis ad dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* ſtatutis & conſuetudinibus in juramento confirmacione apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis, nec non priuilegiis indulgenciis generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri, &

de

de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit, in noſtris literis mencio ſpecialis, decernentes irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, in quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes literas fieri, ac per ſecretarium noſtrum infraſcriptum, ſubſcribi, noſtrique ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum in opido prefata *Frangkfurdenſi* die decima nona menſis Marcii ſub anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Nicolai* diuina providencia Pape quinti anno ſexto.

Et ego *Johannes Stam* clericus Treverenſis dioc. publicus ſacra imperiali auctoritate notarius prefati reverendiſſimi Cardinalis ac legati & commiſſarii ſecretarius, quia dictarum parochialium eccleſiarum erectioni, ordinacioni, proviſioni, extinctioni, translacioni deputacioni, reſervationi, declaracioni omnibusque aliis & ſingulis premiſſis, dum ſic per dictum Dominum Cardinalem legatum & commiſſarium preſentibus ibidem venerabilibus viris decano & capitulo predictis, ac decano Wormacienſi pro tempore *Symone de Cuſa* concanonico eccleſie ſancti *Symeonis* Treverenſis ac quam pluribus providis & circumſpectis viris proconſulibus & conſulibus opidi prefati fierent & agerentur una cum dictis ſupranominatis preſens fui, eaque omnia & ſingula ſicut premittitur fieri vidi & audivi, ideo me ſupraſcriptis literis dicti Domini commiſſarii ſigillo ſuo

oblongo ſigillatis & munitis me ſubſcripſi de mandato ejusdem ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis eas ſignaui, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus ſpecialiter & requiſitus.

CLXX.

Duobus novis parochis conſtituitur congrua.

Wir burgermeiſter und rat zu *Franckfort* bekennen uns offinlichen mit diſſem brieffe vor uns und unſer nachkomen, alſo als von befelhins des allerheiligiſten in Gote vaters und herren hern *Niclaus* von gotlicher vorſehunge Babeſt des vierden die erſamen herren dechant und capitel des ſtiffts zu ſant *Bartholomeus* zu *Franckfurt* mit uns und wir myt yme durch den erwirdigen auch in Gote vatter und herren hern *Niclas* von gotlicher erbermde der heilgen criſtlichen kirchen und des ſtuls zu *Rome* cardinal des titels ſancti *Petri ad vincula* von der zweien nuen dochter pharre kirchen wegen die ſin wirdekeit ufgericht hat, nemlich ein zu ſant *Peter* in der *uuwen* ſtat und ein zu den heilgen *drien Kongen* zu *Saſſinhuſen* mit unſſer beyder parthien wiſſen und guten willen gutlich voreinget und ubertragen ſin noch uſſwiſunge des entſcheides bryffs daruber ſagende und als in demſelben brieff under andern artickeln begriffen iſt, daſſ wir eyme iglichen der zweier prieſter die dan dechant und capitel zu capellanen darſelbs ſetzen und geben werden dem folke die heilgen ſacramenta zu andelagen und ſie zu regeren noch ordenung der Criſtenheit verſehen ſollen das ir iglicher jerlichs fallende

habe

habe fünff und ſiebenzig gulden gelts ewiger gulde daran uns zu ſture und helffe kommen ſollent etlich geiſtlich lehen, mit namen das lehen zu ſant *Peter* derſelben dochter parren zu ſant *Peter* zu ſture und die zwey lehen nemlich das lehen zu den heilgen *drien Kongin* und das lehen genant zu ſant *Katherinen* etwan uff der brucken gelegen derſelben dochter parren zu *Saſſenhuſin* zu ſture, die lehunge derſelben drier beneficien die man nennet zu latine jus patronatus wir biſsher gehabt han. Der obgenant unſer vatter der legate von bebſtlicher gewalt die nu abe getan und geleſchet und die gulde derſelben lehen den vorgenanten zweyn parren zu vereynget und des in gein weſſel uns zwo vicarien zu ewigen tagen zu lyhen in den egenanten ſtiffte widderumb behalten hat alles noch uſwiſunge des vorgerurten brieffs, des han wir burgermeiſter und rat zu *Franckfurt* vorgenant angeſehen nottorfft der dinge und off das dye dochter parrekirchen vorgenant deſte ee angefangen zu guter ordenunge bracht Godes ere und dinſt gemeret und gefurderet werde und reden und verſprechen vor uns und unſer nachkomen in guten truwen das wir den egenanten zweyn prieſtern zu yrer zemlichen vorſehunge alle jare uff unſer ſtede rechnunge oder renten geben und reichn ſollen und wollen iglichen fünff und ſiebenczig gulden nemlich halp zu ſant *Michels* dag und halp zu oſtern, doch alſo beſcheydenlich das uns und unſer nachkomen jerlichs darzu helffe und ſture gefallen und werden ſollen und off heben mogen die gulde und rente

ſo die vorgerurten dru beneficia han und auch die pantſchafft derſelben beneficia ewige gulde damit zu keuffen und zu zugen daran wenden mogen, wanne aber uber kurtz ader lang den vorgeſcriben zwein prieſtern vorſehen und zugefugt iſt durch uns oder mit helffe andern irbern lude das in iglicher mit der gulde der egenanten drier beneficien jerlich fallen hat LXXV gulden gelts ewiger gulde ſo ſollen wir und unſer nachkomen dar afftter ſolicher LXXV gulden zu reichn quit ledig und loiſſ und die eyn teils oder zu male zu reichen nit ane plichtig ſin und uns diſſer brieff widder geben werden und ſollen und wollen wir und unſer nachkomen uns an diſſen vorgeſchriben dingen die zwo nuwe dochter parrkirchen antreffende halden noch inhalt und uſſwiſſunge des vorgerurten ordenungens brieffs daruber ſagende inhalden allen und iglichen ſachen geverde und argeliſte genczlich uſſgeſcheiden. Deſſ zu orkunde und bekenteniſſ han wir unſer ſtade ingeſiegel vor uns und unſer nachkomen an diſſen brieff thun hencken. Datum anno Domini M°CCCC°LIII, feria tercia poſt feſtum nativitatis ſancti Johannis Baptiſte.

CLXXI.

Ordinatio circa concionem in Bornheim in diebus rogationum

Ich meyſter *Johan Oppeler* von *Butzbach* pherner czu *Franckſurt* und *Concze Ryſſe* von *Kylgenſteten* und *Peter Ruſſe* von *Bornheym* buwmeyſter der kirchen daſelbſt czu *Bornheym* bekennen vor uns und unſer nachkomen pherner und bumeyſter in crafft

dis

dis brieffes daz die erſamen herren das cappitel czu ſant *Bartholomeus* czu *Franckfurt* haben mit unſerm wiſſen und guten willen czu lobe dem allemechtigen Gode und czu nucze denſellen geordent, das man in der crucze wochen czu der zyt als man die crucze pleget zu dragen gegen *Bornheym* ſal thun eyn predige, wem das dan eyn pherner czu *Franckfurt* bevelet und das dem prediger ſollen und wollen wir und unſer nachkommende bu wemeyſter geben nach der predigen als balde von des bu wegen dry ſchilinge heller Franckfurter werunge vor ſin arbeit und das der buwe deshalben nit beſwert werde, ſo hait der erſame herre meyſter *Jugo Froſch* canonick zu ſant *Bartholomeus* czu *Franckfurt* gegeben an den buwe ſehs gulden eyn ſoliche gulde czu keuffen ander in ander kuntliche nothdurfft und nuzen deſſelben buwes czu wenden und czu keren wie und welches dan aller nuczt und beſt iſt und das dan auch iſt alſo ſchehe, und deshalben haben wir auch geriddet und geridden vor uns und unſer nachkomen eyn ſoliche ordenunge ewigliche zu halten feſte und ſtete und des zu eyner ſicherheyt habe ich meyſter Johan egenannt von myntwegen myner pharre ſiegel an dieſen brieff thun hencken; diewile aber wir *Contze* und *Peder* bumeyſtere obgenant nit eygen ſiegel haben ſo han wir gebeden den vorſichtigen juncker *Henne Glauburger* in dem Nuenburger hoffe zu *Franckfurt* burger daſelbſt ſin ingeſiegel vor uns daran czu hencken; das ich *Henne* egenant von ir bede wegen alſo gethan han doch mir uud mynen erben unſchedelichen. Datum anno Domini MCCCCLVIII,

MCCCCLVIII° ſabbatho poſt feſtum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum.

Eadem ordinatio facta eſt circa concionem in *Bockenheim* in diebus rogationum habendam.

CLXXII.

Confirmatio apoſtolica ordinationis an. 1444 factæ.

Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam. Expoſcit nobis injunctum deſuper apoſtolice ſervitutis officium, ut ea que pro eccleſiarum preſertim collegiatarum & alias inſignium ſtatu nec non perſonarum quarumlibet animarum ſalute provide proceſſiſſe comperimus, ut firma perpetuo illibataque perſiſtant apoſtolico munimine roboremus; ſane ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum decani & capituli eccleſie ſancti Bartholomei opidi *Franckfurdenſis* Mag. dioc. peticio continebat, ipſi olim provide attendentes, quod eidem eccleſie, que unica in dicto opido matrix eccleſia exiſtit, cura parochianorum totius opidi prefati per canonicum ejusdem eccleſie plebanum nuncupatam & ad nutum decani & capituli prefatorum amovibilem cum certis cappellanis in hoc ſibi aſſiſtentibus exerceri ſolita imminebat animarum; quodque ad dictum opidum, quod inſigne plurimum exiſtit, diverſe de variis mundi partibus perſone utriusque ſexus confluebant, ex quo ſummopere videbatur neceſſarium, quod ipſius eccleſie plebanus qui foret pro tempore alias in redditibus & proventibus neceſſariis pro ſe & aſſiſtentibus hujusmodi competenter habundare ſolitus, non ſolum vite ac morum

morum honeſtate ſed eciam litterarum ſciencia polleret, unum ex canonicatibus & unam ex prebendis dicte eccleſie, quos primum inibi per ceſſum vel deceſſum ſeu quamvis aliam dimiſſionem alicujus ipſius eccleſie canonici vacare contingeret, pro magiſtro aut baccallareo formato in theologia ſeu doctore vel licentiato in jure canonico, qui per biennium in aliquo ſtudio generali in ſacra pagina ſtuduiſſet & cum rigore examinis gradum hujusmodi ſuſcepiſſet, cum plebanatu dicte eccleſie uniendos ad hoc bone memorie *Theodorici* Archiepiſcopi Maguntinenſis interveniente auctoritate reſervaverunt, deputaverunt, volentes & aſſignaverunt, volentes & auctoritate prefati ſtatuentes, quod dicti canonicatus & prebenda ac plebanatus ipſe, qui antea per plures annos menſe capitulari dicte eccleſie ſedis apoſtolice auctoritate unitus & incorporatus extiterat, poſtquam ſic invicem forent uniti, ut prefertur, quociens illos vacare contingeret, prima vice decretorum doctori eciam ſi per biennium in theologia non ſtuduiſſet deinceps vero perpetuis temporibus non niſi perſone in altero ad minus graduum predictorum qualificate per decanum & capitulum prefatos conferrentur, quodque perſona ipſa illos inſimul recipere & retinere illorumque fructus percipere & habere libere & licite poſſet & valeret, ita tamen, quod apud eandem eccleſiam reſidenciam perſonalem facere & curam illius una cum capellanis aſſiſtentibus hujusmodi gerere, nec non certis temporibus ſermones ad populum inſtruendum facere ſeu habere & nonnulla alia adimplere & exercere ac eciam de

hiis ut premittitur fideliter adimplendis & exercendis in manibus prefati decani ſolemne juramentum preſtare teneretur, quodque poſtmodum prefatus Archiepiſcus cum quondam *Johannes Swerte* de *monaſterio* canonicus prebendatus dicte eccleſie, ut premiſſa ſuum votivum ſortirentur effectum, canonicatum & prebendam, quos inibi obtinebat, in manibus decani & capituli prefatorum ſponte & libere reſignaſſet de premiſſis plenius informatus, reſervationem, deputacionem, aſſignacionem, voluntatem ſtatutum & ordinionem ac alia premiſſa auctoritate ordinaria per ſuas patentes litteras approbavit & confirmavit & nichilominus pro pociori eorundem premiſſorum firmitate canonicatum & prebendam reſignatos hujusmodi una cum dicto plebanatu eadem auctoritate univit, annexuit & incorporavit ac voluit & eisdem decano & capitulo conceſſit, quodſi canonicatum & prebendam ac plebanatum predictos pro tempore obtinens apud eandem eccleſiam reſidere non curaret ſeque diucius ab illa abſentaret ſeu in gerendo ac exercendo curam aut ad obſervanda ſtatuta & conſuetudines hujusmodi notabiliter negligens & remiſſus repertus foret, ſeu alias ejus exceſſus id exigerent, trina ac legittima monicione previa requiſitus non deſiſtere nec ſe emendare vellet, juxta arbitrium decani & capituli predictorum nullo alio obſervato proceſſu amoveri ac ejus loco alter ſurrogari poſſet, ipſeque ſic amotus ſine contradiccione cedere & id in primeva ſua recepcione jurare teneretur, & ſi ſenio aut longevo ſeu incurabili morbo ipſum detineri contingeret, ex

tunc

tunc ei coadjutor deputari deberet, quodſi dictum plebanatum alicui ex aliis canonicis actu capitularibus dicte eccleſie ſic ut premittitur, qualificate committi contingeret ac ejus canonicatus & prebenda, quos prius ibidem obtinebat, per aſſecucionem hujusmodi vacarent, talis honoris & loci canonicalis in quo tunc conſiſtebat, prerogativam nullatenus amitteret, ſed in illis ut prius penitus remaneret nonnullis adjectis aliis prout in litteris autenticis de ſuper confectis Archiepiſcopi nec non decani & capituli predictorum ſigillis munitis, quas hic pro inſertis haberi volumus plenius continetur, quare pro parte decani & capituli predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum ut reſervacioni deputacioniaſſignacioni, voluntati, ſtatuto, ordinacioni, approbacioni & aliis premiſſis robur apoſtolice confirmacionis adjicere ac alias eis & eorum ſtatui in premiſſis providere de benignitate apoſtolica dignaremur;nosigitur qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus & confirmacionibus unionum commiſſio fieret ad partes vocatis quorum intereſt, alioquin unio non valeret, hujusmodi ſupplicacionibus inclinati reſervationem deputacionem, aſſignacionem, voluntatem, ſtatuta, ordinaciones, approbacionem, confirmacionem, communicionem, incorporacionem, annexionem, uniones & decreta predicta & quecumque inde ſecuta prefatique Archepiſcopi literas & earum continencias rata habendes & grata illa omnia & ſingula cum inde ſecutis hujusmodi auctoritate apoſtolica & ex certa noſtra ſciencia confirmamus & approbamus ſupplentes omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint quo-

modolibet in eisdem, & nichilominus pro pociori premiſſorum firmitate canonicatum & prebendam reſignatos predictos, quorum ſex plebanatui predicto, cujus fructus, redditus & proventus eciam ſex marcharum argenti ſecundum communem extimacionem valorem annuum ut prefati decanus & capitulum aſſerunt, non excedunt, ſive ut premittitur, ſive alias quovis modo, aut ex alteris cujuscumque perſona vacent auctoritate & ſciencia predictis tenore preſencium de novo perpetuo unimus, annectimus & incorporamus ſtatuentes & decernentes omnia & ſingula premiſſa & quodlibet eorundem deberi perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari, de quorum quidem canonicatus & prebende ac plebanatus fructibus redditibus, obvencionibus & emolumentis ipſe plebanus pro tempore jura apoſtolica, ordinaria, archidiaconalia, regalia & alia incumbencia onera & preſertim penſionem annuam ipſis decano & capitulo ab olim usque in preſens ſolvi conſuetam ſolvere debeat & teneatur dioceſani loci & cujusvis alterius ſuper premiſſis & eorum ſingulis licencia minime requiſita. Preterea ut premiſſa quiecius & diucius valeant obſervari, perpetuo conſtitucionis edicto auctoritate apoſtolica ſtatuimus harum ſerie & ordinamus, quod canonicatus & prebenda ac plebanatus antedicti ſub nullis expectativis, graciis imperialibus vel regalibus, primariis precibus, nominacionibus, reſervacionibus, collacionibus, diſpoſicionibus, indultis aut nominandi facultatibus eciam ex certa ſciencia & motu proprio imperatoribus, regibus, reginis, ſancte

Roma-

Romane eccleſie cardinalibus dumtaxat exceptis, Archiepiſcopis Epiſcopis & aliis quibusvis perſonis cujuscunque ſtatus, gradus aut condicionis fuerint auctoritate apoſtolica ſeu legatorum ejusdem conceſſis ſeu impoſterum concedendis de cetero comprehendantur, nec eorum ac proceſſuum deſuper habitorum ſeu habendorum vigore aliquis predictorum canonicatum & prebendam ac plebanatum eosdem communiter nec diviſim acceptare neque de illis ſibi poſſit facere provideri, quin ymo iidem decanus & capitulum pro tempore exiſtentes canonicatum & prebendam ac plebanatum unitos hujusmodi libere & licite quocunque tempore & quibuscunqne diebus ac menſibus perſone ut premittitur qualificate conferre ſeu alias de eisdem prout eis expediens videbitur, ac ſimiliter in certis menſibus ordinariis locorum conceſſis ipſorum canonicatus prebenda ac plebanatus vacacio pro tempore occurreret, diſponere, ipſaque perſona plebanatum, canonicatum & prebendam hujusmodi ac ipſorum juriumque & pertinenciarum eorundem poſſeſſionem propria auctoritate apprehendere & in uſus proprios retinere perpetuo valeant atque poſſint, dioceſani loci aut alicujus alterius licencia ſuper hoc minime requiſita, non obſtantibus voluntate noſtra predicta ac conſtitutionibus & ordinacionibus apoſtolicis nec non dicte eccleſie juramento, confirmacione apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque, ſeu ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales

vel generales apoſtolice ſedis vel legatorum ejus literas cujuscunque tenoris impetraverint, eciamſi per eas ad inhibicionem, reſervacionem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas & proceſſus habitos & habendos per easdem & quecunque inde ſecuta quoad plebanatum, canonicatum & prebendam reſervatos hujusmodi volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari & quibuslibet literis, privilegiis & indultis apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, perque preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earundem impediri valeat quomodolibet vel differri & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mencio ſpecialis, nos enim ex nunc inritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis, approbacionis, ſupplecionis, unionis, annexionis, incorporacionis, conſtitutionis, ſtatuti, ordinacionis, voluntatis & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Mantue* anno incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono, undecimo kalendas Julii, pontificatus noſtri anno primo.

CLXXIII.

CLXXIII.

Reverſales neo-parochi in Sachſenhauſen.

Ego *Conradus Meüſſing* de *Steinheim* recognoſco hoc meo chirographo quod anno a nativitate Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo quarto die jovis que fuit vigeſima quinta dies Auguſti menſis ſuſcepi a venerabilibus viris & Dominis decano & capitulo eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfurdienſis curam filialis eccleſie in *Sachſenhuſen* & obligavi me prelibatis Dominis meis juramento ad ea que ſequuntur & modo ſubſcripto: Ego *Conradus Meuſſingk* de *Steinheim* juro quod ero fidelis & obediens in licitis & honeſtis decano capitulo & plebano eccleſie ſancti *Bartholomei* eosque & ſingulas perſonas ejusdem capituli in debita reverentia tenebo & ſecreta capituli celabo. Item quod non impetrabo quidquam quod ſit contra Dominos meos decanum capitulum vel plebanum ejusdem eccleſie, nec utar impetratis contra eosdem quovis modo. Item quod non adherebo nec confidam alicui appellationi contra dictos Dominos meos decanum & capitulum vel plebanum, nec appellationi cui ipſi non adherent nec confidunt, ſed ſemper appellationi cui ipſi adherebunt, adherebo, item quod capitulum preſentias, fabricam & plebanatum eccleſie ſancti *Bartholomei* tenus poſſe & diligenter promovebo. Item quod populum michi ſubjectum diligenti cura & michi poſſibili reſpiciam & eidem cum congruet, ſacramenta eccleſiaſtica juxta tenorem littere erectionis filialium eccleſiarum miniſtrabo, & ſi in hoc aliquando dubitavero ad Dominum plebanum eccleſie ſancti *Bartholomei* recurram. Item quod nullum-

lum interdictum vel ceſſationem divinorum in filiali eccleſia mihi commiſſa ſine expreſſo conſenſu capituli ac plebani ponam, tenebo ſive publicabo. Item quod nichil quod aliquo modo vergere poterit in prejudicium collegii vel parochie eccleſie ſancti *Bartholomei* in filiali eccleſia michi commiſſa vel in ſubditis ejus vel quocunque alio modo attentabo aut quantum poſſum attentari permittam. Item quod ſermones miſſam & alia michi incumbentia non aliter quam ſecundum diſpoſitionem capituli & plebani eccleſie ſancti *Bartholomei* perficiam & complebo. Item quod redditus & proventus perſolvendos canonicorum preſentiarum & plebani eccleſie ſancti *Bartholomei* toties quoties requiſitus fuero in ambone diligenter monendo publicabo. Item quod per nullam noctem extra domum michi ad inhabitandum deputatam ſine expreſſa licentia decani vel plebani dormiam vel permanebo. Item juro quodſi ſtipendium filialis eccleſie michi commiſſe dimittere voluero quod id ipſum ante hoc ad quantam anni capitulo in timabo. Item ſi per capitulum a cura eccleſie michi commiſſe me amoveri prout ad nutum eorum poſſunt, contingat quod tunc ipſam ſine contradictione dimittam & nec verbo nec facto directe vel indirecte contra decanum capitulum vel plebanum aut cui ex poſt commiſerint quo quomodo reſiſtam neque eas aut aliquem eorum intuitu illius in cauſam traham. Item quod de emolimentis ſive proventibus cedentibus in filiali eccleſia michi commiſſa cui cedant nulli niſi de expreſſa licentia capituli vel plebani quidquam loquar nec etiam pandam.

dam. Idem quod ſingula offertoria, ſacramentalia & generaliter omnia emolimenta ſive ſint in legatis ſive in quibuscunque aliis que cedunt ratione populi vel alias in filiali eccleſia michi commiſſa, ſive intuitu cure michi commiſſe, demptis confeſſionalibus diligenter colligam & plebano vel ad locum qui michi deputatus fuerit, per eum fideliter & integre preſentabo. Item quod nullum niſi poſthabita voluntate plebani eccleſie ſancti *Bartholomei* quod ſit introniſandus, introniſabo. Item quod proventus ratione purificationis poſt partum, ratione introniſationis vel alias ab antiquo campanatori eccleſie ſancti *Bartholomei* competentibus tempore quo porrigi debent, recipiam & ſibi prout capitulo viſum fuerit preſentabo. Item quod ſingulis annis de ſtipendio ſive cenſibus ratione cure mihi commiſſe exhibitis capitulo & plebano eccleſie ſancti *Bartholomei* rationem faciam & exhibebo & novas dantes & ſingulas alias circumſtantias diſtincte notificabo. Item quod ſtipendio illo contentabor & nec decanum nec capitulum nec plebanum cum eodem aggravabo vel vexabo, nec alias quicquam quod alicui eorum eſſet prejudiciale ratione ejusdem attentabo atque nec in quocunque alia ipſis ab antiquo dari ſolito eos impediam vel inquietabo. Item ſi eccleſiam cujus cura michi commiſſa eſt, quomodocunque evenerit non rexero, ſi tunc plus de ſtipendio quam michi debetur, pro tempore quo ipſam rexi recepero, ſecundum ratam temporis capitulo indilate perſolvam & preſentabo. Item quod conſuetudines & omnia ſtatuta & ſtatuenda

que concernunt vel concernerent curam michi commiſſam diligenter & omni phara ſecluſa obſervabo. Item quod hujusmodi juramenti mei tenorem ſigillo meo communitum infra driduum decano & capitulo preſentabo. In quorum omnium & ſingulorum robor & teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt a me impreſſum. Datum anno menſe die quibus ſupra.

CLXXIV.

Parochianorum obligatio inculcatur.

Petrus Dei gracia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto ſanctorum *Georgi* & *Nicolai* capellanis Franckenfordenſis ſalutem in Domino. Diſcrecionis veſtre ſub pena ſuspenſionis jam late ſentencie diſtricte precipiendo mandamus, quatenus excommunicacionis ſentencias quas Syfridus plebanus eccleſie Franckinfordenſis in genere vel in ſpecie promulgaverit in ſuos ſubditos jure porochiali ſibi ſubjectos, qui diebus Dominicis ſive temporibus debitis ad parochiam venire contempnunt ad divinum officium vel qui ipſum defraudant in ſuis oblacionibus debitis & conſuetis vel qui apud alios licet eciam religioſos eo invito & non conſenciente percipiunt eccleſiaſtica ſacramenta, nos etiamſi forte aliquibus indulſimus ut alibi quam in parochia communicent vel alia recipiant eccleſiaſtica ſacramenta, cum id vergat in ipſius plebani grave diſpendium, preſentibus revocamus, ſeu aliquos inducunt & alliciunt verbis nutibus ac ſignis ut apud religioſos eligant eccleſiaſticam ſepulturam, ſeu qui feſta violant celebran-

lebranda quandocunque & quocienscunque ab eodem plebano requiſiti fuerint, executioni debite demandetis & in ambonibus parochie & veſtris eos excommunicatos publice nuncietis exequentes quoque ſententias quas idem plebanus propter hoc tulerit, quod aliqui parochiales ipſius eo invito & non conſenciente alibi quam in parochia ſua aſſumunt habitum beckinarum, ſuper quibus omnibus premiſſis & ſingulis prefato plebano promulgandi excommunicacionis ſentencias damus & concedimus tenore preſencium poteſtatem in hiis exequendis alter alterum non expectet. Datum *Maguncie* VIII kal. Octobris anno Domini MCCCX°.

§. III.

Regiſtrum

Altarium, vicariarum & beneficiorum ad inveſtituram Præpoſiti S. *Bartholomaei* pertinentium ſeculo XVI.

In eccleſia S. *Bartholomaei.*

Vicaria S. *Trinitatis* olim fuit de collatione *Hertwici* de *Peterweil*, modo ad capitulum pertinet. CCIX. CCX— Vicaria S. *Matthaei* ſive quatuor *Evangeliſtarum* pertinebat den *Stockern* in Francfurt nunc devoluta eſt ad capitulum collatio. CCXVI &c— Vicaria S. *Chriſtinae.* Vide in hoſpitali S. *Spiritus*— Vicaria S. *Nicolai.* Vid. in capella S. *Nicolai*— Ad vicariam S. *Thomae* præſentabant milites de *Saxen-*

hauſen poſtea die von Blœ modo ſenior *Frankinſtein* — Ad vicariam S. *Martini* præſentant modo dicti *Frankinſtein* — Vicaria S. *Spiritus* &c. — Vicaria *Mathiae* Apoſtoli videatur infra ad S. *Spiritum* — Ad vicariam *Symonis & Judae* Apoſtolorum olim præſentabant teſtamentarii *Alberti uf der Hofsſtadt*, pertinet nunc perpetuo ad capitulum, evolutis octo vicibus, ut docent libri vicariarum & fundatio — Vicaria S. *Jacobi* ſecundæ inſtitutionis.

In codice ſeculi XV vicariæ S. *Bartholomaei* ſic recenſentur: tabula redituum vicariarum habentium litteras — Primo *Marie* virginis prime inſtitutionis. CLXXV &c. Item *Marie* ſecunde inſtitutionis — It. *Marie* tercie inſtitutionis. CLXXVIII — It. *Jacobi* prime inſtitutionis CLXXIX &c. — It. *Andree* & *Egidii*. CLXXXII — It. *Johannis Ewangeliſte* prime inſtitutionis. CLXXXIII &c. — Item *Johannis Ewangeliſte* ſecunde inſtitutionis. CLXXXV. CCXII — It. *Petri & Pauli*. CCXII — It. vicaria *Chori*. CLXXXVI — It. vicaria *Crucis*. CLXXXVII — It. *Laurentii* prime inſtitutionis — It. *Thome*. CLXXXVIII &c. It. *Barbare* — Item *Dorothee*. CXC — It. *Marie Magdalene* — Item *trium Magorum* & *Johannis Baptiſte* — It. *Erhardi*. CXCII — It. *Symonis* & *Jude*. CXCIII — It. *campanatoris*. CXCVI — It. *Anne*. CXCVII — Item *Mathie* & *Bonifacii*. CXCVIII &c. — It. *Thadei* Apoſtoli. CCIV &c. — Item *Jodoci*. CCVII &c. — It. *Katherine*. CCXXVIII — It. *Stephani* — It. *Trinitatis*. CCIX &c. — It. *Johannis Baptiſte* — It. *Michae-*

chaelis. CCXII — It. *omnium Sanctorum.* CCXIII — It. *Valentini* — It. *Cosme & Damiani* — It. *Sancti Spiritus.* CCXV — It. *Mathie Hospitalis.* CCXI — Item *Marie* virginis & *Marie Magdalene* penitentum — It. *Margarethe* in cappella sancti *Nicolai* — It. *Mathei* sive *der Stockern.* CCXIV. &c. CCXVI &c — It. *Laurentii* ad S. *Nicolaum* — Item *Jacobi* secunde institutionis.

Copiosus iste vicariorum numerus (CCXIX) præsentias chori à variis benefactoribus adauctas (vide supra notam (n) & hinc inde litteras traditionum nec non CCXXIII.) deserviit æquales (CCXXI. CCXXII. CCXXV &c.) temporum fatis autem adeo imminutus est (CCXX) ut ecclesia S. *Bartholomaei* sex solummodo in præsens numeret vicarias modicis admodum redditibus instructas.

Anno MCCCXV. chorus S. *Bartholomaei* pridie idus Maji fundabatur (*prout hodie conspicitur*) & anno MCCCXXXVIII. V Idus Augusti in choro divina primitus habebantur, qui fuit dies dedicationis. Tectum perficitur anno MCCCL. in vigilia *Pasche. Latomus in MS.*

CLXXV.

Ego *Johannes* dictus de *Rodaha* scolasticus ecclesie Franckinfurdensis tenore presentium recognosco presentibus & futuris publice profitendo, quod ob honorem omnipotentis Dei & gloriose virginis matris ejus ac in remedium anime mee meorumque parentum *Altare beate virginis* in ecclesia beati *Bartholo-* Vicaria B. M.V. primæ institutiones.

maei Franckenfurd. dotavi cum bonis & proventibus ſubſcriptis in hunc modum, videlicet quod officians ipſum altare recipiet ſingulis annis novem octalia ſiliginis quorum *Chriſtanus* in *Cadercamp* & ejus heredes perpetuo dabunt, quatuor octalia ſiliginis de curia in *Cadercamp* quam nunc inhabitat & eſt ſita in platea apud molendinum. Item & de bonis infraſcriptis videlicet quatuor jugera pratorum de *Breidewiſe* & unum juger prati *zume Schothee* & unum juger agri ubi deſcenditur ad eccleſiam & emi illud apud *Wigandum Griben.* Item *Giſelbertus* dictus *caupo* & ſui heredes dabunt de vineis quas ibidem comparavi emptionis tytulo duo octalia ſiliginis. Item de bonis *Diboldi in Ovenbach* ſenioris tria octalia ſiliginis, hec quidem annona infra aſſumpcionem & nativitatem beate *Marie* virginis preſentabitur Franckenford. officianti altare prenotatum ab illis, qui dictam curiam in *Cadercamp* & vineis ibidem aut curiam in *Ovenbach* antedictam habent poſſident vel poſſidebunt. Item *Biſchofsheym* vineas habebit, quas apud *Waltherum* filium *Waltheri* de *Mersfelt* comparavi & unum juger dictum *zum Lohe*, quorum fructus percipiet officians altare cum annona memorata. Item domum lapideam contiguam domui Sifridi canonici ſub qua eſt ſtabulum & non cellarium. Item de apotecis quas juxta cymitherium edificavi, dabuntur ſeptem denarii ſingulis diebus Dominicis ad altare ſancti *Bartholomei*, quorum presbiter celebrans in illa die tres recipiet, quatuor vero miniſtri ſui & quidquid de cenſibus ipſarum apothecarum ſupererit, officianti dictum altare remanebit; preterea ordino, dono, or-

dina-

dinavi & donavi vineas in *Hohenſtad* quas apud Dominum abbatem & conventum in *Hagenehe* comparavi dictas *zume Deſtbaume*. Item unum juger dictum *ſigenandes morgen* quod apud figenandum de *Schlinheim* comparavi ſitum juxta crucem in *Hohenſtad*, domum quam inhabitat *Alheidis* dicti de *veteri moneta* cum domibus ad eandem domum pertinentibus quondam *Leonis* mei concanonici, domum ſitam juxta predicatores ex oppoſito *Agnetis* domus dicte *Sparwerer*, curiam ſitam in *Saſſenhuſen* cujus proprietatem apud *Hartmudum* militem de *Saſſenhuſen*, hereditatem vero erga *Reynhardum* ſacerdotem comparavi ad ſepedictum altare, ita quod poſt mortem meam cenſus cedentes de domibus attinentibus domui quam ipſa *Alheidis* inhabitat cum veneis in *Hohenſtad* & curia in *Saſſenhuſen* cedent ad altare ſepedictum una cum domo juxta predicatores memorata. In hujus rei teſtimonium & robur firmitatis preſentes litteras ſigillis Domini decani Franckenfurdenſis cantoris ibidem & mei dignum duxi communiri. Datum & actum anno Domini MCCLXXXIV. in vigilia aſſumpcionis beate *Marie* virginis.

CLXXVI.

Nos ſcultetus & ſcabini de *Franckenfurd* tenore preſencium recognoſcimus publice profitentes, quod *Sifridus* dictus de *Erlebach* vicarius eccleſie Franckenfurdenſis in noſtra preſencia conſtitutus de conſenſu & bona voluntate *Marquardi* filii ſororis ejusdem *Sifridi* preſente & conſenciente omnia bona ſua que

ipſe

ipſe *Sifridus* tenuit & poſſedit & ipſum pro media parte contingencia de bonis que ipſe *Sifridus* & *Marquardus* adhuc indiviſa tenent & poſſident in terminis & villa *Durkelwila* ſita preter ſex jugera terre arabilis que emit & comparavit pro parata pecunia pater antedicti *Margwardi* erga *Reinheidim* matrem prelibati *Sifridi* & curiam ipſis bonis attinentem ſitam in dicta villa *Durkelwila* quam ipſe *Sifridus Marguardo* ſuo conſanguineo predicto dedit & deputavit abbati & conventui monaſterii in *Arnsburg* ordinis Cyſtercienſis legavit & irrevocabiliter donavit modis et condicionibus infraſcriptis, ita quod ſingulis annis quamdiu ipſe *Sifridus* vixerit dabunt et preſentebunt eidem in omnem eventum *Franckenfurd* infra duo feſta aſſumcionis et nativitatis ſancte *Marie* virginis ad domum quamcunque deputaverit quatuor octalia tritici et viginti duo octalia ſiliginis menſure Franckenfurd. ſuis periculis laboribus et exſpenſis, poſt ipſius vero *Sifridi* obitum prefati abbati et conventus de eisdem bonis ipſum contingencia perpetuo ſingulis annis octo octalia ſiliginis menſure predicte ad altaria ſita in parochia Franckenfurdenſi et cymitherio videlicet ad altare *beate Marie virginis* S. *Katherine* S. *Johannis Ewangeliſte* S. *Jacobi* S. *Marie Magdalene* ſanctorum *Petri* et *Pauli* Apoſtolorum S. *Michaelis* & ad ſuperius altare in ipſa capella S. *Michaelis* ſuper oſſa mortuorum edificatum ad quodlibet altare unum octale ſiliginis dabunt et preſentabunt *Franckenfurd* infra ſupradicta duo feſta ſuis laboribus et expenſis camerario decani et capituli eccleſie Franckenfurdenſis qui pro tempore fuerit ut ipſe camerarius eadem octo octalia ſiliginis preſentet et miniſtret

niſtret ſingulis annis deſervientibus pro tempore ad altaria antedicta et quidquid de ſupradictis bonis ultra ſupradicta octo octalia cedere poterit annis ſingulis miniſtrari debet Abbati et conventui predictis in *Arnsburg* pro conſolacione ſive pytancia in anniverſario Sifridi memorati, predictus eciam Sifridus in noſtra preſencia conſtitutus ſupradicta bona et omne jus quod in eisdem habuit et habet prefatis Abbati et conventui in *Arnsburg* reſignavit perpetuo poſſidenda modis et condicionibus ſupradictis, adjectum eſt inſuper quod quandocunque placuerit prenotatis Abbati et conventui ſupradicta bona divident equaliter cum *Marquardo* ipſius *Sifridi* conſanguineo ſupradicto ipſius *Marquardi* condicione non obſtante. Teſtes hujus ſunt magiſter *Dietmarus* decanus eccleſie Franckenfurdenſis *Hertwinus* de *alta domo Sifridus de Gyſenheim Johannes Goltſtein* ſcabini et quam plures alii clerici et layci de *Franckenfurd* fide digni, et nos ſcultetus et ſcabini prenotati ad rogatum *Sifridi* vicarii et *Marguardi* conſanguinei ſui ſepedictorum ſigillum univerſitatis noſtre preſentibus duximus appendendum in teſtimonium omnium premiſſorum. Datum et actum anno Domini M°CCCIII° kalendas Marcii.

CLXXVII.

Wir der official der probſtie zu *Franckenfurd* irken- Cenſu au-
nen uns offinliche an deſeme geinwurtigen brieff das getur.
vor uns ſtunt an unſer geinwurtekeyde her *Johan Palmeſtorpher* eyn prieſter und ein ewig vicarie des ſtiftes zu ſante *Bartholomee* zu *Franckenfurd* und irkante

ſich das he vorluhen und vorerbet hette rechte und redelich ſiner vicarien gut eyn ſtucke das leyt vor eynen halben morgen wingarten der da gelegin iſt in der terminunge des dorffes zu *Hohinſtad* und leit hinder der kirchin und heiſſet an dem cruce und waz etzwan her *Simerhenſtorckes Henrichene Becker* und *Jutten* ſiner elichen wirten und ihr erben die da geſeſſen ſint daſelbes zu *Hohinſtad* umb ſes ſchillinge heller geldes jerlicher ewiger pennig gelde franckenfurter werunge auch irkanten ſich *Henechin Becker* und *Jutte* ſin eliche wirten das ſie adir ir erben adir wer das ſtucke inne hette ſulde geben und ritten die nemelichen ſes ſchillinge heller geldes alle jar uff ſancte *Martines* dag her Johan Palmestorpher adir wer noch ym vicarius wurde an ſin ſtad mit namen uff unſer frauwen alter der meſſe die da iſt unter des ſtiftes hohe meſſe auch herkannten ſich die erbern herren der dechan und das capittel des vorgenanten ſtiffes zu ſancte *Bartholomee* das ir gude wille und furhancniſſe wer das der obgenant herr Johan Palmestorpher das ſtucke wingarten vorluhen und vorerbet hatte und des zu merer feſter ſtedekeit allir der vorgeſchribenn ſtucke ſo han wir der obgenant official unſer officialiteten ingeſell umb bede willen bey der partie an dieſen brieff gehangen hyby ſint geweſt *Contze Beſchofshemmer* und *Contze Schuttwortte* datum anno Dni. M°CCC°LVIII in kathedra ſancti *Petri*.

CLXXVIII.

Subpignus pro IV marc.

Officialis prepoſiture Franckenfordenſis recognoscimus in hys ſcriptis, quod conſtitutus coram nobis

Con-

Conradus dictus *Vorkauff* inſtitor opidanus Franckenf. recognovit publice & expreſſe poſteriorem partem domus ſue quondam à *Volperto* ſartore opidani ibidem comparatam in fundo ſex ulnas cum dimidia menſure pannorum longitudinis & latitudinis infra parietes continentem ſubpignus eſſe proportionabiliter una cum domo ejusdem *Volperti* eidem contigua ſitis in antiquo opido Franckenf. ſuperiori parte infra domos camerar: *duchgaden* vulgariter dictarum antiquarum & novarum pro redditibus quatuor marcarum den: Wederaubienſium uſual: monete Franckf. pertinentibus vicario *beate Marie virg. tercie inſtitucionis* in eccleſia S. *Bartholomei* Franckf. ita quod vicarius prefate vicarie pro tempore exiſtens partem proportionalem reddituum quatuor marcarum predictarum ſuper parte domus *Conradi* paenotati requirere & eandem impetire poteſt pro eadem ſi defectum in domo Volperti ſupradicti quovis modo pateretur contradictione cujuslibet non obſtante. Actum & datum anno Domini M°CCCLX° tercio quinto kal. Febr. preſentibus *Jacobo zum Nuwenhuſe Heinrico zu Drachinfels Heinrico de Ovenbach* opid. Franckenf. & quam pluribus aliis fide dignis ad premiſſa pro teſtibus vocatis ſpecialiter & rogatis. In cujus rei teſtimonium ſigillum officialitatis noſtre ad rogatum *Conradi* memorati preſentibus eſt appenſum.

den. ad vicar. B. M. V. tertie inſtit.

CLXXIX.

In Godis namen amen. Kunt ſy allen guden luden, die dit geinwurtige dutſche uffin inſtrument anſehent, leſent oder horent leſen, daz in dem jare do

Vicaria S. Jacobi inſtituitur.

man zalte und ſchreib von *Chriſtus* geburte drutzehin hundirt jar und dru und ſiebentzig jar, in der eilfften indiccien babiſthomes des allerheilgeſten in Gote vaters und herren herrn *Gregorius* des eylfften in ſyme dritten jare, an dem achten dage des mandes den man nennet und ſchribet zu latine Julius zu ſexte zyt oder umb ſexte zyt in der dechenie zu *Franckinfurt* zu ſancte *Bartholomee* Mentzer Biſchtomes in dem ſommerhuſe vor den erſamen herren herrn *Wiegeln* dechen doſelbes, herrn *Bechtrame von Vilwil*, herrn *Baldemar und Hertwin Stralenberge* canonicken zu ſant *Bartholomee* vorgenant die desmales ein vol capittel machten brengen in myns uffenbarn geſchworn ſchribers von kaiſerlicher gewalt und dyſer hernach geſchriben gezuge geinwortekeit ſtunden geinwortlichen die erſamen beſcheiden lude *Girlach von Liechen Girlach Glocke* bumeyſter und *Girlach von Eſcheborn* burgere zu *Franckfurt* vorgenant und gaben zu verſtene allen den, die geinwurtig do waren mit vornemelichen worten und ſprachen daz ſie als truwenhender und ſelenbewerer des egenanten *Emeriches* ſelgen eyne vicarie und eyne ewige meſſe zu ſant *Bartholomee* zu *Franckinfurt* in dem ſtifte uff ſant *Jacobs altar* mit ewiger gulde darzu fallende vollenbrengen und machen ſulden do man degeliches meſſe uff leſen ſulde nach des vorgenanten ſtifftes gewonheit und do inne man Gotis von himmelrich *Marien* ſiner muter, aller Godis heiligen, des vorgenant *Emeriches* beſetzers und ſiner husfrauw ſelen, aller ſiner altforderen und aller gleubigen ſelen degelichen gedechte mit acht hundert phund hellern

Franckin-

Franckinfurter werunge, die ſie von des vorgenanten beſetzers ſelgen guden, die er lieſſe, nemen ſulden, beſucht und unerſucht, domyde ſie die vicarie belegen und beſtedigen ſulden und ewige gulde keuffen als verre als die acht hundirt phund heller vorgenant gereichen mochten und ſulden dozu dun als ſie es an dem jungſten gerichte gein Gode verantworten wulden und dieſelbe vicarie ſulde mit namen *Jacob Holtzheymers* ſyn der geynwortig do ſtunt eins ſchuleres Mentzer biſchtomes des vorgenant ſelgen *Emeriches* beſetzers bruder ſon und der ſulde auch prieſter daruf werden. Herumb uberquamen die vorgenante truwenhender und wurden doſelbes beradens mudes eynmudig willichlichen umb alle zweydracht die ſie hatten der vicarie halb bis an diſſen dag mit den erbern herren dem dechen und capittel vorgenant dieſelbe vicarie zu machene und ſunderlich mit *Jacobo* vorgenant uzgenommen der gifft wie dicke und wer die geben ſulde ob ſie hernach in kunfftigen ziden lois wurde in aller der maze als hernach geſchriben ſtet mit namen daz ſatan ſieben hube landes die gelegen weren und legen in den zweyn termenyen der gerichte *Rodeheym* und *Caldebach* mit ſcharre und budden eweclichen und eigentlichen vor die achtc hundert phund heller *Jacobo* vorgenant zu der vicarien und meſſe oder eyn yglichen beſitzere der vicarie nach yme kommende dienen und gefallen und werden ſulden und ſulde die vorgenante vicarie yre gulde domyde vollenbracht bezalt und belacht ſin, es enwere dan ſache daz die vorgenante truwenhender die dry hube landes zu *Caldebach* gelegen

mynner dryer morgen als ſie ſaden, hie zuſchen unſer frauwen tage den man ſchribet zu latine aſſumpcio nehſt kommende verkeuffen mochten vor druhundirt phund heller gereides geldes und druſſig ſchilling ewiges geldes der ſulden ſie bynnen der zit umb die vorgenannte ſomme geldes oder hoher mogende ſin zu verkeuffen und mit dem gelde ſulde dan der ſtifft und capitel vorgenant mit Jacobs des vorgenant wiſſen der vicarie umb die druhundirt phund hellir ewige gulde und dryſſig ſchillinge ewiges geldes keuffen und zugen, wer es aber ſache daz ſie daz ſumeten und die dry hube landes mynner dryen morgen bynnen der zyt nicht verkeufften als vorgeſchriben ſtet, ſo ſulden die dry hube zu *Kaldebach* der vicarien zu den andern vier huben gelegen zu *Rodeheym* verlieben ligende und enſulden die truwenhender oder nyman anders nicht me domyde zu tunde noch zu ſchicken han und ſulden aller ſache umb die vicarien gutlichen geſchieden und vereyniget ſin, und vercziegen uff die ſieben hube landes mynner dryer morgen luterlich und zu grunde keine anſprache darumb nummerme zu habene von ir druwenhenderſchafft wegen noch den vorgenanten *Jacobum* an den guden zu hinderne noch zu drangen in dheine wys und gaben ſie dem egenanten dechen uff in ſine hant mit halm und mit monde und in des vorgenant dechens und capitels ſchirm und ſchurunge ane alle geverde daz vorgenant gut vorbaz me zu verantwurtene und zu verſtene als ander yres ſtifftes gude die zu yren phrunden und vicarien gehorten und globeten alle diſſe vorgeſchriben ſtucke und

ar-

artickele dem egenanten herrn Wigeln dechan mit hant in hant zu legen in guten truwen an eydes ſtad ſtede und feſte zu haldene ane alle geverde als vorgeſchriben ſted; alle diſſe ding geſchahen in den jaren in der indiccien, in dem mande an dem dage, zyt, ſtad und ſtunde als vorgeſchriben ſted in geinwortekeit der erſamen beſcheiden lude herrn *Heinrich Frigedaucks*, herrn *johan Romerodes* herrn *johan Bartes* vicarien zu ſant *Barthol.* vorgenant, *johans Rotenlewen* eyns ſcholers, *Albrecht Lempe*, *johanns* zu *Schadecken* burger zu *Frankinfurt* und anders vil erber lude die zu geczugen heruber wurden geheiſchen und gebedden; und ich *Syfrid Burruſs von Echezil* Menzir biſchtomes uffenbar geſchworn ſchriber von kaiſerlicher gewalt irkennen mich, daz alle diſſe vorgeſchriben dinge vor den erbern herren dem dechen und capitel vorgenant alſo geſcheen ſin, und diſſe eynmudekeit verczieg globede und uffgifft mit den vorgeſchriben gezügen von worte zu worten geſehen und gehort han, herumb ſo han ich dit geinwortige dutſche uffen inſtrument von der vorgenant partyen geheiſche und manunge heruber gemacht, myner hant geſchriben und mit myme gewonlichen zeichen gezeichent geheiſchen und gebedden.

CLXXX.

Fundatio miſſæ in altari S. Jacobi.

Ich *Girlach von Liechen*, *Girlach Glocke und Girlach von Eſcheborn* burgere zu *Franckinfurt* truwenhender ſelgin *Emeriches Holtzheymers* etwan burgers doſelbeſt erkennen uns offinlichen mit diſſem briſe und dun kunt allen den die diſſen briff ſehent oder horent leſen,

daz wir mit eindrechtigen beraden vorbedachtem mute in ere lob unſers herren Gotis ſiner muter *Marien* und beſundern des heilgen apoſtlen S. *Jacobs* zu droſte uud zu hulffe deſſelben *Emeriches Holtzheymers* ſiner husfrauwe, ſiner aldern und aller gleubigen ſele doch mit gunſt, wiſſen und willen der hernach geſchriben deſſelben *Emerichs* erben mit namen *Jacob Holtsyheymers*, *Heinczen Mus*, *Heilen Haſermans*, *Wolfframs Holtzheymers*, *Wentzil Fleſſirs*, *Herman Furians*, *Siegel von Caldebach*, *Hennen von Eſcheborn* und *Contzen Holtzheimers* befunden mit verhengniſſe gunſte und guten willen der erſamen herren des dechens und des gemeynen capitels des ſtifftes zu ſant *Barthol.* zu *Franckf.* han gemacht und machen mit dieſſem geinwortigen brieffe eyne ewige meſſe und vicarie uff dem altar des heilgen apoſtlen ſent *Jacobs* in dem munſter oder kirchen des egenanten ſtiftes von des egenannten *Emeriches* wegen und han gefaczt und gegeben, ſetzen und geben mit allem dem rechten worten und wiſe die darzu gehorent unwidderrufflichen zu derſelben meſſe oder vicarie zu rechter libnarunge dem prieſter der ſie beſitzet von deſſelben *Emeriches* gude daz uff uns zu beſtellen iſt erſtorben mit namen viere hube landes acker und wieſen gelegen in den gerichten und termenunge zu *Rodeheym* und zu *Liechen* und dry hube landes acker und wieſen mynner dryer morgen gelegen zu Caldebach und in der termenunge deſſelben dorffes; uff diſſe vorgenante ſieben huben landes, acker und wieſen mynner dryer morgen verzihen wir die truwenhender vorgenant luterlichen gantz und eweclichen und han gefatzt und ſe-

tzen

tzen den vorgenant ſtifft darin mit allem dem rechten worten und wiſſe die darzu gehorent, von denſelben ſieben huben landes mynner dryer morgen vorgenant ſal der vicarius der vorgenanten vicarie reichen, geben und widderlegen alle jar eweclichen dem capitel des egenanten ſtiffts dryſſig ſchillinge heller nach gewonheit der andern vicarien doſelbeſt und acht marg geldes der gemeynen preſencien doſelbeſt uff die zyt als ym benant wirt und beſcheiden an guder und genger werunge und ſal auch eweclichen ſin in gehorſame, ſchirme und beſchurunge des vorgenanten capitels und nemen preſencien und alle ander gewonliche almuſen die den vicarien doſelbeſt gemeynlichen wirt gereichet und mit yn auch yre burden und arbeit dragen und lyden; auch ſal des egenant ſeligen *Emerichs Holtzheymers* eldeſte nehſte erbe der zu ziden iſt von beſundern gnaden des vorgenanten capitels an der vorgenanten vicarie die erſte giffte han und geben und darnach ſieben gabe oder giffte die allernehſt nach der erſten giffte oder gabe geen, wanne die vorgenante vicarie ledig wirt, an denſelben achte giſſten ſal der vorgenant capitel oder capitelherren oder nymand von yren wegen denſelben eldeſten nehſten ſeligen *Emerichs* erben, der zu ziden iſt mit worten, mit wercken oder mit keynen ſachen hindern oder irren; wer es auch daz under deſſelben ſeligen *Emeriches* erben ein bidderbeman were, der zu ſinen jaren komen were und in des jares friſte, ſo die vicarie ledig were worden, prieſter wulde oder mochte werden, demſelben ſulde der eldeſte nehſte erbe vorgenant die vicarie lihen und geben vor aller

menlichen, wanne auch die acht giffte oder gabe alle verluhen fin von denfelben eldeften nehften erben vorgenant, fo fullen dan die capittelherren oder capitel des vorgenant ftiftes zu fant *Barttholome* die vorgenant vicarie inwendig XXX dage die allernehft nach ein ander geent nach dem dage, als fie ledig wirt, und es yn kuntlich wirt, eyme biddererben unbefprochen manne der zu ftunt prieſter fy oder in des jares friſte prieſter werden moge und werde und keine gotisgabe nicht enhabe als dicke als fie ledig wirt ewecliche lihen und geben, als fie es vor Gode verantworten mogen und wollen. Gefchee es aber daz Got nyt enwulle, daz die vorgenante capitel herren oder capitel an eyme oder me oder allen der vorgenanten artickele oder underfcheit der giffte der vorgenanten vicarie bruchig wurden oder nicht enthielden, fo fal die giffi zu der zyt alleyne und als dicke als es noit gefchiet und nicht eweclichen demfelben vorgenant eldeften nehften erben fin verfallen zu geben und zu lihen. Zu orkunde und veſtir ſtedekeit aller vorgefchriben dinge han wir die vorgenante truwenhender gebedden den erbern herren den official der probeſtie zu *Franckenf.* daz er finer officialiteten ingefigel mit ingefigel des vorgenanten capitels an diſſen brieff hat gehangen, und wir official vor genant erkennen uns daz wir durch bedde willen *Girlachs von Liechen*, *Girlachs Glocken* und *Girlachs von Eſchborns* truwenhender vorgenant unſer officialiteten ingefigel zu geczugniſſe diſſer vorgefchriben dinge han gehangen an dieſſen brieff, und wir der dechen und daz gemeyne capitel des ſtifftes zu fant *Bartholomee* zu

Franckf.

Frauckf. vorgenant erkennen offinlichen mit diſſem brieffe aller diſſer vorgeſchriben dinge, daz ſie geſcheen ſin mit unſerme verhengniſſe und gudem willen und auch alſo eweclichen blyben ſollen; und des zu eyme orkunde und veſtir ſtedekeit han wir unſirs ſtifftes ingeſigel zu ingeſigel des officials vorgenant an diſſen brieff gehangen, der gegeben iſt do man zalte nach *Chriſtus* geburte zu latine anno Domini MCCCLXXIIII^to^ ipſo die beati *Bonifacii* martiris.

CLXXXI.

Gerlacus Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius honorabili decano eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckenfurdenſis noſtre dioceſis devoto noſtro dilecto ſalutem in Domino ſempiternam. Cum altare ſancti *Jacobi* in dicta tua eccleſia ſitum exiſtat in loco tenebroſo ac minus honeſto propter quod divinum officium in eodem peragendum exiſtit pluries & multipliciter impeditum, quare de tua legalitate confiſi cupientes divinum cultum modis convenientibus & Deo placitis ampliare, tibi ut dictum altare noſtra auctoritate deponere & infringere valeas plenam & liberam preſentibus concedimus facultatem, ita tamen quod idem altare in alium locum magis licitum aptum & honeſtum in dicta eccleſia transferatur & reedificetur ac in honorem ſancti *Jacobi* & aliorum patronorum ipſius ſi plures ſint reconſecretur, in quo eciam divinum officium amplius & diligencius in antea peragatur ac per ejus depoſitionem nimium vi-

Facultas transferendi altare S Jacobi.

deatur. Datum *Eltvil* in die beati *Urbani* Epiſcopi anno Dni. M°CCC°LX octavo.

CLXXXII.

Ordinatio circa vicariam SS. Andree & Aegidii.

In nomine Domini amen. Noverint univerſi preſencium inſpectores quod ego *Fridericus* dictus *Yſenmenger* ſacerdos eccleſie Franckenfurdenſis vicarius inter cetera opera pietatis divina clemencia cooperante per me concepta & in parte conſummata volens duabus vicarys in altari beatorum *Andree* apoſtoli & *Egidy* confeſſoris in eccleſia Franckenfurdenſ. predicta per me inſtitutis ne ipſum altare in divinis plus debito defraudetur ſed ut eidem frequencius ſerviatur in temporalibus ſalubrius providere ordino diſpono lego & volo quod in hunc modum in perpetuum obſervetur videlicet quod non obſtante aſſignacione & reſignacione factis duorum manſorum in terminis ville *Aldenſtad* ſitorum priori vicarie quam *Clamannus* tenet & poſſidet & unius manſi in terminis ville *Velwile* ſiti ſecunde vicarie quam tenet *Jacobus* de *Bonemeſe* irrevocabiliter & immutabiliter ipſis duabus vicariis quinque manſos ſitos in terminis prefate ville *Velwile* quos adhuc ibidem teneo & poſſideo reſervato tamen michi uſufructu ad tempora mee vite ita ut me defuncto prenominati duo vicarii *Clamannus* & *Jacobus* vel qui pro tempore fuerint predictos tres manſos quos jam tenent & poſſident & percipiunt ut predicitur ſupradictis quinque manſis componant & ipſos octo manſos equaliter per medium divident & quilibet ipſorum equalem recipiet porcionem. Volo eciam ut ipſi duo vicarii cenſus ipſius

alta-

altaris per equalem condivident porcionem. Ordino insuper & dispono quod predicti duo vicarii vel qui pro tempore fuerint domos meas quas inhabito post mortem meam perpetuo inhabitent pariter si delectentur, sin autem per sortem sorciantur & in penam adjicio si ipsi vicarii easdem domos aliis collocaverint ad inhabitandum quod decanus & capitulum supradicti ipsas domos sibi assumant & collocent & censum quem habere poterunt de eisdem in aniversario meo cum vicariis ipsius ecclesie percipient & pro presenciis amministrent. Preterea ordino & volo premissis omnibus non obstantibus quod predicti duo vicarii qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint *Adelheide* famule mee si me supervixerit quatuor octalia siliginis mensure Franckenfurdensis annis singulis infra duo festa assumpcionis & nativitatis beate *Marie* virginis de prelibatis quinque mansis in omnem eventum tribuant & persolvent tantum ad tempora sue vite & ea de medio sublata dicta quatuor octalia ad ipsos vicarios libere revertentur & perpetuo remanebunt. Ceterum ordino & dispono ut si una marca quam Jacobus prefatus vel qui suo loco successerit recipit in presenciis per me non fuerit reposita & recompensata ipsi duo vicarii *Clamannus* & *Jacobus* vel qui pro tempore fuerint solvent & reponent eandem marcam denariorum de suis redditibus annuatim. In evidens testimonium & firmitatem omnium premissorum presentes litteras sigillo officialitatis prepositure *Franckenfurdensis* ecclesie antedicte pecii communiri & nos officialis prepositure supradicte recognoscimus nos ad instantem rogatum Friderici pre-

notati ſigillum noſtrum preſentibus appendiſſe in teſtimonium premiſſorum. Actum anno Domini M°CCC°XVI°, V° idus Octobris.

CLXXXIII.

Vicaria S. Joh. Evangeliſtæ primæ inſtitutionis.

Judices ſancte Maguntine ſedis univerſis preſentes literas inſpecturis notum eſſe volumus, quod propter hoc in noſtra preſencia conſtitutus *Erpertus* plebanus & canonicus Franckenfordenſis recognovit publice quod ipſe ad laudem Dei & remedium anime ſue & parentum ſuorum in eccleſia Franckenfordenſi redditus unius prebende, quos ad quatuordecim marcas denariorum Colonienſium & quindecim octalia ſiliginis eſtimat, comparabit in eccleſia Franckenford. quorum reddituum ad valorem ſex marcarum & quindecim octalia ſiliginis jam denumerabit, decano & capitulo Franckenf. reliquos redditus octo marcarum Colonienſium comparabit infra triennium continuum à feſto beati *Bartholomei* nunc transacto numerandum; hoc adjecto quod ſi eundem *Erpertum* plebanum & canonicum ante complecionem reddituum octo marcarum decedere contigerit, vicarius perpetuus inſtituetur in eccleſia Franckenf. cui predicti ſex marcarum redditus cum annona predicta aſſignabuntur pro beneficio qui in choro ſerviet & in altari collaterali ſine prejudicio cujuslibet cottidie miſſam dicet. Item poſt complecionem dictorum reddituum quatuordecim marcarum & annone predicte vult, ordinat & ſtatuit idem *Erpertus*, ut numerus canonicorum in una augeatur perſona, ut qui antea fuerint duodecim, tredecim tunc exiſtant, & decanus &

Cujus redditus deſtinati fuere præbendæ decimæ tertiæ.

capi-

capitulum non alium niſi ſacerdotem bone vite & converſacionis ad eandem prebendam eligant & in canonicum & fratrem recipiant, qui eciam canonicus in choro deſerviat ut eſt moris, ſeptimanam ſuam ſervando, alias in altari collaterali cottidie miſſam dicat, niſi corporali infirmitate vel alia inevitabili neceſſitate impeditus exiſtat, tunc eam per alium dici procurabit. Statuit eciam & ordinavit idem *E.* plebanus, ſi decanus & capitulum Franckinf. contravenirent aliam perſonam eligendo quam ſacerdotem & hoc infra tempus à jure ſtatutum corrigere neglexerint, venerabilis Dominus Archiepiſcopus Moguntinus, qui tunc pro tempore fuerit, eam conferet ydoneo ſacerdoti; predictus quoque plebanus quoad vixerit & ſui ſucceſſores predictis redditibus erunt contenti, nec preſencias, nec ſi aliquid ex largicione Regum vel Imperatorum vel aliorum pie collatum fuerit, exigent vel habebunt. Elegit quoque ſpontanee idem *Erpertus*, quod ſi infra predictum triennium octo marcarum Colonienſium redditus non compleverit, niſi inpotentia que evidens ſit & notoria ipſum ab hujusmodi comparacione excuſaverit, decanus & capitulum predicti ab ingreſſu capituli ad quod nunc ipſum recipiunt & admittunt ſed non à percepcione reddituum comparatorum ipſum poſſint ſuſpendere, donec predictos redditus integre comparaverit, ut eſt dictum; hec omnia ſtatuit idem *E.* plebanus & canonicus ſine prejudicio alicujus & ad complendum hec omnia predicta usque ad predictum terminum bona fide & omni dolo excluſo idem *E.* coram nobis ſe per fidem aſtrinxit; adjecit eciam, ut ſi infra trien-

nium

nium ſupradictum aliquos redditus comparaverit & ſi ipſum egrotari contigerit, de redditibus comparatis poteſt facere juxta ſue libitum voluntatis ſtatuto de vicaria in ſua firmitate manente. In cujus rei evidens teſtimonium & perpetuam firmitatem ſigillo noſtro roboravimus preſens ſcriptum. Datum *Maguncie* anno Domini MCCLXX ſecundo in vigilia nativitatis beate virginis *Marie*.

CLXXXIV.

Ordinatio circa prædictam novam fundationem.

Cum ego *E.* plebanus Franckenf. ad preces venerabilis Domini mei *Wernheri* Archiepiſcopi Maguntinenſis receptus ſim jam multis annis elapſis à decano & capitulo eccleſie Franckinf. in canonicum & in fratrem & XV octalia ſiliginis & redditus XIIII marcarum denariorum Colonienſium, quorum medietatem jam habeo tam in redditibus quam pecunia prompta conferre intendam eccleſie Franckinford. quibus eciam ad vitam meam pro prebenda volo eſſe contentus, rogo ut a dicto Domino decano & capitulo recipiar in capituli ſui fratrem & conſorcium eorundem, maxime cum numerus prebendarum perſonarum, eccleſie ſue utilitas cultus divinus ex hujusmodi meo propoſito augeatur; ſi autem deceſſero, antequam redditus XIIII marcarum compleam in toto, tunc volo & ordino, quod de redditibus ſex marcarum Colon. & de XV octalibus ſiliginis perpetuus vicarius ſacerdos à decano & capitulo inſtituatur, qui choro ſerviat & in altari collaterali ſine prejudicio cujuslibet cottidie dicat miſſam; de ſeptima vero marca, que reſtat, volo facere preſencias prout

mihi

mihi placet. Item ſi Domino dante tamdiu vixero, quouſque predictos redditus XIV marcarum compleam in toto, tunc ordino & volo quod poſt mortem meam, ut ubi hactenus in dicta eccleſia fuerant duntaxat prebende duodecim, tredecim fint deinceps, ad quam decanus & capitulum eliget canonicum ſacerdotem, qui plenum jus habebit canonici & cottidie miſſam dicet, vel ſi non poterit, eam procuret dici per alium ſacerdotem, ſi vero decanus & capitulum ad XIII prebendam non elegerit canonicum ſacerdotem, tunc collacio & inſtitucio tredecimo prebende in plenam capituli pertinebit ad Dominum Archiepiſcopum vel Prepoſitum Franckinford. qui eandem conferet ſacerdoti ydoneo, qui cottidie miſſam dicat, ut eſt predictum & cum hec ſit principalis intentio mea nolo quod alicui prejudicium fiat nec canonicis receptis ante me vel eccleſie vel plebano qui ſuccedere mihi poſſet. Et ad complendum hec omnia à feſto beati Bartholomei ad tres annos bona fide & omni dolo excluſo obligo me per fidem.

CLXXXV.

Vicariæ S. Ioh. Evangeliſtæ inſtitutio ſecunda.

In nomine Domini amen. Nos Henricus decanus totumque capitulum eccleſie Franckenf. recognoſcimus & publice profitemur, quod cum honorandus vir *Nicolaus* decanus eccleſie ſancte *Marie* & ſancti *Georgii* ibidem tunc & nunc vicarius altaris S. *Johannis Evangeliſte* in eccleſia noſtra predicta conſiderans & attendens, quod propter debilitatem & impotenciam ſui corporis altare ſancti *Johannis* predi-

ctum modo & temporibus debitis officiare non poterat, ut ex inſtitucione ejusdem altaris ex debito tenebatur, vicariam unam in dicto altari communi & benevolo conſenſu omnium noſtrum in recompenſam hujuſmodi ſue impotencie & negligencie inſtituere & ordinare decreverit in ſue & parentum ſuorum animarum remedium & ſalutem pure & ſimpliciter propter Deum viginti octalium ſiliginis menſure Franckford. nec non duarum marcarum denariorum Colonienſium annuos redditus in recompenſam preſenciarum ibidem pro ſuſtentacione ſacerdotis eandem vicariam officiantis liberaliter tradens & aſſignans, nos ejusdem Nicolai merita & liberalitatem attendentes ſibi indulſimus & preſentibus indulgemus, quod ipſe quamdiu reſidenciam facit in eccleſia noſtra predicta & dictam ſuam vicariam officiat ſeu officiare curat propria in perſona à decano eccleſie noſtre predicte qui pro tempore fuerit propter defectum vel abſenciam alicujus hore vel divini officii in eadem noſtra eccleſia exercendi ſuſpendi vel alias puniri non debeat, ſed in hoc ipſe *Nicolaus* ſue eſt conſciencie ſeu diſcrecioni ſimpliciter relinquendus. Item indulſimus & indulgemus eidem *Nicolao*, quod ipſe perſonam ydoneam ad vicariam predictam ab ipſo inſtitutam & fundatam videlicet ſacerdotem vel etiam perſonam minorem annis & in ſacris non exiſtentem valeat preſentare ad tempora ſue vite, ipſo vero defuncto collacio dicte vicarie ad decanum & capitulum eccleſie noſtre prelibate devolvetur & apud eosdem & nullum alium perpetuo reſidebit, ſi verò idem *Nicolaus* reſidenciam faciens vel non faciens in eccleſia noſtra

pre-

predicta minorem annis vel non in ordine ſacerdotali exiſtentem ad dictam vicariam preſentandum duxerit, ipſe *Nicolaus* dictam vicariam per ydoneum ſacerdotem officiari procurabit ſuis ſumptibus & expenſis quousque talis preſentatus presbiteratus ordines condigne fuerit conſecutus & per ſe valeat officiare vicàriam antedictam. In cujus rei teſtimonium nos decanus & capitulum predicti ſigillum eccleſie noſtre una cum ſigillo *Nicolai* decani prenotati duximus preſentibus appendendum. Et ego *Nicolaus* profiteor ſimiliter meum ſigillum hys literis appendiſſe in evidenciam & teſtimonium omnium premiſſorum. Datum anno Dni MCCCXVIII. II. kal. Novembris.

An. MCCCCXC, ultima die Auguſti *Johannes Griffenſtein* decanus & capitulum eccleſie S. *Bartholomaei Nicolao Mergentheim* vicario altaris S. Jois Ev. prime inſtitutionis facultatem conceſſere ut modò dictam vicariam cum *Johanne Reinhardi* vicario eccleſie montis S. Albani Magunt: extra muros permutare poſſit.

CLXXXVI.

Ordinatio circa vicariam ſummi altaris.

Reynhardus decanus totumque capitulum eccleſie S. *Bartholomei* Franckinf. univerſis preſentes literas audituris ſeu viſuris ſalutem in Domino ſempiternam. Quia ordinaciones & ſtatuta apud poſteros obſervanda, niſi ſcriptorum robore firmentur, propter memorie labilitatem hominum mortalitatem, corruptioni ſunt ſubnixa & ſepius dampnabiliter evaneſcunt, hinc eſt quod nos capitulum predictum ordinacionem,

formam ſeu modum conferendi vicariam per quondam bone memorie *Reynkinum* eccleſie noſtre prefate vicarium in ejusdem eccleſie ſummo altari inſtauratam cum hujusmodi ordinationem formam ſeu modum idem inſtaurator morte preventus ſcripto non tradidit, ſed nos de dicto capitulo ſufficienter informati ne penes noſtros ſucceſſores in dubium revocentur, duximus innovanda, ac certis autenticis & ſigillatis hys literis inſerenda; ordinavit igitur ſtatuit & diſpoſuit prefatus inſtaurator, ut ſupradicta vicaria per capitulum noſtrum prenotatum infra triginta dies continuos à die vacacionis vicarie ejusdem immediate ſubſequentes computandos & actu ſacerdoti conferatur, & quod ejusdem collacio ſi capitulum pretactum quod abſit, in ordinatione, forma & modo collacionis prenotatis, ſeu aliquibus vel uno, articulis ſeu punctis eorundem, dolo & fraude excluſis negligens inventum fuerit vel remiſſum, ex tunc, id eſt, tempore negligencie in conferendo commiſſe ut predicitur dumtaxat & non perpetue collacio ſepedicte vicarie ad dominum Archiepiſcopum Moguntinum pro tempore exiſtentem contradiccione qualibet capituli prefati ſeu cujuslibet non obſtante devolvetur, & per ipſum ordinacione, forma & modo pretactis conferatur, alioquin ad dictum capitulum collacio hujusmodi denuo revolvetur ipſo facto, prout hec eciam in collacione vicarie pretacte à tempore inſtitucionis ejusdem hactenus ſunt ſervata. In cujus rei teſtimonium preſentes literas conſcribi fecimus & munimine ſigilli eccleſie noſtre ſepeſate roborari. Datum anno Dni MCCCLVI die beatorum *Sebaſtiani* & *Fabiani* Martirum.

CLXXXVII.

CLXXXVII.

In nomine Domini amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſecundo, indiccione decima, die viceſima octava menſis Auguſti, hora nonarum vel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini *Bonifacii* divina providencia Pape *noni* anno tredecimo in ſtuba capitulari eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckinfordenſis Maguntine dioceſis coram venerabilibus & circumſpectis dominis *Nicolao Kongeſtein* decano, *Jacobo Heſſe*, *Nicolao Gerſtungen* cuſtode, *Merkelino de Alta Villa*, *Johanne Currificis* & *Johanne Zabil* canonicis capitularibus eccleſie ſancti Bartholomei Franckinfordenſis Magunt. dioc. ibidem capitulariter congregatis & pro tunc capitulum repreſentantibus in mei quoque notarii publici teſtiumque ſubſcriptorum preſencia perſonaliter conſtitutus honorabilis vir dominus *Nicolaus Betzil* presbiter Magunt. dioc. ordinarie per ſupradictum magiſtrum *Nicolaum Gerſtungen* cuſtodem & ejusdem eccleſie canonicum & capitularem, quem tunc ordo nominandi perſonam ydoneam ad vicariam perpetuam altaris ſanctarum *Crucis*, *Anne*, *Agathe Barbare* & *Chriſtine* ſiti in hoſpitali *Sancti Spiritus* contingebat ut aſſeruit nominatus juxta ordinationes & conſuetudines eccleſie predicte humiliter inclinate & devote ut decuit dictis Dominis ſupplicavit affectuoſe ut ſibi dictam vicariam ex tunc per obitum ſeu liberam reſignacionem cujusdam *Johannis Carnificis* noviſſimi ejusdem vicarie rectoris dum vixit extra Romanam curiam defuncti vel alias quovis modo vacantem conferre

Collatio vicariæ S. Crucis &c.

ac de eadem providere ipſumque ad eandem recipere & admittere & inveſtire, prout ipſius collacio & diſpoſicio ad eosdem decanum & capitulum pertinet cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis dignarentur habitisque inter eosdem Dominos capitulares nonnullis ſuper hys ut aſſerebant maturis tractatibus nulla tamen hora diei intermedia Dominus *Nicolaus* decanus ſupradictus ſuo & capituli ſui nomine nominacioni ſupradicte aſſenſum prebentes ut decuit dicto Domino *Nicolao Betzil* prefatam vicariam ut prefertur vacantem cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis auctoritate ordinaria contulit & providit ipſumque ex tunc per libri tradicionem quem in ſuis tenebat manibus inveſtivit de eadem inducens quantum in eo fuit in corporalem poſſeſſionem vel quaſi ejusdem vicarie ac jurium & pertinenciarum earundem in Dei nomine cum omnibus ſollempnitatibus debitis & conſuetis, preſentibus diſcretis *Johanne Raſoris de Saſſenhuſſen*, *Johanne de Horheim* & *Johanne Balneatoris* clericis Mogunt. dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Demum & in continente venerabilis dominus *Nicolaus* dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* decanus de ſpeciali conſenſu & voluntate dictorum dominorum capitularium & ipſorum auctoritate ſibi *Nicolao* eo nomine quo ſupra ſtallum in choro eccleſie jam dicte, dum inibi divina officia peragebantur, aſſignavit, ipſumque inter ceteros vicarios ipſius eccleſie in noviſſimo dextri chori collocando preſentibus pretactis viris *Johanne Raſoris* de *Saſſenhuſen*, *Johanne de Horheim* & *Johanne Balneatoris* clericis Magunt. dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis

ſpe-

ſpecialiter & rogatis; ſuper quibus omnibus & ſingulis prefatus Dominus *Nicolaus Betzel* nomine quo ſupra peciit à me notario publico ſubſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta ſunt hec anno indiccione pontificatu, menſe, die hora & locis quibus ſupra.

Et ego *Nicolaus* dictus *uff dem Graben de Lympurg* clericus Treverenſ. dioc. imperiali auctoritate notarius, quia &c.

CLXXXVIII.

Officialis prepoſiture Franckenfurd. recognoſcimus publice in hys ſcriptis quod conſtituti coram nobis *Syplo* & *Conradus* frater ejus ac *Katharina* quondam *Eberhardi* relicta de *Burnheim* recognoverunt agrum ſuum quaſi duo jugera cum dimidio continentem vinearum & ortorum ſita in campis Franckenf. ſuperioribus ſeu orientali parte ante ſilvam ville *Burnheim* pretacte dictam *Buchholcz* & vulgariter dicitur *Syplen Eldern* vicarie ſancti *Thomme* apoſtoli in eccleſia S. *Bartholomei* Franckenf. in ſex ſolid. den. levium Wederauber monete Franckenf. perpetui cenſus in die natalis beati *Martini* Epiſcopi perſolvendum annuatim & perpetue fore cenſualem. Actum & datum anno Dni M°CCC°LXII in vigilia beati *Andree* Apoſtoli. In cujus rei teſtimonium ſigillum officialitatis noſtre ad rogatum perſonarum prefatarum preſentibus eſt appenſum in robur & certitudinem omnium & ſingulorum premiſſorum.

Cenſus ad vicariam S. Thomæ.

CLXXXIX.

CLXXXIX.

Pertinentes. Nos *Jacobus* decanus eccleſie ſanctorum *Marie* & *Georgii* Franckenf. judex & conſervator rerum & bonorum honorabilium virorum dominorum decani & capituli eccleſie S. *Bartholomei* Franckenfurdenſis à ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus ad univerſorum tenore preſencium pervenire cupimus noticiam quod conſtituti coram nobis diſcreti *Wickerus Czinggreffe* magiſter fabrice capelle in ſuperiori rota *Elſa Sebern* quondam filia *Sipelonis Katherina* relicta *Gilberti* filii dicti *Sipelonis Elſa* dicta *Gudeln Petrus* dictus *Beſemer Henno* dictus *Lantman Henno Methildis* filius nec non dictus *Wiecze* recognoſcentes publice ſe teneri & obligatos fore diſcreto viro dno *Hermanno Landeckin* dicte eccleſie S. *Bartholomei* perpetuo vicario ſuisque ſucceſſoribus vicarie altaris S. *Thome* per quondam bone memorie Dominum *Rudolffum de Saſſinhuſin* militem ſeniorem fundate in ſex ſolid. hllen. monete uſualis currentis in *Franckenfurd* die de colationis beati Iohannis ipſis perpetue ſolvendis ſuper quatuor pratorum jugeribus retropiſcinam Dominorum Teuthonicorum in *Saſſinhuſin* nec non tribus jugeribus ortorum juxta agros vulgariter dictos *der Wikirn lehen* ſitos. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum & actum anno Dni M°CCC°LXXVI°. VIII° idus Novembris.

CXC.

Inſtitutio vicariæ S. Dorotheæ, Nos *Reynhardus* decanus, totumque capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckenfordenſis recognoſci-

ſcimus per preſentes, vicariam perpetuam in honore ſancte *Dorothee* virginis per quondam *Gudelam* relictam olim *Sipelonis Schefirs* bone memorie ſeu ejus manufideles ipſius nomine in eccleſia noſtra predicta dotatam taliter de noſtro conſenſu eſſe & fuiſſe inſtitutam, quod poſt obitum *Thome* nunc ejusdem vicarie primi vicarii ſeu quam primum dicta vicaria per ipſius reſignacionem vel aliis modis vacaverit, *Thomas* natus *Gyſonis Textoris* Franckf. clericus ad eam debeat recipi per nos & admitti, & deinde poſt dicti *Thome* mortem ſeu ſi alias hujusmodi vicariam vacare contigerit, quem Iohannes *Thome* vicarius eccleſie noſtre pretacte & idem *Gyſo* dicte *Gudele* manufideles ut aſſerunt nobis nominaverint ſive preſentaverint ſimiliter per nos recipi debebit & admitti vicariam ad eandem; quos quidem *Thomam* filium *Gyſonis* predictum & poſt ipſum ſic nobis preſentandus ut prefertur ad dictam vicariam virtute ejusdem ordinacionis & inſtitucionis ex tunc ut ex nunc, & ex nunc ut ex tunc recipiemus & admittemus tenore preſencium literarum. Promittimus inſuper bona fide dictas recepciones & admiſſiones de perſona ipſius *Gyſonis* nato & de eo qui poſt eum nobis preſentandus fuerit, quamprimum eandem vicariam ut premittitur vacare contigerit, meliori modo quo fieri poteſt & debet de conſuetudine vel de jure innovare & prefatum *Thomam* & poſt eum nobis preſentandum ut pretangitur ad eandem vicariam in noſtrum & dicte noſtre eccleſie vicarium ad cautelam ſuperhabundantem de novo recipere & admittere, contradiccione qualibet non obſtante, dolo et frau-

de excluſis penitus et ſemotis; eſt eciam adjectum in ordinacione et inſtitucione predictis, quod deinceps et in antea poſt dictorum duorum ſcilicet *Thome* filii *Gyſonis* jam nominati et ſemel et una vice poſt eum nobis preſentandi vel alterius eorundem mortem duntaxat, vel ſi alias vacaverit prefata vicaria, quociens eam vacare contigerit, ſemper actu ſacerdotibus conferri debebit per nos decanum et capitulum antedictos contradiccione cujuslibet non obſtante; et ſi dictos manufideles premori contigerit, antequam prefate perſone vel alter eorum ad hujuſmodi beneficium ut prefertur nobis fuerint preſentate, tunc quem liberi ipſius *Gyſonis* nobis preſentaverint, admittemus ſimili modo ad idem beneficium ut ſuperius eſt pretactum, ita quod manufideles predicti vel alias ipſorum nomine nichil juris in poſterum habebunt in collacione hujusmodi vicarie; vicarii eciam pro tempore exiſtentes miſſas ſuas perpetuo celebrabunt ſuper altare beate virginis *Kathsrine* in eccleſia noſtra prenotata, niſi in choro noſtro officient prout eſt conſuetum. In quorum inſtitucionis, ordinacionis recepcionis et noſtre approbacionis et conſenſus ac omnium et ſingulorum premiſſorum robur et teſtimonium ſigillum dicte noſtre eccleſie quo ad cauſas utimur, preſentibus eſt appenſum. Actum et datum anno Dni MCCCXL, ſabbato poſt Dominicam Oculi.

CXCI.

Ejusdem redditus augentur.

Officialis prepoſiture Franckenfurdenſis recognoſcimus in hys ſcriptis quod conſtituti coram nobis discre-

creti viri *Johannes Thome* ſacerdos vicarius eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckenfurdenſis ac *Gyſo* vitricus ejusdem *Johannis* opidanus ibidem manuſideles ſeu ultime executores voluntatis honeſte matrone *Gude* quondam *Reinkini* opidani opidi prenotati recognoverunt ſe redditus annuos et perpetuos trium marcharum denariorum levium Wederaubienſium triginta ſex ſolidos hallenſ. monete Franckenfurdenſis uſualis pro marcha qualibet computando de curia domo habitatione tota ante et retro et fundo eorundem dicta der Berſecken geſeſſe ſeu *Heynkelonis* de *Wetslaria* ſito in antiquo opido Franckenfurdenſi inferiori parte vico dicto *ſantgaſſe* majore latere, infra vicos ſantburnen gaſſen et ſantgaſſe minore die decollacionis beati *Johannis Baptiſte* perſolvendos ante viginti annos de pecunia et commiſſo dicto Gude ſeparaſſe et ad vicariam ſancte *Dorothee* virginis in eccleſia ſancti *Bartholomei* prefata per eandem Gudam inſtauratam legitime et perpetue deputaſſe eorum heredes univerſos a dictis redditibus et qualibet impetitione dicte vicarie movenda excludentes et perpetuo ſecernentes. In cujus rei teſtimonium ſigillum officialitatis noſtre ad rogatum manuſidelium prefatorum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini M°CCC°LX°, tercio nonas Decembris preſentibus *Walthero* cappellano hoſpitalis trium Magorum in *Saſſinhuſen Friderico* eccleſie ſancti *Bartholomei* predicte miniſtro ſacerdotibus ac pluribus aliis fide dignis.

CXCII.

Ad vicariam SS. Erhardi & Materni legantur & vendantur varii census.

Wir der Official der probſtie zu Frankenfurd irkennen uns uffinliche an dieſem geinwurtigen brieff das vor uns ſtunt an unſer geinwurtekeit *Gotze Kyſtener* und *Reinheid* ſin eliche wirtin und irkanten ſich das ſie ſament hafft virkeufft hetten eyn phunt ewiges zinſes jerlichir gulde hern *Conrade Bolz* en eyme vicarien des ſtifftes zu ſante *Bartholomee* zu *Frankenfurt* umb nunczehen phunt heller Franckenfurter gengir und gebir werunge auch iſt das phunt geldes des gelegin uff eyme huſe in der fargaſſen da *Meyenrys* der ſmyd inne wonit und ſtet aller neheſte ane *Petir Becker* uff graburnen. Auch ſtet das vorgenant bachus und *Meyenryſes* hus under eyme dache auch gibet das vorgenant Meyenryſes hus andir cinſe mit namen ſyben phunt geldes jerliches zinſſ des gefallen vier phunt geldes *Henſelines erbin* uff graburnen der *Henſelin Scherer* hyſſ und iſt der erſte zins darnoch aller neheſte iſt dit phunt geldes gelegin und gevellet ewicliche uff ſante *Michaelis* dag, darnoch ſint uff dem vorgenant hus gelegin zwey phunt geldis die da noch ſint *Gotzen Kysteners* und *Reinheide* ſiner elichin wirten. Auch hat der vorgenant *Gocze* und *Reinheid* die leſten zwey phunt geldis zu underphande geſaſt hern *Conrade Bolczen* adir wer zu der zyt dieſen brieff hette alſo beſcheidelíche ginge dem ffünten phunde geldis abe ſo ſint die zwey phunt geldis behafft vor den abegang und den ſchaden. Auch irkanten ſic *Gotze Kyſtener* und *Reinheid* ſin eliche wirten das ſie des vorgenanten geldis mit namen nunczehen phunt heller von dem

vor-

vorgenanten *Conrad Bolczen* das he das vorgenant phunt geldis gekaufft hette zu eyme ewigen ſelgerede hern *Wernhere Bolczen* ſynem bruder und ſal ſin ewecliche der vicarie die eczwanne hatte her *Wernher Bolcz* und iczunt hat her *Gerhard* von *Marpurg* und iſt gelegin in dem ſtiffte zu ſante *Bartholomee* zu *Frankenſurde* uff ſante *Erhardis* altar. Auch han wir der egenant official umb bedde willen beyder partie unſer officialiteten ingeſigel an dieſen brief gehangen. Hie bie ſint geweſt her *Johann Heryng* eyn vicarie zu *S. Bartholomee Hardmud Sarworthe Contze Vorkaufft Heintze Kyſtener Gotzen Kyſtener* bruder die alle dieſe vorgeſchriben ſtucke ſahen und horten. Datum anno Dni M°CCC°LVI° in die *Proceſſi & Martiriani.*

Anno M°CCC° octuageſimo ſecundo, XIV Octobris *Nicolaus de Urſela* vicarius perpetuus eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckf. tale condidit teſtamentum.. In primis legavit & aſſignavit venerabili in Chriſto P. ac D. *Adolffo* Archiepiſcopo Mag. unum fertonem argenti puri & eundem ſibi vel ſuis in hac parte commiſſariis dandum & preſentandum per ſuos manufideles. . . Item legavit & aſſignavit tria ſumirina papaveris menſure Frankf. perpetue cenſus ad altare ſuum ſitum in eadem eccleſia S. *Bartholomei.*

Anno M CCC° ſexageſimo nono *Conradus* dictus *Vorkauff Ewaldus* quondam *Sifridi* de *Beheborn* Katherina relicta quondam *Hartmanni* dicti *Geling* & *Greda* filia quondam *Alheidis zu der habe* opidani Franckenf. legaverunt & ordinaverunt perpetue vi-

carie altaris S. *Erhardi* confeſſoris in eccleſia ſancti Bartholomei quam pro nunc habet regit & poſſidet *Nicolaus Wenczelay* de *Urſele* unam marcam denariorum annui perpetui cenſus boni & legalis rectori ejusdem vicarie perpetue ſolvendam. Item tres marcas denariorum annui cenſus rectori capelle in honore *omnium Sanctorum* conſecrate in nova civitate predicti opidi.

CXCIII.

Ordinatio circa vicariam SS. Simonis & Iudæ.

Decanus totumque capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckinfordenſis Maguntine dioceſis recognoſcimus & ad univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod diſcretus vir quondam Johannes dictus Gleſer opidanus ibidem, dum vixit, de ſalute anime ſue nec non progenitorum ſuorum omnium cogitans in augmentum cultus divini ob honorem beatorum *Symonis* & *Jude* Apoſtolorum altare in dicta noſtra eccleſia ſancti *Bartholomei* conſtruxit de noſtra licencia ſpeciali, quodque eciam redditibus certis pro unius vicarii ſuſtentacione, qui in ipſo perpetuo celebrabit, ſufficienter dotavit & in ipſa vicaria *Maternum* natum *Gotzonis* dicti *Gleſer* ſuum nepotem ſeu conſanguineum clericum in perpetuum vicarium inſtituit de noſtro ſcitu pariter & aſſenſu; poſtquam autem idem *Maternus* noſter vicarius ab hac luce migraverit, ex tunc immediate *Jacobus* dicti *Materni* frater carnalis, ſi pro tempore vixerit loco dicti defuncti ſui fratris in vicaria eadem ſuccedet & ſuccedere debebit, quem eciam nos in noſtrum & dicte eccleſie noſtre

ſan-

ſancti *Bartholomei* ſocium & vicarium libere & licite recipiemus pleno jure contradiccione noſtra nec non aliorum quorumcunque non obſtante; poſtquam vero iidem fratres ambo viam univerſe carnis ingreſſi fuerint, ex tunc dicte vicarie collacio proviſio ſeu preſentacio ad nos noſtrosque ſucceſſores univerſos in dicta noſtra eccleſia ſancti *Bartholomei* libere & licite perpetuis temporibus devolvetur, heredum quondam *Johannis* dicti *Glaſer* quorumcunque reclamacione ſeu contradiccione non obſtante. In quorum omnium teſtimonium & debiti roboris firmitatem preſentes literas noſtre eccleſie ſigilli munimine juſſimus communiri. Datum & actum anno Dni MCCCXL, IX kal. Aprilis.

CXCIV.

Cenſus hujus vicariæ transfertur.

Wir die burgermeiſter ſcheffin und rad zu *Franckfurt* irkennen und virjehen uns uffinlichin in dieſem brief vor uns und unſer nachkommen das eyn weſſel geſchehen und irgangen iſt zwoſchin den erbern herren dem dechan und dem capittel des ſtifftes zu ſancte *Bartholomeſe* by uns zu *Franckfurt* und hern *Materne* vicarien desſelbin ſtiſſtes von iren und iren ſtifftes nochkommen und des vorgenanten hern *Materns* vicarien wegin uff eyne ſyten und uns und unſer nochkommen uff die andern ſyten alſe von vier phunde heller wegin geldis mynner ffunff ſchillinge heller geldis die der vorgenante her *Materne* von ſiner vicarie wegin ſente *Symon* und ſente *Juden* der heiligen Apoſteln alters die he iczunt beſiczit ligende hatte uff dem nuwen huſe gelegin in der Bender

gaſ-

gaſſin an *Jeckel Drimpurger* und ſtoſſit hinden an das geſeſſe genand der *Speſſhard* dasſelbe nuwe hus vorwert beſiczin ſal eyn cappellan der zu zyden der cappellen zu ſante *Nycolaſe* cappellan iſt alſo das der dechan und cappitel und her *Matern* vorgenant von iren und ires ſtifftes nochkommen und vicarie wegen vorgenant das vorgenant nuhus ledig und loys geſagit han der vier phunde heller geldis mynner ffunff ſchillinge heller geldis alſo das iz der vorwert eweclichin nit me gebin ſal ſo han wir dar geyne von uns und unſer nachkommen wegin dem dechan und dem cappittel vorgenant und hern *Materne* und ſiner vicarie belacht und bewyſet ander vier phunt heller geldis mynner ffunff ſchillinge heller geldis jerlicher ewiger gulde uff dem huſe und geſeſſe genand der *Speſſhard* gelegin an des vorgenant hern *Maternes* huſe da he ynne wonet und geyn dem nuwen ſale uber die ſelben vier phunt heller geldis myner ffunff ſchillinge heller geldis dem egenanten hern *Materne* und ſinen nachkomen und der vorgenanten ſiner vicarie jerlichen und eweclichin gefallen ſullen uff ſente *Mertins* dag des heiligen Biſchoffes unverczogelichin ane alle argeliſt und geverde und gebit das hus und geſeſſe de *Speshart* vorgenant vor zu zinſe dru phund heller geldis den luden die den zins da uff han und nit me. Zu urkunde und veſter ſtedekeit dieſer vorgeſchriben dinge iſt unſer ſtede ingeſigel an dieſen brieff gehangen. Datum anno Domini M°CCC°LXX nono, ipſo die *Michahelis* Archangeli.

CXCV.

CXCV.

Vicarii teſtimoniales.

Decanus totumque capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfurdenſis Magunt. dioc. recognoſcimus & ad univerſorum noticiam cupimus pervenire, quod nos diſcretum virum *Maternum* acolitum tanquam bene meritum in noſtrum & eccleſie noſtre ſancti *Bartholomei* altaris ſanctorum Apoſtolorum *Symonis* & *Iude* vicarium recipimus dudum temporibus retroactis cupientes ut idem *Maternus* noſter vicarius juxta ſacrorum canonum ſtatuta ſervatis ſervandis ad ſubdiaconatus dyaconatus & presbiteratus ſacros ordines promoveatur gratioſe in teſtimonium premiſſorum has preſentes litteras eidem *Materno* ſub ſigillo eccleſie noſtre ad cauſas tradidimus ſigillatas. Datum anno Domini M°CCC°LIV° nonis Januarii.

CXCVI.

Vicaria campanaria pnncto decimarum.

In nomine Domini amen. Noverint univerſi preſentes & futuri ad quorum viſum vel auditum preſentes littere pervenerint quod cum inter nos *Emmerchonem* Prepoſitum eccleſie Franckenf. & *Syfridum* de *Gyſenheim* officiatum noſtrum in *Franckenfurd* ex una & nos Ph. decanum & capitulum ac Hermannum ſacerdotem vicarium & campanarium eccleſie Franckenf. predicte ex parte altera ſuper quadam ambiguitate & dubietate cujusdam juris decimalis ad officium campanarie dicte eccleſie Franckenf. ut dicitur pertinentis que propter diuturnitatem temporis cerciori modo non poterat diffiniriverteretur materia

queſtionis pro bono pacis & concordie perpetuo obſervande infra ſcripta ordinacio interceſſit, videlicet quod *Syfridus* de *Gyſenheim* preſens officiatus & quicunque officiatus qui poſt ipſum pro tempore fuerit in perpetuum annis ſingulis tollet & percipiet decimam omnium fructuum qui poſſunt conteri per molendinum videlicet ſiliginis tritici ordei fabarum piſorum viciarum lencium & cetera tam agrorum quam ortorum qui campanario dare & ſolvere decimas conſueverunt & ſolvet annis ſingulis infra feſta aſſumptionis & nativitatis *Marie* virginis glorioſe absque prejudicio juris Prepoſiti campanario qui fuerit pro tempore decem & octo octalia ſiliginis menſure Franckenfurd. ac campanarius in ortis qui hactenus decimam ſolverunt eidem compoſiti caulium raparum papaveris ceparum allei porri & hujusmodi tantum fructuum decimam percipiet & ſuis uſibus libere applicabit. Et ne ſupra ſcripta ordinacio a nobis vel noſtris ſucceſſoribus aliqualiter infringatur ſed ut firma in perpetuum perſeveret has litteras ſigillorum noſtrorum videlicet noſtri *E.* Prepoſiti capituli & *Syfridi* officiati duximus munimine roborandas. Actum anno Dni M°CCC° ſeptimo, XVII kalend. Decembris.

CXCVII.

Inſtitutio vicariæ S. Annæ,

Nos *Reynhardus* decanus, *Fridericus* Scolaſticus, *Wykerus* Cantor, totumque capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckinford. recognoſcimus vicariam perpetuam in honorem beate *Anne* vidue per quondam *Emerchonem* dictum *Storg* bone memorie ſeu

ſuos

ſuos manufideles ipſius nomine in eccleſia noſtra predicta dotatam taliter de noſtro conſenſu eſſe & fuiſſe inſtitutam, quod poſt mortem Domini *Heilmanni* de *Moxſtad* ejusdem vicarie primi vicarii ſeu quam primum dicta vicaria per ipſius reſignacionem vel aliis modis vacaverit, *Henſelinus* natus *Henſelini* barbitonſoris ſereniſſimi Domini Dni *Ludowici* Romanorum Imperatoris clericus ad eam debeat recipi & admitti, quem Henſelinum clericum ad dictam vicariam virtute ejusdem ordinationis & inſtitutionis ex tunc ut ex nunc & ex nunc ut ex tunc recipimus & admittimus in hiis ſcriptis, promittimus inſuper bona fide dictam recepcionem & admiſſionem de perſona *Henſelini* predicti quam primum eandem vicariam ut premittitur vacare contigerit, meliori modo quo fieri poteſt & debet de conſuetudine vel de jure innovare & ipſum *Henſelinum* ad eandem & in noſtrum & dicte noſtre eccleſie vicarium ad ſuperhabundantem cautelam de novo recipere & admittere contradiccione qualibet non obſtante dolo & fraude excluſis penitus & ſemotis. Eſt eciam adjectum in ordinacione ſeu inſtitutione predicta, quod deinceps prefata vicaria, quociens eam vacare contigerit ſemper actu ſacerdoti infra triginta dies debet conferri per nos decanum, ſcolaſticum cantorem & capitulum antedictos. In quorum inſtitutionis, recepcionis & noſtre approbacionis & conſenſus ac omnium & ſingulorum premiſſorum robur & teſtimonium ſigillum dicte noſtre eccleſie majus preſentibus eſt appenſum. Actum & datum anno Dni M. CCC. XXXIX, quinto ydus Decembris.

CXCVIII.

Vicaria SS. Mathiæ, Bonifacii, Theobaldi & Othmari instituuntur.

In nomine Domini amen. Noverint universi presencium inspectores tam presentes quam futuri, quod nos *Henkelo* & *Kunegundis* conjuges legitimi dicti *zu der Kannen* opidani Franckinf. attendentes inter omnia pro reatuum expiatione divine pietati facienda optimam esse dignam hostie oblacionem salutarem, ea-propter ut hec in salubre animarum nostrarum, parentum nostrorum omniumque fidelium defunctorum remedium per sacrarum celebracionem missarum eo frequencius offeratur, deifica inspiratione ammoniti compotes mencium unanimi voluntate, sano consilio ac matura deliberatione prehabitis, consensu quoque ac benevola admissione honorabilium virorum Dominorum decani totiusque capituli ecclesie sancti *Bartholomei* Frankf. accedentibus duas missas sive vicarias perpetuas in ecclesia eadem instituimus & presentibus instauramus, eisdem pro dote redditus nostros infrascriptos equaliter inter se dividendos liberaliter assignantes. Primo quatuor marcas denariorum levium Wederaubiensium annui & perpetui census, de nostris duodecim marcis reddituum in domo dicta *zum Gysselere* sitis primo & immediate post marcam denariorum census fundi vicariis predictis de domo predicta annuatim & perpetue in festo beati *Martini* hyemalis presentandas. Item omnes redditus qui haberi vel acquiri possunt de domo habitacionis nostre dicta *zu der Kanne* super fossatum civitatem transiens ex apposito domus dicte *zum Wedyl* sita post mortem nostrorum amborum loca-

cata duabus marcis & viginti cum uno Colon: reddituum, exceptis que de fundo ejusdem domus annuatim porriguntur; que quidem domus nobis ambobus de medio ſublatis per noſtros manufideles pro tunc exiſtentes pro cenſu annuo & perpetuo locetur, cujus cenſus tot marce den. in fundo domus predicte nullatenus alienande vel alibi recipiende perpetue remanebunt, quod cum cenſu fundi ſive domus principali videlicet duabus marcis & viginti cum uno Colon. predictis de fundo eciam domo ſublata, vel quod abſit, propter incendium aliove caſu emergente pejorata ſecure annis ſingulis poſſint miniſtrari, reſidue à conducente domum predictam per pecuniam promptam redimentur, que pecunia per manufideles noſtros in redditus annuos ſtantes & perpetuos pecunie vel bladi ſecuros convertatur, qui redditus vicariis predictis addantur & equaliter dividentur, ad quarum vicariarum predictarum unam primo poſſidendam *Petrum*, deinde ad eandem *Heinricum* fratres filios *Heinrici* dicti *Iudinſpys* carnificis opidani Franckf. ad aliam quoque primo habendam *Ludowicum* filium *Lucardis* dicte *Battinburgern*, poſt quem ad eandem *Johannem* filium *Hermanni* dicti *Battinburger* opidanorum Wetslarienſ. Dominis decano & capitulo predictis nominantes preſentamus, qui quatuor ſic nominato vicarias predictas ordine prenotato poſſidebunt, quelibet autem vicariarum predictarum, cum eam ex morte vel reſignatione vel legitima privacione duarum perſonarum ſibi ſuperius determinatarum & in perpetuum poſt eas quociens & quovis modo vacare contigerit per Dominos

decanum & capitulum predictos actu ſacerdoti vel tali qui infra annum continuum à die collacionis ſibi facte computandum ad ordinem presbiteratus promoveatur & nullum eccleſiaſticum beneficium obtinenti ydoneo propter Deum pure conferatur ; quamdiu eciam proviſi vicariarum dictarum tam ſupra expreſſi, quam de eisdem in perpetuum proviſuri execucionem ordinis presbiteratus adepti non fuerint vel miſſam & debita ſue vicarie perſonaliter non tenuerint, impedimento corporali dolo pariter & fraude hinc ſemotis per Dnum decanum eccleſie predicte, nec non manufideles noſtros presbiteri ydonei proviſis ſubſtituantur, quibus ſubſtitutis quoad uſque proviſi forma prefata habilitentur, totum corpus vicariarum prelibatarum preſenciis & recompenſa earundem exceptis miniſtrentur; ceterum per noſtros manufideles noſtris quoque ſumptibus & expenſis altare pro ambabus vicariis predictis in nova ſtructura ſive abſide ſeptentrionem reſpiciente infra duas pilas proximas altari beate virginis *Marie* eccleſie ſepedicte conſtruatur, & in honore ſanctorum *Mathie* Apoſtoli principalis ejusdem altaris patroni, nec non *Bonifacii* Martiris & Epiſcopi & *Theobaldi* ſimulque *Othmari* confeſſoris conſecretur, juxta quod affectamus & petimus ſepeliri. In quo altari miſſe vicariarum ſepedictarum una per ebdomadam ante miſſas parochie, alia poſt & econverſo alternatim celebrentur. Preterea unam marcam cum dimidia den. cenſus annui & perpetui in feſto *Martini* hyemalis porrigendi de tribus marcis noſtris in domo dicta *zu der Summerwunnen* tota tam parte lanificum quam

Sifri-

Sifridi ibidem reſidentis duas acies, unam uſque minores, aliam verſus domum *zu dem Rodinlewen* faciente ſitis ad lampadem ante altare prefatum perpetue die noctuque ardentem deputamus. Item unam marcam denariorum redditus annui & perpetui in feſto penthecoſtes de nova domo in monte *Samiztagberg* dicta ſita quam quondam inhabitavit *Erneſtus* ſartor ſed modo *Craffto Seyler* preſentandam pro duobus cereis in altari predicto in ambabus miſſis & cereo in corporis Chriſti elevatione ibidem habendis aſſignamus, quam marcam denariorum *Johannes* nepos *Metze* dicte *Derbeweſſenn* ſi presbiter efficitur, ad tempora vite ſue tantum poſſidebit, ipſo autem mortuo vel ſi presbiter non efficitur, ad luminaria altaris predicti, ut predicitur, devolvetur, inſuper equaliter deſerviant vicariis predictis, ornamenta, vaſa, luminaria & cetera ambabus deputata, oblaciones denique miſſarum earundem diebus patronorum altaris predicti & die animarum tantum & non alias, ſi ambo ad has deputati hys diebus celebraverint, inter ſe equaliter parcientur; ſin autem celebrans has ſolus obtinebit, preſertim omnium legatorum preſcriptorum quamdiu vixerimus, nobis uſufructum atque poſſeſſionem reſervamus, poſt mortem amborum noſtrorum demum diſpoſitione ſua preſcripta cum effectu proceſſura eternoque ſuo vigore permanſura. Et ſi quod Deus avertat evidente neceſſitate compulſi omnibus aliis bonis noſtris conſumptis vel abſtractis pro noſtra ſuſtentacione aliqua de legatis predictis vel omnia nos alienare vel vendere oporteret, in hoc à Dominis decano

no & capitulo predictis vel quibuslibet aliis nolumus ullatenus impediri. In quorum omnium evidens teſtimonium & roboris firmitatem preſentes literas ſigillis venerabilium virorum Dominorum decani & capituli predictorum, nec non officialis prepoſiture Franckinford. rogavimus & petivimus communiri, cum quibus ſigillum mei Henckelonis predicti preſentibus eſt appenſum. Et nos decanus & capitulum predicti recognoſcimus ad inſtantem rogatum *Henckelonis* & *Kunegundis* predictorum conjugum ad omnia prelibata conſenſum noſtrum benevolum communiter acceſſiſſe & in ſignum ejus ſigillum noſtrum preſentibus appendiſſe. Nos quoque officialis predictus recognoſcimus ſigilli officialitatis noſtre appenſione ad preces conjugum predictorum preſentes literas roboraſſe in teſtimonium omnium premiſſorum. Datum anno Dni MCCCXLVIII in craſtino feſti beati *Martini* hyemalis.

CXCIX.

Conſenſus ad inſtauracionem vicariæ ſupra dictæ datus.

Nos decanus totumque capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckf. tenore preſencium publice profitemur, quod ex parte honeſte matrone *Kunnegundis* dicti *zu der Kannen* opidane ibidem per ejusdem & quondam *Henkelonis* mariti ſui bone memorie manuſideles nobiscum exiſtit concordatum & ordinatum, quod quelibet duarum vicariarum in eccleſia noſtra jam dicta per eosdem conjuges de admiſſione & conſenſu noſtro ſpeciali inſtauratarum & inſtitutarum nomine & loco preſenciarum communium annis ſingulis ſex cum dimidia marcas den. levium ad

pre-

preſencias noſtras communes ac nobis capitulo ſpecialiter triginta ſolidos hall. in recompenſam preſenciarum noſtrarum prout alii jam dicte eccleſie noſtre ſocii & vicarii certis ſuis terminis faciunt miniſtrabunt, ita ſane quod hujusmodi preſencie communes ſicut alie preſentie noſtre ſecundum dicte eccleſie noſtre conſuetudinem diebus & terminis ſuis certis per nos ſtatuendis dividantur; volentes tamen propter favorem ſpecialem, quem antedicti conjuges ad nos noſtramque eccleſiam pretactam habuerunt, *Petrum* & *Heinricum* fratres, filios *Heinrici* dicti *Judden/pys* carnificis opidani Franck. *Ludowicum* quoque filium *Lukardis* dicte *Battinburgern* & *Johannem* filium *Hermanni* dicti *Battinburger* opidanorum Wetslarienſium ad vicarias duas predictas poſſidendas deputatos, duntaxat ad ſolucionem dictorum triginta ſolidorum hallenſ. nobis dandorum non teneri, donec ipſi preſencias una nobiſcum receperint in eccleſia noſtra memorata. Quibus & eorum quolibet de medio ſublatis ex tunc dicte vicarie ſeu hujusmodi vicarias pro tempore poſſidentes & eorum quilibet memoratos triginta ſolidos hall. ſtatim & immediate perpetuo ſolvere & tradere nobis annuatim tenebuntur & effectualiter nobis remanent obligati prout de aliis vicariis & ſociis eſt ſuperius prenarratum. In cujus rei teſtimonium *Kunegundi* nec non manufidelibus ſupra dictis preſentes dedimus literas ſigillo eccleſie noſtre prenotate ſigillatas anno Domini MCCCXLIX, II kal. Febr.

CC.

Vicariæ SS. Mathiæ & Bonifacii censu augetur.

Officialis prepoſiture Franckfurd. recognoſcimus & ad perpetuam rei memoriam preſentibus publice profitemur, quod in noſtra & teſtium ſubſcriptorum conſtituti preſencia *Heinricus* dictus *Braunenburger* & *Demudis* conjuges opidani ibidem recognoverunt publice quod ipſi pari ac unanimi conſenſu tractatu diligenti ac deliberacione provida prehabitis novem ſolidorum denar. Colon. tribus hallenſibus pro denario quolibet computatis redditus annuos in feſto beati *Martini* ſolvendis & dandis decano & capitulo ac vicariis eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckf. pro decem marcis denar. dicti pagamenti vendiderunt juſto vendicionis tytulo ſuper domo ſua juxta domum dictam zum *Grunenbaume* ſita perpetuis temporibus tenendis & habendis profitentes ut ſupra & publice recognoſcentes pro dictis redditibus per eos venditis pecuniam inter eosdem ementes & vendentes conductam ipſis vendentibus eſſe traditam integraliter & ſolutam nec non in eorundem conjugum uſus neceſſarios eſſe converſam integraliter ſimiliter & in toto renunciantes pro ſe & ſuis heredibus univerſis omni excepcioni ſeu defenſioni videlicet non numerate pecunie ac in utilitatem ipſorum non converſe doli mali aut in integrum reſtitucionis beneficio & quocunque alio auxilio ſive juris ſive facti per quod & quas dictus contractus vendicionis poſſet inpoſterum inpediri ſcu quomodolibet retardari. In cujus rei teſtimonium preſentes literas per *Conradum* dictum *Kaltys* publicum auctoritate imperiali notarium ſcribi mandavimus ac ſigilli noſtre officialitatis appenſione juſſimus communiri. Acta ſunt hec anno

Dni

Dni M°CCC quinquageſimo indictione quarta pontificatus Domini *Clementis* Pape *ſexti* anno nono, XXII die menſis Januarii hora ipſia diei ante prandium in curia prepoſiture Franckfurdenſis antedicte preſentibus diſcretis viris Dominis *Heinrico* dicto *Lamparter Johanne Dielonis* vicariis ſancti *Bartholomei* ac *Johanne* dicto *Yſenmenger* vicario ſanctorum *Marie* & *Georgii* eccleſiarum Franckford. ac *Dielone* dicto *Ruſe* clerico ibidem pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego *Conradus* dictus *Kaltys* de *Franckenfurd* dicte Magunt. dioc. publicus auctoritate imperiali notarius quia premiſſis omnibus & ſingulis una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi nec non has preſentes litteras ſigillo dicti Domini officialis ſigillatus ad juſſum ipſius propria manu mea conſcripſi & in hanc publicam formam redegi meoque ſigno ſolito & conſueto ſignavi rogatus atque requiſitus ſuper eo.

CCI.

Officialis prepoſiture Franckenf. recognoſcimus in hys ſcriptis quod conſtituti coram nobis *Hennekinus* dictus *zu dem Rade Hebele* ejus uxor legitima opidani ibidem recognoverunt ſe predeliberato animo pari conſenſu communicata manu juſto vendicionis tytulo vendidiſſe pro quadam pecunie ſumma ſibi integraliter perſoluta ac jure modo forma quibus melius valere poterit legitime reſignarunt duabus vicariis & earum vicariis in perpetuum pro tempore ſibi ſuccedentibus in honore ſanctorum *Mathie* Apoſtoli *Bonifacii* & *Theobaldi* Epiſcoporum ac *Othmari* con-

Alii cenſus adduntur.

feſſoris infra eccleſiam ſancti *Bartholomei* ibidem inſtauratis redditus duarum marcarum denariorum levium uſualis & legalis Franckfordienſis monete triginta ſex ſolidos hallenſ. pro marca qualibet computandis annui & perpetui cenſus de curia domibus & areis ac fundis eorundem ſitis in *Saſſinhuſen* inferiore parte vico dicto Oppenheymer gaſſe latere ſeptentrionali area ejusdem ſuppignoris longitudinis a parte meridionali ſeu ſuper ſtrata predicta ſex virgarum a parte ſeptemptrionali quinque virgarum minus duobus pedibus a parte orientali octo virgarum cum duobus pedibus a parte occidentali tantum continentem. Una dictarum marcarum in feſto *Kathedre Petri* alia in feſto Paſche eisdem vicariis & eorum vicariis communiter annuatim & perpetue perſolvendis prefatis curiis domibus & areis prius in redditibus undecim ſolidorum ſex denariorum monete ejusdem & duorum pullorum duntaxat oneratis, dicti quoque venditores ad majorem ſecuritatem redditus decem & octo ſolidor. hlls. dicte monete ibidem de curia domo & habitatione *Rulonis* de *Kelſterbach* cedentes in ſuppignus pro dictis duabus marcis addiderunt renunciantes omni illo pro ſe & ſuis heredibus quo dictus contractus poſſet inpoſterum quomodolibet impediri. Actum anno Domini M°CCC° LVII°, XIII° kal. Aprilis preſentibus *Rudolffo* de *Frideberg Waſmodo* ſacerdotibus *Gerlaco* magiſtro fabrice eccleſie prenotate & quam pluribus aliis fidedignis. Item conſtituti coram nobis *Jacobus* dictus *Goldinſchaff Elyzabeth* uxor ejus legitima opidani Franckford. recognoverunt ſe vendidiſſe reſignantes ac renun-

nunciantes modis omnibus quibus ſupra dictis vicariis redditus unius marce denar. dicte monete annui & perpetui cenſus de duabus domibus contiguis & earum fundis ſitis in antiquo opido Franckenford. ſuperiori parte vico tranſitus inter vicos predicatorum & fabrorum ſeu fargaſſe quarto à meridie latere ſeptemptrionali in acie reſpiciente orienten & meridiem vici ibidem angularis, in feſto aſſumptionis beate *Marie* eisdem vicariis communiter annuatim & perpetue perſolvendos predictis duabus domibus & earum fundis una cum aliis duabus domibus ſibi & invicem in vico angulari prefato contiguis prius redditibus trium obulorum quatuor cum dimidio ſoll. denar. duarumque librar. hallen. monete pretacte duntaxat oneratis. Actum anno Domini quo ſupra idus Apprilis preſentibus *Ludewico* dicto *Senſinſmyd* Waſmodo ſacerdotibus *Gerlaco* prenotatis ac pluribus aliis fide dignis. Item conſtituti coram nobis *Folczo* de *Buchen Elyzabeth* ejus uxor legitima opidani Franckenfordenſes recognoverunt ſe vendidiſſe reſignantes ac renunciantes modis omnibus quibus ſupra dictis vicariis redditus duarum librarum hall. prefate monete annui & perpetui cenſus de duabus domibus retro contiguis & earum fundis ſitis in antiquo opido Franckford. ſuperiori parte una in vico dicto Chruchingaſſe latere occidentalis infra domus vicariarum ſancte *Dorothee* & *decem milium Martirum* eccleſie ſancti *Bartholomei* prenotate, alia in vico dicto Gyſengaſſe latere orientalis infra domus vicarie S. *Marie* virginis dicte eccleſie & vicarie cappelle pontis opidi Franckf. ſupradicti in feſto decollacionis beati

Johannis Baptiſte dictis vicariis ſancti *Mathie* & eorum vicariis communiter annuatim & perpetue perſolvendos predictis duabus domibus & eorum fundis prius redditibus unius ſol. den. & unius pulli preſenciis dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* & quatuordecim ſol. den. cum dimidio alibi ſolvendis dumtaxat oneratis, poſt quos redditus dictarum duarum librarum hallenſ. una cum redditibus triginta ſolid. hlls. equaliter ſubſequuntur. Actum anno Domini quo ſupra ſexto kal. junii preſentibus *Ludewico* dicto *Senſenſmyd* ſacerdote prefato *Conrado* dicto *Kyme* *Gerlaco* dicto *Glocke* opidanis Franckenford. & quam pluribus aliis fide dignis ad premiſſa pro teſtibus vocatis ſpecialiter & rogatis. In quorum omnium premiſſorum evidens teſtimonium & roboris perpetui firmitatem ſigillum officialitatis noſtre ad rogatum omnium prefatorum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini M°CCC°LVII°, quarto decimo kalendas Septembris.

CCII.

Frumenta vicariis legantur.

Officialis prepoſiture Franckenfordenſis recognoſcimus in hys quod conſtitutus coram nobis in judicio ſeculari ville *Bruningesheim* diſcretus vir *Gerlacus de Gyeſſin* vicarius eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckf. manufidelis quondam *Henkelonis* & *Kunegundis* conjugum dictorum *zu der Kannen* opidanorum Franck. reſignavit publice & expreſſe ratione ejusdem manufidelitatis nomine ſuo & ſui conmanufidelis *Gerlaci* magiſtri fabrice eccleſie prefate modo reſignacionis debito & conſueto prenotate eccleſie & diſtributori

pre-

preſenciarum ſuo pretextu ejusdem ibidem conſtituto decem & octo octalia ſiliginis menſure Franckenf. annue & perpetue penſionis de tribus manſis nec melioribus nec pocioribus inter ſeptem manſos *Syfridi zu der Sommerwonnen* opidani Franckenford. in terminis predicte ville *Brunyngisheim* ſitis infra duo feſta aſſumpcionis & nativitatis *Marie* duabus vicarriis in eccleſia ſupradicta per dictos *Henckelonem* & *Kunegundim* inſtauratis ad victum vicariorum earundem equaliter dividenda & tria reſidua tribus vicariis in memorata eccleſia videlicet ſanctorum *Michahelis Johannis Ewangeliſte* per *Nicolaum* de *Wollenſtad* inſtauratis & ſancte *Katherine* virginis ad cereos ad jam dictarum vicariarum altaribus tempore celebracionis miſſarum ibidem comburendos preſentanda. Actum & datum anno Dni M° CCC° LIIII° in vigilia beatorum *Symonis* & *Jude* Apoſtolorum preſentibus fratre *Johanne* de *Alta Rota* ordinis Teuthonicorum *Jacobo* ſcolteto prefate ville *Brunyngisheim* Dudone ſeniore *Bertoldo* fabro *Gerlaco Alberto Schuczen* & quam pluribus aliis fide dignis. In cujus rei teſtimonium ſigillum officialitatis noſtre ad rogatum dictorum manufidelium preſentibus eſt appenſum.

CCIII.

Officialis prepoſiture Franckenf. profitemur publice in hiis ſcriptis & ad univerſorum tam preſencium quam futurorum quorum intereſt vel intereſſe poterit noticiam cupimus pervenire, quod conſtituti coram nobis *Udalricus* dictus *Milwer*, *Guda* ejus uxor legitima opidani ibidem recognoverunt ſe predelibe- Novi cenſus aſſignantur.

rato

rato animo pari conſenſu communicata manu juſto vendicionis tytulo rite & rationabiliter vendidiſſe pro quadam ſumma pecunie integraliter perſoluta ac jure modo forma quibus melius valere poterit legitime reſignarunt duabus vicariis & eorum vicariis in perpetuum pro tempore ſibi ſuccedentibus in honore ſanctorum *Mathie* Apoſtoli *Bonifacii* & *Theobaldi* Epiſcoporum ac *Othmari* confeſſoris infra eccleſiam S. *Bartholomei* ibidem inſtauratis redditus duarum marcarum denar. levium uſualium & legalium Franckenf. monete annui & perpetui cenſus XXXVI ſol. hllſ. pro marca qualibet computandis eisdem vicariis communiter ſingulis annis & perpetue in feſto kathedre beati *Petri* perſolvendos & cedunt una illarum marcarum de domo & ejusdem fundo inhabitatis eorundem Udalrici & Gude ſitis infra muros antiquos ejusdem opidi in vico prope portam cymitherii fratrum predicatorum ibidem ad occidentem reſpicientem in latere ſeptemptrionali, ſeu ex oppoſito foſſati oppidum ibidem tranſeuntis in acie ſecunda porta ab eadem prius redditibus XXVII ſol. hllſ. monete ejusdem dumtaxat oneratis. Alia de duabus domibus contiguis & fundis eorundem ſitis in Saſſenhuſen in vico itineris a capella ſancte *Elyzabeth* ad hoſpitale *trium Magorum* in latere ſiniſtro ſeu verſus meridiem quaſi in medio dicti vici prius redditibus novem ſolid. hllſ. monete ejusdem oneratis. Renunciaverunt inſuper dicti *Udalricus* & *Guda* ſe & ſuis heredibus univerſis omni impetitioni quovis quoque auxilio facti ſeu juris canonici & exceptionis non numerate pecunie doli mali in integrum reſtitutionis ac

quo-

quorumlibet aliorum ſeu cujuslibet alterius beneficio quo vel quibus communiter ſeu diviſim memoratus contractus in parte vel in toto poſſet inpoſterum quomodolibet impediri, preſentibus *Johanne* dicto *Miltze* ſacerdote *Dylone Ruſer Salmanno Pletern Gryſone ſellatore* & quam pluribus aliis fide dignis ad premiſſa pro teſtibus vocatis ſpecialiter & rogatis. Item conſtituti coram nobis *Heilmannus Fleſſir Jutta* ejus uxor legitima opidani Franckf. recognoverunt ſe vendidiſſe reſignantes ac renunciantes modis omnibus quibus ſupra dictis vicariis redditus duarum marcarum dicte monete in feſto decollacionis beati *Johannis Baptiſte* preſentandos de duabus domibus & eorum fundis indiviſibiliter domo ſeu fundo quibuslibet in ſolidum ſeu pro toto cenſu altera vel altero deficiente obligatis ſitis infra muros antiquos dicti opidi in vico dicto fargaſſe prope turrim pontis ſcilicet una in latere orientali in deſcenſu ad campum piſcatorum in acie & proxime dicte turri prius redditibus unius marce denariorum monete ejusdem onerata, altera quaſi ex oppoſito in latere occidentali dictam plateam parte anteriore tangens dicta Juden ecke prius redditibus duarum marcarum monete ejusdem onerata, preſentibus *Conrado Schilder Wolff raſore Syfrido* ſaccifero dicto *Byſchoff* & quam pluribus aliis fide dignis. Item conſtituti coram nobis *Heilmannus Keſſeler Elyzabeth* ejus uxor legitima opidi Franckford. recognoverunt ſe vendidiſſe reſignantes ac renunciantes modis omnibus quibus ſupra predictis vicariis redditus unius marce denar. predicte monete in feſto decollacionis predicto perſolvendos

de quatuor domibus contiguis & eorum fundis ſitis infra muros antiquos predicti opidi in vico & latere porte fratrum predicatorum predicte in acie tercia a predicta porta ſeu vici parvi angularis duabus ex oppoſito Udalrici prefatorum omnibus eisdem quatuor domibus prius redditibus quatuor cum dimidio ſolidis denar. & duarum libr. hllſ. & ultra iſtud onus duabus de eisdem quatuor domibus videlicet oppoſito foſſati ſitis redditibus unius marce denar. ſepedicte monete oneratis, preſentibus *Conrado* dicto *Kaltis* ſacerdote *Dylmanno* dicto *Heilgeiſt Henrico* de *Ovenbach* procuratore. Item conſtituti coram nobis *Johannes* dictus *Dyde Elizabeth* ejus uxor legitima opidani Franckford. recognoverunt ſe vendidiſſe renunciantes ac reſignantes modis omnibus quibus ſupra prefatis vicariis redditus marce denar. monete prefate in feſto decollacionis predicto preſentandos de duabus domibus ſub uno tecto & fundis eorum ſitis infra muros antiquos opidi prefati in monte *Sampsdagberg* dicto in vico parvo viciniore capelle ſancti *Nicolai* infra hanc cappellam & tranſitum ſub domibus ad vicum doleatorum factum in eadem riga redditibus unius marce & decem & octo denariis prefate monete oneratis preſentibus *Johanne* dicto *Stogkar Johanne* dicto *Myltze Hunoldo* ſacerdotibus & quam pluribus aliis fide dignis. Item conſtituti coram nobis *Heilmannus* filius *Mengoti Metza* ejus uxor legitima opidi Franckford. recognoverunt ſe vendidiſſe reſignantes ac renuntiantes modis omnibus quibus ſupra memoratis vicariis redditus unius marce denar. dicte monete in feſto natali beati Martini Epiſcopi

per-

perſolvendos de habitacione tota & fundo ejusdem quondam *Mechildis* matris predicti *Heilmanni* ſita in *Saſſenhuſen* in vico Cerdonum itinere a turri pontis ad hoſpitale trium magorum in latere ſiniſtro ſeu verſus meridiem prope vicum parvum a dicto vico Cerdonum ad vicum ſancte *Elyzabet* aſcendente prius redditibus duarum marcarum monete ejusdem onerata preſentibus *Johanne Stogkar* ſacerdote *Wentzel Kelſtirbecker Jacobo* dicto *Zan* & quam pluribus aliis fide dignis. Item conſtituti coram nobis *Heſſo Sarworthe Johannes* filius *Katherina* filia ejusdem opidi Franckf. recognoverunt ſe vendidiſſe reſignantes ac renunciantes modis omnibus quibus ſupra ſupradictis vicariis redditus dimidie marce denar. ſupradicte monete in feſto decollacionis predicto preſentandos de duabus domibus contiguis & eorum fundis ſub uno tecto ſitis infra muros antiquos opidi Franckf. ſupradicti in vico parvo qui pertranſiri non poteſt à muro ejusdem opidi ad plateam ſancti Anthonii ex oppoſito quaſi curie Dni *Rudolfi* de *Saſſenhuſen* militis deſcendente in latere ejusdem parvi vici orientali quaſi in medio ſed plus ad murum ex oppoſito der Sluchternhof dicto & eſt primus cenſus ſive fundi. Item conſtituti coram nobis *Wernherus* calcifex *Guda* ejus uxor legitima opidi Franckenfordenſis recognoverunt ſe vendidiſſe reſignantes ac renunciantes modis omnibus quibus ſupra prefatis vicariis redditus dimidie marce den. prefate monete in feſto natali beati *Martini* epiſcopi perſolvendos de domo & fundo ejusdem ſita infra muros antiquos prefati opidi in vico parvo qui pertranſiri non poteſt prope

portam antiquam Bockinheimer dor dictam in latere orientali ejusdem parvi vici in fine ubi pertranſiri non poteſt contigua parte poſteriori curie quondam Symonis dicti procuratoris prius redditibus viginti & ſeptem hallenſibus onerata. Item conſtituti coram nobis *Arnoldus de Colonia Dyna* ejus uxor legitima opidani Franckf. recognoverunt ſe vendidiſſe reſignantes ac renunciantes modis omnibus quibus ſupra ſepedictis vicariis redditus dimidie marce denar. dicte monete in feſto decollacionis prefato perſolvendos de domo & ejus fundo ſita infra muros antiquos opidi Franckf. ſepedicti in loco dicto *Roſendal* in vico dicto roſengaſſe tercio a platea magna kornmerckete dicta tendente à porta Bockinheimer dor ad eccleſiam ſanctorum *Marie* & *Georgii* ibidem & hic vicus tertius deſcendit à vico fontis dicti *Luſeborne* ad foſſatum opidi dictum tranſiens ſeu à ſeptentrione ad meridiem & domus dicta ſita eſt in latere orientali à capite deſcenſus circa paſſus viginti dicti vici prius redditibus decem & octo ſolid. hllf. minus tribus hllf. onerata preſentibus *Heinrico* de *Saſſenhuſen* ſacerdote vicario eccleſie ſancti *Bartholomei* predicte *Crafftone* procuratore curie Fronhoff *Heinrico de Fulda* & quam pluribus aliis fide dignis. Item conſtituti coram nobis *Heinricus* dictus *Wolff Dyna* ejus uxor legitima opidani Franckford. recognoverunt ſe vendidiſſe reſignantes ac renunciantes modis omnibus quibus ſupra prenotatis vicariis nec non preſenciis ſeu cottidianis diſtribucionibus ac luminaribus ſedecim candelarum chori eccleſie S. *Bartholomei* memorate per *Heinricum* de *Wolckenburg* quondam vicarium ibidem diſpoſitarum

rum redditus ſex librarum & unius ſolid. hllſ. ſepedicte monete & duorum pullorum, cujus cenſus due marce vicariis & dimidia marca luminaribus predictis deputate in feſto beati Jacobi majoris perſolvuntur de duabus domibus & fundis earundem contiguis invicem & habitacioni *Dytzel* dicti *Dene* ſitis infra muros novos dicti opidi ex oppoſito quaſi porte antique dicte Bockenheimer dor prius redditibus unius marce denar. monete prefate & duorum pullorum oneratis, reſiduum vero predicti cenſus videlicet triginta & unus ſol. hllſ. ac duo pulli ſunt preſenciis ſeu cottidianis diſtribucionibus eccleſie ſancti *Bartholomei* ſepefate deputati quorum XIIII ſol. hllſ. Dominica Letare & XVII ſol. hllſ. cum duobus pullis in feſto decollacionis *Johannis* preſentantur, de duabus domibus & fundis earundem ſub uno tecto contiguis ſitis ſimiliter infra muros novos ſupradicti opidi in eadem riga cum domibus jam ſcriptis ſed aliqualiter verſus occidentem diſtantibus poſterioribus partibus earundem domorum curiam *Ramehoff* dictam tangentibus prius redditibus duarum marcarum denar. ſupradicte monete minus duobus ſolidis denar. oneratis. In quorum omnium teſtimonium premiſſorum & evidenciam ſigillum officialitatis noſtre preſentibus eſt appenſum. Datum anno Dni MCCCL^mo quinto in vigilia beati *Jacobi* Apoſtoli majoris.

CCIV.

Ich *Hertwig von Eſchebach* prieſter vicarius in dem ſtiffte zu ſant *Bartholome* zu *Franckfurt Johan* genant *Stogkar* prieſter capellan der capellen zu *Ryedern*, *Johann* von *Holtzhuſen* ſcheffen zu *Franckfurt* Inſtitutio vicariæ SS. Simonis & Thaddæi.

und *Girlach* von *nyddern Eſchebach* bumeiſter des vorgenanten ſtifftes burger zu *Franckinfurt* truwenhender *Albrechts* genant *uff der Hoveſtad* burger zu *Franckinfurt* dem Got gnade, bekennen uns offinliche an dyſem brieffe allen den die yn ſehent oder horent leſen die nu ſint oder ummer hernach komment, daz wir mit eyndrechtigen vorbedachten beraden mude in ere und lob unſers herren Godis, ſiner muder *Marien* der heiligen apoſteln ſant *Symons* und ſant *Tathei* und aller Gotis heilgen zu droſte und zu hulffe deſſelben *Albrechts Alheide* ſiner elichen wirtin irer aldern und aller gleubigen ſeelen mit verhengniſſe günſte und guden willen der erbern herren des dechens und des gemeynen capitels des ſtifftes zu ſant *Bartholomee* zu *Franckinfort* vorgenant han gemachit und machen mit diſem geinwurtigen briefe eyne ewige frümeſſe und vicarie uff dem altar der heilgen apoſtlen ſant *Symons* und *Tathei* vorgenannt in dem münſter oder kirchen des vorgenanten ſtifftes von der egenanten *Albrechts* und *Alheide* wegen und han geſatzt und ſetzen und geben mit allem dem rechte, worten und wiſe die darzu gehorent unwidderrufflich zu derſelben meſſe oder vicarie zu rechter lybnarunge dem prieſter der ſye beſitzet, von derſelben *Albrechten* und *Alheide* gude daz uff uns zu beſtellen iſt erſtorben zu dem erſten male xv achteil korngeldes jerlicher ewiger gülde Franckinfurter matzes, gelegen in der termenunge des dorffes genant Grunauwe uff eckern und ſtucke als ſie in des vorgenanten ſtiftes büchern ſint beſchreben zu antwurten und zu reichene zuſehen den zweyen unſir frauwen tagen als ſie zu hymmel foir und geborn wart, darnach

nach XII marg und einen ſchilling phenning geldes Wedereibeſcher lichter phenning jerlicher ewigen gulde, XXXVI ſchilling heller vor eyne marg zu zelne und ſieben hüner geldes auch jerlicher ewigen gülde, dirre gülde, lyt XXVI ſchilling phen. und zwey hüner uff *Herten Palmiſtorffers* hus in der Luprandesgaſſen und fallent uff des heilgen Chriſtus dag; dann ſeſs ſchilling phenning uff dem huſe *zum Gloderen* uff dem *Roſſebohel* und vallent uff ſant *Petirs* dag als he uff den ſtul wart geſatzt, dan ein halbe marg uff Metzen kirtzemechirn huſe in der ſantbornen gaſſen, und vellit uff deſſelben ſant *Petirs* dag; dann ſeſſ ſchilling phenninge uff des vorgenanten *Herten Palmiſtorffers* huſe und vallint uff ſant *Jacobs* dag des groſten. Darnach ſint dit die zinſe die uff ſant *Mertins* dag gefallent, zum erſten eylff ſchilling phenning uff Steynkoppes huſe under den fiſchern, dan ein halbe marg uff *Heilman Glymen* ſchirne, dan ein phundphenning uff Wentzeln Zehm des ſnyders huſe uff dem Fryſthofe, dann ein halbe marg uff *Heilmann Blatzis* huſe in der Geilnhuſer gaſſen, dann ſiebentzehn ſchilling phenning uff *Hermann Herings* huſe in der Cruchengaſſen, danne achtzehen ſchillings phenning uff *Heilmann Korn Wolfis* hus in Gyſengaſſen; dann dry marg uff Wydenbuſches huſe des beckirs in der ſantbornen gaſſen, danne XV ſchilling phenning und ein hun uff drittenhalben morgen garthen *Heylmann Grozen* by dem Brungesheimer phade, danne XIIII ſchilling phenning uff *Hermann Oleyers* garten by *Jutten Oleyern*, dann XV ſchilling phen. und IIII huner uff vier morgen wieſen *Heilmanns Sundelingers* by dem röſten ſee, dane eylff ſchilling phen.

uff

uff dryn morgen garten *Conrads* ſonis Dann ein halbe marg uff dryn virteil garten *Mulichs* des ſmydes in dem Lindehe, dan dru virteil garten in dem Lindehe by der brucken. Uff diſſe vorgenante gulde oder gude verzihen wir die truwenhender vorgenant luterliche gantz und ewecliche und ſetzen und han gefazt den vorgenanten ſtifft darin mit allem dem rechte, worten und wyſe die darzu gehorent; von demſelben gude oder gülde ſal der vicarius der vorgenanten vicarie reichen, geben und widderlegen alle jare ewecliche dem capitel des vorgenanten ſtiffes dryſſig ſchillinge heller nach gewonheit der andern vicarien daſelbes, und acht marg phenning der gemeynen preſencien doſelbes uff die zyt als ym benant wirt und beſcheiden an guter werunge und genger, und ſal auch ſin ewecliche in gehorſam, ſchirm und beſchurunge des vorgenanten capitels und nemen preſencie und ander alle gewonliche almuſe die den vicarien doſelbes gemeynliche wirt gereichet, und mit yn auch ir burden und arbeit dragen und lyden. Auch ſullen wir *Hertwig*, *Johan* und *Johan* und *Girlach* truwenhender vorgenant oder die truwenhender die nach uns komment, obe wir ez nicht erleben von beſundern gnaden des vorgenanten capitels an der vorgenanten vicarie die erſte gaben han und geben und darnach ſieben gabe oder giffte die allernehſt nach der erſten gabe geent, wanne die vorgenante vicarie ledig wirt, an denſelben achte gifften, ſal der vorgenante capitel oder capitelherren oder nyman von yren wegen die truwenhender mit worten oder mit wercken oder mit keynen ſachen hindern oder irren, wanne auch die achte

gabe

gabe oder giffte alle verlichen ſint von den truwenhendern, ſo ſullent dan die capitelherren oder capitel des vorgenanten ſtifftes zu ſant *Bartholomee* die vorgenante vicarie innewendig XXX dagen die allernehſt nach einander geent nach deme tage als ſie ledig wirt und ez yn kuntliche wirt eyme bidderben unbeſprochen manne der zu ſtunt prieſter ſy oder in der jahresfriſt prieſter werden moge und keyne Godis gabe nicht enhabe als dicke als ſie ledig wirt ewecliche lyhan und geben als ſie ez vor Gode verantworten mogen und wollen; geſchee ez aber daz Got nicht engebe daz die vorgenanten capitelherren oder capitel an eyme oder me oder allen der vorgenanten artickele oder underſcheit der gifft der vorgenanten vicarien bruchig wurden oder nicht enhielden, ſo ſal die gifft zu der zyt alleyne und als dicke als es noit geſchit und nicht ewecliche den truwenhendern die dane ſint ſin verfallen zu geben und zu lyhene. Zu orkunde und feſtir ſtedekeit all dirre vorgeſchriben dinge han wir die truwenhendere vorgenant gebedden den erbern herrn den official der probeſtie zu *Franckf.* daz he ſiner officialiteten ingeſigel mit ingeſigel des vorgenanten capitels an dyſen briff hat gehangen. Und wir official vorgenant bekennen uns daz wir durch bedde willen herrn *Hertwiges*, *Johans*, *Johans*, und *Girlaches* truwenhendere vorgenant unſer officialiteten ingeſigel an diſſen briff han gehangen; und wir der dechen und daz gemeyne capitel des ſtifftes zu ſant *Bartholome* zu *Franckf.* vorgenant bekennen uns offinlichen an diſem briefe, daz alle diſſe vorgeſchriben dinge ſint geſcheen mit

unſerme verhengniſſe und guden willen und auch alſo ewecliche bliben ſullent, und dez zu eyme orkunde und feſtir ſtedegkeit han wir unſers ſtifftes ingeſigel mit ingeſigel des officials vorgenant an diſſen brieff gehangen, der gegeben iſt do man zalte nach Chriſtus geburte zu latine anno Dni M°CCC° L nono, XVI kal. Decembr.

CCV.

Confirmatio prædictæ vicariæ.

Gerlacus Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis preſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Ereccionem, inſtauracionem dotacionem & fundacionem altaris beatorum *Symonis* & *Tathei* in eccleſia S. *Bartholomei* Franckf. conſtituti cum redditibus competentibus pro congrua ſuſtentacione rectoris ejusdem altaris pro tempore exiſtentis per manufideles quondam *Alberti uff der Hoſeſtad* ibidem pietatis motu factas dummodo ſine præjudicio dicte eccleſie & cujuslibet alieni juris injuria facte ſint, ratas habentes atque gratas ipſas perpetuando approbamus collaudamus atque preſentibus auctoritate noſtra ordinaria in Dei nomine confirmamus, & nichilominus jus patronatus ſeu jus preſentandi ad dictum altare quociens ipſum vacare contigerit illi ſeu illis quibus hoc in literis dotacionis deſuper confectis aſcriptum eſt, reſervantes preſentium ſub noſtro precedenti ſigillo teſtimonio literarum datum *Eltevil* VI kal. Auguſti anno Dni MCCCLX°.

CCVI.

CCVI.

Wir der official der probiſtie zu *Franckenfurd* verjehen und irkennen uns offincliche mit dieſem brieff das *Luckard* die eczwan was *Gerlachs* von *Eſſchebach* eliche husfrauwe eyns bumeiſters der kirchen zu ſante *Bartholomeus* zu Franckf. und Wernher yr ſon ſtunden vor unſer geinwirtekeit und irkanten ſic offinlichen das ſy und ere erben wollen und ſollen alle jar ewiclichen reichen und handelagen uff ſancte *Mertins* dag vier und tzwenczig ſchillinge heller geldes jerlichir ewiger gulde guter Franckfurter werunge von dryn vierteil garten landes dy da gelegin ſint in dem Lynnauw by Hennen Romengers garten eyns ſchuch wirten zu eynem ewigen vicarie eyns elters der da gewyhet iſt in ere ſancte *Thatei* gelegen in der egenanten kirchen zu ſancte *Bartholomeus* und iſt der erſte zins und die eygenſchafft des zu urkunde und veſtir ſtedekeit ſo hat frauwe *Luckard* und wernher yr ſon die vorgenante uns vlislichin gebedin das wir das ingeſigel der officialiteten durch irer bedde willen zu merer kuntſchafft an dieſen brieff gehenkit han. Datum anno Domini M°CCC°LXXXII°, fferia quinta proxima ante *Katherine* virginis.

Cenſus vicariæ S. Thaddæi.

CCVII.

Ich *Heinrich* genant *von Soden* burger zu *Franckinfurt* bekennen mich offinliche an diſſem gegenwurtigen briefe allen den die yn ſehent oder horent leſen daz ich mit guden ſinnen geſondem lybe beradem

Vicaria S. Jodoci inſtituitur.

und vorbedachtem mude durch heiles willen myner ſele Gelen myner elichen wirthin ſelgen, aller myner altfordern und aller gleubigen ſelen gemacht han und machen in dyſem geinwurtigen briefe mit aller der wiſe und forme die darzu gehorent und noit ſint, eyne ewige vicarie oder meſſe in dem ſtiffte zu ſant *Bartholomee* zu *Franckinford* mit gudem willen und verhengniſſe der erbern herren des dechans und des capittels daſelbes und geben und ſetzen mit aller der wyſe die darzu noit und gewonlich iſt zu der vorgenant vicarie oder meſſe ewecliche von myner gulde eylff marg geldes lychter phennyge ewiger ſtendiger jerlicher gulde oder zinſes ane vier ſchilling phennyge der da ſechs marg lygent uff dem huſe das do heiſet zu den Erlyn und dan dry marg ligent uff dem huſe *Heinriches Wiltpern*, die zwey huſer lygent an einander und hat *Heinriches Wiltpern* hus zu eyner ſiten den graben der durch die ſtad geet und fallent die vorgenante nun marg zuſchen den zweyn unſer frauwen tagen als ſie zu hymmel foir und geboren wart, darnach eyne marg der vorgenanten gulde lyget uff zweyn huſern gelegen in ſant *Anthonies* gaſſen gein dem nuwen hove ubir und velit uff ſant *Mertyns* dag und geben dieſelben zwey huſſer vor jerlichs numme wan nün ſchillinge heller, darnach dryſſig ſchillinge heller, der vorgenanten gulde lygent uff eyme huſe in der andern gaſſen do man von den wyſſen brudern geet zu den wyſſen frauwen gein Mentzer dor und vallent uff ſant *Mertyns* tag und der vorgenante gulde ſal der vicarius der vorgenanten vicarie als ich

mit

mit den vorgenanten herren dem dechen und capittel uberkommen und geredt han, achte marg phenninge lichter und nicht me zu preſencie jerliche widderlegen. Anderweit ſal der vicarius der vorgenanten vicarie alle jahr dem vorgenanten capitel dryſſig ſchillinge heller uff die tage als die andern vicarie dunt reichen und geben, auch geben ich *Heinrich* vorgenant und ſetzen zu der vorgenant vicarie oder meſſe ewecliche von myner gulde korn zehen achtheil korngeldes und zwey hünre geldes ewiger ſtender jerlicher gulde gelegen in dem dorffe Caldebach die man dem vicario der vorgenanten vicarie zuſchen den vorgenanten zweyn unſer frauwen tagen zu *Franckinford* ewecliche als gewonlich iſt antwurten ſal und reichen der do lygent ſeſſe und die zwey hünre uff eyn und zwentzig eygen morgen arthaffites ackirs, die andern viere ligent uff ſieben eygen virteyln arthaffites ackirs und uff eyme garten daran an dem Heneberge und uff ſieben vierteln eigenen wieſen an dem Swirtzelbornen, auch geben ich *Heinrich* vorgenant und ſetzen zu der vorgenant vicarie oder meſſe ewecliche myn hus datz do gelegen iſt in der predeger gaſſen gein yrme cloiſter uber über daz ander von dem orte, daz hus gibt nün ſchillinge heller zu buddem zinſe und nicht me, da inne der vicarius der vorgenanten vicarie wonen ſal. Uff alle diſſe vorgeſchriben gud und uff alle anſprache darzu zu habene verzihen ich *Heinrich* vorgenant vor mich und myne erben luterliche an dyſem geinwurtigen briefe. Auch iſt geredt und uberkommen mit dem vorgenanten herren dem dechen und capittel, das ich

Heinrich vorgenant die vorgenante vicarie als lange als ich leben, geben ſal als dicke ſie ledig wirt und nach myme tode *Gypel* myn ſon als lange als he lebet, ſal die vorgenante vicarie auch geben als dicke als ſie ledig wirt, und wanne wir bede ich *Heinrich* und *Gypel* myn ſon vorgenante abegegangen ſin von todes wegen, ſo ſollent dan die vorgenant vicarie geben die vorgenante herren der dechen und capitel zu ſant *Bartholomee* zu *Franckfort* und ſollent die vorgenante vicarie geben innewendig dryn und dryſſig tagen die aller nehſt ane mitteil nach einander gent von dem dage zu zelne als die vorgenante vicarie ledig iſt worden von dem vicario der ſie gehabt hat, auch ſullent die vorgenante herren dechen und capitel die vorgenante vicarie geben eyme byderben manne der zu ſtund prieſter iſt und keyne ander Godis gabe enhat, als ſie es vor Gode verantwurten wullen, auch ſullent die vorgenante herren dechen und capitel die gifft der vorgenanten vicarie, wanne ſie von yn geſcheen iſt, eyme dem eldeſten nehſten myns *Heinrich* vorgenant erben der in der ſtadt *Franckinford* iſt innewendig den vorgenanten dryn und dryſſig tagen verkunden ane geverde und dem prieſter dem ſie die vorgenant vicarie gegeben hant, benennen, geſchee es auch, daz die vorgenante herren dechen und capitel die vorgenante vicarie wanne ſie ledig wurde, nicht geben innewendig den vorgenanten dryn und dryſſig tagen und eyme der zu ſtund prieſter iſt, als vorredit iſt, ſunder daran brüchig wurden, ſo ſullen ſie zu dem mal alleyne und als dicke als ſie

die

die vorgenante zwene artickel nicht enhalden und daran bruchig werden und nicht ewecliche der gifft der vorgenanten vicarie beraubet ſin und ſullent dan die vorgenante vicarie wanne ir gifft von bruches wegen als vorredit iſt den vorgenanten herren enphallen iſt, und nicht anders geben zwene die eldeſten myner *Heinrich* vorgenant nehſten erben und ein bumeiſter des vorgenanten ſtiffes zu ſant *Barthlomee* der nicht ſcheffen iſt zu *Franckinford* innewendig acht dagen die allernehſt ane mitteil nach einander gent, von dem dage zu zelne als die gifft der vorgenanten vicarie den vorgenanten herren enphallen iſt zu dem male und ſullent die vorgenante vicarie auch geben eyme bidderben manne der zu ſtund prieſter iſt, als ſie es vor Gode verantwurten wullen und ſal auch under mynen erben der jüngeſte dem elteſten volgen obe ſie zweyen wurden an der gifft der vorgenanten vicarie. Geſchee es auch daz die vorgenanten myne erben und der buwemeiſter die vorgenante vicarie wann ir gifft an ſie gediege nicht engeben in den acht dagen und eyme bidderben manne der zu ſtund prieſter iſt, als vorredit iſt, ſo ſollent die vorgenanten herren dechen und capitel die vorgenante vicarie geben als vorſchreben iſt ane hindernyffe eyne yglichen und widderrede, wurden auch die vorgenante myn erben und der bumeyſter zweyen an der gifft, weme dan yr zwene uff ir beſcheidenheit die vorgenante vicarie geben, daz ſal ſollen geen und macht han, wurden ſie aber uff dry wege die vorgenante vicarie geben, ſo ſullent aber die vorgenante herren

de-

dechen und capitel zu ſant *Bartholomee* zu Franckinford die vorgenante vicarie geben als vorſchreben iſt ane eyns yglichen hinderniſſe und widderredde, zu urkunde und feſtir ſtedekeit aller dirre vorgeſchriben dinge ſo han ich *Heinrich* der obgenante myn ingeſiegel mit ingeſiegele des vorgenanten capitels zu ſant *Bartholomee* zu *Franckinfurth* an dyſen brieff gehangen; und wir dechen und capitel zu ſant *Bartholomee* zu *Franckinfurt* die obgenantem bekennen uns offinlichen an dyſem geinwurtigen briefe, daz wir unſern guden willen und gehengniſſe zu allen dyſen vorſchreben dingen gegeben han und geben und des zu eyme orkunde und ewiger ſtedekeit, ſo han wir unſers capitels ingeſiegel mit ingeſiegel des dicke genanten Heinriches an dyſen brieff gehangen, der gegeben wart do man zalte nach *Chriſtus* geburt zu latine anno Dni MCCCL, in vigilia apoſtolorum *Symonis* & *Jude.*

An. MCCCXLIX in die palmarum & die exaltationis S. crucis fuit ſtatio generalis cappis nigris & nudis pedibus propter epidimiam. *Latomus in MS.*

An. MCCCLI prædicatores cum per XX annos ceſſaſſent & XIII annis fuiſſent extra civitatem, divina reaſſumpſerunt. *Idem.*

An. MCCCLII cathedra Petri abſis meridionalis eccleſiæ S. Bartholomæi ſuper cœmiterium fundabatur & eodem anno prædicatores, Carmelitæ & Minores iterum divina ſuſpendunt propter Henricum Epiſcopum.

An.

An. MCCCLIII cum areæ Judæorum ex incendio vacuæ relicta partim ad cemiterium S. Bartholomæi essent redactæ & jam undique muro conclusum esset, hoc anno in die palmarum super iisdem primò habita est statio à clero & populo.

Item eodem anno in die S. Joannis Baptistæ personæ ecclesiæ S. Bartholomæi matutinas eorum in aurora primitus decantant. Puto (ait *Latomus in MS.*) antea decantatas media nocte, aut cum diu cessassent propter schisma à cantu matutinarum incepisse, prius tamen probabilius videtur.

Eodem anno septentrionalis absis ecclesiæ S. Bartholomæi completur annis septem.

An. MCCCLIV monachi divina in nocte nativitatis Christi reinceperunt & eodem anno decretum est, ut nihil venale infra emunitatem ejusdem ecclesiæ habeatur.

An. MCCCLV porta orientalis ecclesiæ est perfecta. Anno eodem in synodo Moguntina institutum est festum lanceæ & clavorum.

Anno MCCCLVI turris propè Fronhof fundabatur kalendis Julii & eodem anno habita est supplicatio publica propter pestem epidimiæ singulis in manu tenentibus candelem; habuerunt etiam collegium in choro S. Bartholomæi abbates Germaniæ ordinis Cistercienſium. *Latomus in MS.*

CCVIII.

Officialis prepositure Franckenfurdensis publice in hiis scriptis & ad universorum tam presencium quam futurorum quorum interest vel interesse poterit Census vicariæ S. Iodoci.

rit noticiam cupimus pervenire, quod conſtituti *coram nobis & in figura noſtri judicii* diſcreti viri & honeſti *Heinricus* dictus *zu dem Schiltknechte* & *Syplo* dictus *Hune* depoſuerunt ipſis conſtare ex certa ſciencia & notorium eſſe quod Domini decanus & capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* opidi predicti haberent & perpetue poſſidere debeant unam marcam denariorum levium legalium & bonorum uſualis ac legalis Franckenfurdenſis monete ſingulis annis in feſto beati *Martini* Epiſcopi ipſis perſolvendam de duabus domibus in platea beati *Anthonii* ſitis in oppoſito domus que vulgariter dicitur zu dem *nuwen hoffe* in cujus rei evidens teſtimonium ſigillum officialitatis noſtre preſentibus eſt appenſum in robur & certitudinem pleniorem datum anno Dni M°CCC°LIX°. ſabbato poſt diem beati Pauli Apoſtoli proximo.

CCIX.

Inſtauratio vicariæ SS. Trinitatis.

Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod ego *Baldemarus* clericus dictus *de Peterwil* divinitus inſpiratus in honore omnipotentis Dei, virginis Marie, *omnium Sanctorum* & precipue *ſancte Trinitatis* inſtituo facio pariter & inſtauro meliori modo quo fieri poteſt & valere vicariam perpetuam in eccleſia ſancti *Bartholomei* Franckfordenſi conſenſu honorabilium virorum Dominorum decani & capituli eccleſie ſancti *Bartholomei* ejusdem nec non *Hertvici* fratris mei & *Gele* ſororis mee benevolo accedente. Ad quam vicariam do, lego & aſſigno bona mea infra ſcripta videlicet redditus decem marcarum denariorum annui primi cenſus ſive fundi de curia ſeu habita-

tacione tota mei *Baldemari*, *Hertwici* & *Gele* ſita in opido Franckfordenſi vico ſnörgaſſen ex oppoſito der ziegelgaſſen nullo cenſu onerata die penthecoſtes perſolvendos; & unum manſum proprium nullo cenſu oneratum ſitum in terminis ville *Birgel*, de quibus bonis vicarius ejusdem vicarie triginta ſolidos dictis decano & capitulo & octo marcas monete predicte preſenciis annuatim & perpetue miniſtrabit, eritque particeps commodi aliorum vicariorum & laboris; cujus quidem vicarie collacio, proviſio & ordinacio apud nos *Baldemarum*, *Hertwicum* & *Gelam* ad tempora vite noſtre dumtaxat & non ultra permanebit, nobis autem de medio ſublatis ad Dominos decanum & capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* predicte devolvetur infra triginta dies continuos à die vacationis ſue numerandos & actu ſacerdoti conferendam; renunciamus igitur nos *Baldemarus*, *Hertwicus* & *Gela* prenotati omni illi, quo predicta vel aliquid predictorum impediri valeat quomodolibet in futurum. Et nos decanus & capitulum recognoſcimus noſtrum conſenſum ad omnia predicta acceſſiſſe in hujusque rei teſtimonium ſigillum noſtrum quo ad cauſas utimur ad inſtantes Dominorum *Baldemari Hertwici* & *Gele* ſupradictorum preces preſentibus appendiſſe. Datum anno Domini MCCCLXXIX, in craſtino purificationis beate virginis *Marie*.

CCX.

In nomine Domini amen. Anno à nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo octuageſimo quarto, indiccione ſeptima, pontificatus ſanctiſſimi in Criſto pa- Vicariæ prædictæ reditus augentur.

patris & Domini noſtri Dni *Urbani* digna Dei providencia Pape *ſexti* anno ſeptimo, menſis Octobris die penultimo, hora diei ejusdem veſperarum vel quaſi in preſencia mei notarii publici & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum perſonaliter conſtitutus honorabilis vir Dominus *Hertwicus de Petterwil* canonicus eccleſie ſancti *Bartholomei* in *Franckinfurt* dioceſis Mogunt. qui compos mentis et ambulanti corpore fuit publice confeſſatus, quod ipſe una cum fratre ſuo carnali videlicet domino *Baldemaro* felicis recordacionis quondam etiam canonico eccleſie memorate ſponte, libere ſimpliciter, racionabiliter & irrevocabiliter bono animo & matura deliberacione prehabitis ab olim in remedium & ſalutem animarum, ſui, ſuorum conſanguineorum ac omnium fidelium, defunctorum inſtauraſſet, preſentibusque inſtaurat dotat & ditat ac de novo plantaſſet & plantat quandam vicariam ſancte Trinitatis ſuper & in altari beate *Marie Magdalene* in ſepedicta eccleſia ſitam cum duodecim marcis annue penſionis warandie Franckfordenſis & valoris ſimiliter & cum bonis & domibus ſubſcriptis, que apud eandem vicariam perpetue debent permanere, eedemque marce cedunt & cedere debebunt annis ſingulis absque omni impetitione & contradiccione diſcreto viro Domino *Rudolfo de Biſchoffsheym* rectori ipſius vicarie prefate, aut alteri cuicunque ipſum ſuccedenti ſeu vicariam eandem habenti & reſpicienti; ſex dictarum marcarum ſunt ſite ſupra & in curia quondam memoratorum *Baldemari* & *Hertwici* ſui fratris in platea dicta ſnurgaſſe,

tres

tres vero marce ſuper domo dicta Ortenberg in platea dicta die Bendergaſſe, vulgariter, una marca cum dimidia ſuper domo quondam *Clare Liderbecherin* in platea nuncupata die Steinergaſſe, nec non una marca cum dimidia ſuper & in domo quondam *Conradi Zyleman.* Item idem Dominus *Hertwicus* predictus dedit preſentibusque dat ad eandem vicariam ſancte *Trinitatis* unum miſſale novum & duas domos contiguas domui ſue habitacionis, quarum unam inhabitat Dominus *Heinricus Fridang*, alteram autem inhabitat *Johannes* dictus *Lyderbach*, inſuper dedit ad eanden vicariam unum manſum terre arabilis & pratalis ſitum in villa & in terminis ville dicte *Birgel*, quem dictus Dominus *Hertwicus* Longus temporibus transactis in judicio ville memorate videlicet *Bergil* coram ſculteto & ſcabinis in manus Domini *Henrici Fridanck* tunc temporis dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* diſtributoris preſenciarum abrenunciavit libere reſignando, ſupradictis autem domibus duabus idem Dominus *Hertwicus* ſepefatus proteſtabatur ſe velle uti dumtaxat ad tempora vite ſue, quo mortuo eedem domus una cum ſuis areis & aliis pertinenciis cedent vicarie ſupradicte modo & forma quibus ſupra; ſuper quibus idem Dominus *Hertwicus* rogavit me notarium publicum infraſcriptum, ut ſibi ſuper hujusmodi unum vel plura publicum ſeu publica conficerem inſtrumentum vel inſtrumenta. Acta ſunt hec in eſtuario domus habitacionis ſepedicti Domini *Hertwici*, anno, indiccione, pontificatu, menſe, die & hora ſuperius deſignatis, preſentibus honorabilibus viris &

diſcretis Dominis *Heinrico* decano, *Nicolao Kirſenecke* canonico, *Johanne Barbe*, *Conrado Colner* vicariis predicte eccleſie ſancti *Bartholomei* nec non *Wigelone Dymari* burgenſi in *Franckinfurt* dioc. Mag. teſtibus fide dignis ad premiſſa vocatis ſpecialiterque rogatis. Et ego *Heinricus* dictus *Webil* clericus *de Caſſel* dioc. Magunt. publicus imperiali auctoritate notarius, quia hujusmodi confeſſacioni & proteſtacioni omnibusque aliis & ſingulis premiſſis una cum teſtibus ſupra nominatis preſens perſonaliter interfui eaque omnia & ſingula ſicut premittitur fieri vidi & audivi, ideoque & ea in hanc publicam formam redegi ſignoque meo ſolito & conſueto hoc preſens inſtrumentum per me ſcriptum deſuper & factum ſignavi in evidencius teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum deſuper rogatus & requiſitus.

CCXI.

Capellanus capellæ S. Mathiæ admittitur inter vicarios S. Barthol.

In nomine Domini amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum cunctis maxime vero hiis quorum intereſt vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum pateat evidenter, quod anno à nativitate ejusdem MCCCLX ſeptimo, indiccione quinta, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Urbani divina providentia Pape quinti anno ejus VIto die vero quinta decima menſis Decembris hora nonarum vel citra in opido *Franckf.* Mog. dioc. in choro ante ſummum altare eccleſie ſancti *Bartholomei* conſtituti coram honorabilibus viris Dominis *Johanne* decano eccleſie ſancti *Bartholo-*

mei

mei predicte, *Conrado de Glauburg* ſcabino ſeniore ibidem gradu, ſede ſeu ordine ſcabinatus collatoribus veris legitimis ſeu patronis capellanatus capelle *ſancti Mathie* Apoſtoli retro hoſpitale infirmorum *Sancti Spiritus* opidi prenotati, ac coram honorabili capitulo eccleſie ſancti *Bartholomei* ſupradicte coram me quoque imperiale auctoritate publico notario & teſtibus infraſcriptis honeſti viri *Baldemarus de Pettirwil* canonicus, *Petrus* officiatus preſenciarum, *Johannes de Mintzenberg* vicarii eccleſie ſancti *Bartholomei* memorate manuſideles ſeu ultime executores voluntatis diſcreti viri quondam *Hermanni Rorici* cappellani cappelle ſancti *Mathie* antefate dictis Dominis collatoribus & capitulo ultimam *Hermanni* predicti expreſſerant & publicaverant voluntatem, rogantes humiliter & devote ut hanc in quantum in ipſis eſſet, efficaciter promovere & gracioſe admittere dignarentur, videlicet quod cappellanus cappelle predicte ſancti Mathie pro nunc exiſtens & ſui in perpetuum ſucceſſores in vicarios membraque aſſumerent & eſſent eccleſie ſancti *Bartholomei* ſepe dicte, privilegio, defenſione, libertate preſenciarum ſeu cottidianarum diſtribucionum, funeralium & aliarum largicionum & elemoſynarum piarum percepcione gaudendo, obedienciam, correccionem, omnia legendo, cantando, imponendo, officiando & cetera veluti dicte eccleſie alii vicarii ſuſtinendo, quam quidem peticionem racionabilem dictorum manuſidelium predicti Domini collatores & capitulum una cum procuratore Johannis Gerlaci tunc predicte cappelle cappellani deliberacione ma-

tura

tura prehabita Dei laude cultus Dei in augmentacione ecclesie & vicarie predictarum honore utilitateque inspectis benevole & gratanter admisserunt, hincque inclinati favorabiliter consenserunt capellanumque dicte capelle sancti Mathie pro nunc existentem & suos in perpetuum successores in vicarios & membra dicte ecclesie sancti *Bartholomei* Franckfordensis condicionibus predictis salvis semper et per omnia dictorum collatorum seu patronorum collacione & jure patronatus, decanus & capitulum dicte ecclesie *sancti Barthol.* Franckfordensis receperunt, statuentes proinde & ordinantes, ne dicta ecclesia *sancti Barthol.* per ingressum vicarii *sancti Mathie* predicti in cottidianis distribucionibus dispendium seu gravamen pateretur, ut idem vicarius pro tempore existens loco presenciarium octo marcas denariorum monete Franckinfordensis currentis usualis & capitulo dicte ecclesie sancti *Bartholomei* triginta solidos hallens. pretacte monete recompenset, officiatusque dicte ecclesie suis temporibus annuatim & perpetue tradat & persolvat, manufideles quoque predicti infra scripta de bonis *Hermanni Rorici* prefati dispoficione & ordinacione ejusdem vicarie sancti *Mathie* predicte, ut eo levius recompensum & onera alia posset tolerare assignando tradiderunt coram me quoque notario publico & testibus infra scriptis ore, manu & calamo, jure, via, modo & forma quibus melius fieri potuit & valere legitime resignando, renunciantes impedicione qualibet pro nunc seu quomodolibet in futurum. Primo redditus unius marce denariorum monete supradicte an-

nui & perpetui cenſus de domo dicta *die Frencken* ſita in antiquo opido Franckford. ſupériori parte vico dicto ſargaſſe ſeu fabrorum latere occidentali infra vicos ſnargaſſe ſeu textorum & ſancti *Anthonii*, dimidia die decollacionis beati *Johannis Baptiſte*, dimidia die natali beati *Martini* Episcopi perſolvende. Item redditus quatuor librarum duorum ſolidorum hallenſ. monete predicte annui & perpetui cenſus de domo dicti *Grieff* piſtoris ſita in opido & parte predictis vico ſnargaſſe ſeu textorum predicto latere ſeptentrionali infra vicos Lintheimergaſſe & Geilnhuſſergaſſe dictos in acie reſpiciente orientem & meridiem vici Lintheymergaſſen prenotati contigua domui dicte Firnburg verſus orientem, die decollacionis beati *Johannis Baptiſte* perſolvendos prius redditibus duodecim ſolidorum hallenſium pretacte monete & duorum pullorum duntaxat oneratis. Item redditus trium librarum hallenſ. monete predicte annui & perpetui cenſus de domo dicta Schadecken ſita in opido parte & vico jam notatis latere meridionali infra vicos fargaſſen clauſtrum ſancti *Johannis Baptiſte* & Luprandis ſeu Burnengaſſen in acie reſpiciente occidentem & ſeptentrionem vici Luprandisgaſſen prenotati contigue domui dicte zum Eſele verſus occidentem, die decollacionis beati Johannis Baptiſte perſolvendos, prius redditibus duarum librarum quinque ſolidorum hallenſ. pretacte monete dumtaxat oneratis. Item tria cum dimidio jugera vinearum dictarum der Keppeler ſitis in terminis ville dicte Nuwenhayn prope vineas der Falckinſteyner nuncupatas. Acta

ſunt hec anno, indiccione, pontificatu, menſe, die, hora & loco ſuperius tactis, preſentibus diſcretis viris *Heinrico de Saſſenhuſſen*, *Johanne de Goltzbach*, *Theoderico de Gamundia* vicariis eccleſie ſancti *Bartholomei* memorate & quam pluribus aliis fide dignis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego *Waltherus Waltheri de Hohinberg* clericus Mog. dioc. imperiali auctoritate publicus notarius, quia premiſſis executioni voluntatis ultime dictorum manufidelium peticioni collatoris favorabili admiſſioni nec non omnibus aliis & ſingulis premiſſis dum ſic agerentur ut predicitur & fierent, una cum prenotatis teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ideo preſens publicum inſtrumentum deſuper confeci, quod manu mea propria conſcripſi, ſignoque meo ſolito & conſueto in evidens teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum conſignavi requiſitus ſpecialiter & rogatus.

CCXII.

Quatuor vicariis habitatio determinatur.

In nomine Dni amen. Noverint univerſi preſencium inſpectores quod ego *Conradus* dictus *Lewinſtein* opidanus Franckf. volens quatuor vicariis videlicet vicarie altaris beate *Marie* virginis ultimo inſtaurate miſſam primam ibidem de mane habenti & vicarie altaris ſanctorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ultimam miſſam ibidem habenti & vicarie altaris ſancti *Johannis Ewangeliſte* ultimo inſtaurate de mane miſſam habenti & vicarie S. *Michahelis* in eccleſia S. *Bartholomei* Franckf. ut eisdem frequencius ſerviatur in domibus habitacionum cum eisdem careant ob remedium

dium anime mee omnium parentum meorum ſalubrius providere matura deliberacione prehabita domum meam contiguam curie abbatis & conventus monaſterii in *Arnſpurg* & ortulum cum omnibus juribus & pertinenciis queſitis & non queſitis ad eandem ſpectantibus vicariis predictis irrevocabiliter trado lego & aſſigno & vicarii earundem pro tempore exiſtentes eandem perpetuo inhabitent ac pacis ibidem quiete perfruantur & in penam adjecto ſi ipſi vicarii vel aliquis eorum ordinem presbiteratus & executionem ejus non habuerint vel ſi habuerint & perſonaliter domum vel domos ipſas inhabitare noluerint vel ſi aliis ad inhabitandum locaverint vel ſi ſub colore inhabitaverint aliis videlicet domus dimidium locando ſibi cameram vel partem retinendo vel ſi perſonas ſuſpectas ad cohabitandum ſibi aſſumerent per quas vicini eorumdem inquietari ipſi quoque poſſent defamari vel ſi edificia domus vel domorum predictarum in eſſe debito non conſervarent & moniti ab hiis deſiſtere non curarent quod ex tunc decanus ac camerarius qui diſtributor eſt preſenciarum adjuncto ſibi vicario ſeniore in ingreſſu eccleſie ſupradicte ipſam domum vel domos ſibi aſſumant & collocent & cenſum quem habere poterunt de eadem vel eisdem in melioracionem vel reſtauracionem domus ſic locate vel domorum locatarum convertant ſi neceſſitas hoc requirit, ſin autem in anniverſario meo perſonis eccleſie prenotate more conſueto pro preſenciis adminiſtrent, contradictione qualibet vicarii vel vicariorum ſupradictorum non obſtante, poſtquam autem vicarii vel aliquis eorum predicti ordinem pres-

biteratus & executionem ejusdem receperint vel negligenciam ſi qua commiſſa eſſet circa modum inhabitandi locandi vel meliorandi domum vel domus predictas ut predicitur debite adimpleverint vel abjecerint, ex tunc ad domum vel domus ſibi competentem velcompetentes pleno jure poſſidendam vel poſſidendas admittantur, inſuper volo & ordino ut tranſitus domus predictas per medium dividens omnibus vicariis predictis ſuper ſolum usque ad cloacam ſit communis & a nullo vel nullis eorum ſine conſenſu & voluntate aliorum lignis lapidibus & hujusmodi aliqualiter occupetur, cloaca eciam predicta omnibus eis equaliter deſerviat & ab omnibus ſimiliter tempore neceſſitatis purgetur & ſi in edificiis deficeret reformetur, anteriores quoque domus due infra ſuper terram poſteriores due deſuper acceſſum habeant ad eandem unaqueque inſuper quatuor domorum predictarum ſedem in cloaca predicta habeat propriam & locus ſedis clave ſpeciali concludatur. Item cellario omnes equaliter utantur & ſi edificia ejusdem aliqua vetuſtate vel alio caſu conſumerentur ab omnibus eciam equaliter reparentur, caveant quoque vicarii quorum habitaciones deſuper ſite ſunt ne cellarium predictum aliqua inprovida & inordinata corroſione videlicet per nimiam aque ſuperfuſionem vel ignis ſuppoſicionem vel alio eventu aliquo modo ledant vel corrumpant, item de qualibet dictarum domorum dimidia marca denariorum levium Wederaubienſium perpetui cenſus ad curiam monaſterii *Arnspurg* Franckenfurd ſitam & non alias procuratori ejusdem per inhabitantem & ſi locata fuerit de cenſu locacionis . . de vicaria domui pertinente ſingulis annis porrigetur, &

dicte

dicte quatuor domus à quolibet alio cenſu penitus ſint exempte. Preterea ne due domus predictarum ad occidentem ſite ſuo lumine priventur ſed ut ex eadem parte copioſius per feneſtras ſubintret earundem volo ut area predicta eisdem contigua per ſpacium triginta duorum pedum à feneſtra finali verſus ſeptentrionem vel predicatores incipiendo & directe prope murum qui terminus eſt domorum duarum predictarum verſus meridiem vel pontem menſurando & per ſpacium viginti quatuor pedum à muro vel termino domorum predictarum incipiendo & verſus occidentem vel eccleſiam S. *Bartholomei* menſurando vacua totaliter relinquatur nec ſtructura vel aliquibus ſupponendis ullatenus occupetur, feneſtre vero de duabus domibus jam dictis ad aream jam dictam inſpicientes ferreis clauſuris que vulgariter iſirn geremcze dici poſſunt conſtruantur & nulla per easdem inmundicies aque vel alterius rei cujuslibet effundatur. Nos inſuper decanus & capitulum eccleſie ſupradicte permutacionem inter Conradum & vicarum altaris ſanctorum *Petri* & *Pauli* predictorum de domibus ſuis factam approbantes propter hoc maxime quia domus altaris predicti ſatis ab eccleſia diſtat & cenſu gravi extitit onerata renunciamus publice & expreſſe atteſtatione preſencium omni impeticioni vel vexacioni *Cunrado* ſupradicto vel ſuis heredibus de domo altaris predicta ſibi recepta & per aliam meliorem recompenſata per nos vel noſtram eccleſiam quovis modo in poſterum facienda. In evidens teſtimonium & firmitatem omnium premiſſorum preſentes litteras ſigillo capituli nec non officialitatis

prepoſiture eccleſie ſepedicte pecii communiri, cum quibus ſigillum meum in eorundem predictorum robur & perpetuam permanenciam preſentibus eſt appenſum. Et nos decanus capitulum & officialis prepoſiture eccleſie antedicte recognoscimus ad inſtantem rogatum Conradi prenotati ſigilla noſtra preſentibus appendiſſe in teſtimonium premiſſorum. Actum anno Domini M° CCCXLVIII°, IIII° kal. Aprilis.

CCXIII.

Vicariæ Oct.SS. redditus aſſignantur.

Noverint univerſi preſencium inſpectores quod ego *Syfridus* dictus *zu dem Saſſinſtein* vicarius altaris omnium Sanctorum eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckf. pie devocionis motus affectu matura deliberacione prehabita lego trado & aſſigno meliori modo quo poſſum vicarie altaris ejusdem redditus ſeptem octalium ſiliginis menſure Franckford. de medietate unius manſi in terminis ville *Solczpach* ſiti annue & perpetue cedentes de cujus manſi alia medietate ſimiliter redditus ſeptem octalium ſiliginis preſenciis ſive cottidianis diſtribucionibus eccleſie predicte annuatim porrigantur, qui manſus *Everoldo* de *Solczpach* & ſuis heredibus pro penſione predicta videlicet XIIIIor octal. ſiliginis menſure predicte locatus eſt jure hereditario perpetue poſſidendus qui eciam penſionem predictam in omnem eventum non obſtante grandinis exercitus decreſcencie vel alio quovis periculo infra duo feſta aſſumpcionis & nativitatis beate virginis *Marie* Franckfordie integraliter preſentabunt cujus manſi agri inferius ſingulariter conſcribuntur. Primo in campo verſus *Swalbach* duo jugera die gaſ-

ſen

ſen videlicet in inferiori via. Item duo jugera an der flurſcheide in ſuperiori via ibidem. Item duo jugera extendentia ſe ultra ſtratam dictam Menczer ſtraſſin. Item quinque jugera minus 1 quart. jugeris zu *Gelenburnen* in campo verſus Liederbach inferiorem, primo 1 juger in via verſus villam jam dictam. Item IIII jugera minus 1 quart. apud agros Dni *Georgii* militis ibidem. Item ij juger uff dem ziel. Item III jugera uff dem Kirchacker in campo ſuperiore primo quinque quartalia uff dem Bubindiehe. Item IIIj jugera under der Mentzer ſtraſſen. Item quinque jugera minus 1 quart. apud viam verſus Monſtre. Item unum pratum under der ſtritwiſen. Et ad aſſecurandum & magis certificandum fundum penſionis prenotate *Eberoldus* prefatus in judicio coram ſculteto & ſcabinis conſtitutus ibidem pro ſubpignore ad agros predictos poſſuit atque deputavit primo III jugera cum 1 quartali terre arabilis in ſuperiore campo ibidem an dem hulderbuſche ſita ſolvenda & dancia annuatim IX heller in dem Dinghob. Item 1 juger & amplius vinearum ibidem an der Schonenhalde ſitarum que ſubpignora *Eberoldus* & ſui heredes predicti aliis ſubpignoribus equivalentibus poſſunt redimere fraude & dolo penitus hic excluſis. Inſuper aſſigno & deputo vicarie predicte dimediam marcam denariorum levium Wederaubienſium annui & perpetui cenſus de domo quondam dicte der Handeloſin uff deme Roſſebohil in acie ex oppoſito domui quondam *Wygelonis* de *Wanebach* ſita & de domo alia in vico parvo retro domum *Grevenecke* dictam ibidem ſita in feſto Michahelis cedet

per-

perpetue poſſidenda tali adjecta condicione ſi vicarius vicarie dicte pro tempore exiſtens ordinem presbiteratus & executionem ejusdem non haberet vel ſi haberet & altare predictum propria in perſona non officiaret vel eidem modo in eccleſia predicta conſueto dolo & fraude ſemotis nullatenus deſerviret ex tunc diſtributor preſenciarum eccleſie prenotate redditus ſiliginis & pecunie predictos tam diu tollat et eorundem unam medietatem in feſto omnium Sanctorum aliam medietatem in octava feſti ejusdem ad preſencias ſeu cottidianas diſtribuciones perſonis eccleſie ſupradicte quibus debentur more conſueto ibidem dividat ac miniſtret quoad usque idem vicarius ordinem & executionem predictam pleniter habuerit, altare quoque prefatum officiaverit ac eidem perſonaliter deſervierit ut exprimitur in premiſſis, quibus negligentiis in toto vel in parte contra ordinacionem predictam ſic commiſſis integraliter adimpletis item vicarius ad totalem reddituum predictorum perceptionem libere admittatur, preterea hujusmodi legatum revocandi mutandi in toto vel in parte michi plenariam reſervo poteſtatem, ſi autem me ab hac luce ſublato revocatum vel mutatum expreſſe & evidenter non fuerit in ſua maneat firmitate. In cujus rei evidens teſtimonium & roboris firmitatem preſentes litteras ſigillo officialitatis prepoſiture Franckf. quia proprio careo pecii communiri. Et nos officialis prepoſiture predicte recognoſcimus ſigillum officialitatis noſtre ad peticionem Syfridi prenotati preſentibus appendiſſe in teſtimonium premiſſorum preſentibus diſcretis viris *Hartmudo* dicto *Gertener Arnoldo* de *Roſinbuſch Arnoldo Raſoris* ſacerdotibus & quam

plu-

pluribus aliis fide dignis ad predicta vocatis ſpecialiter & rogatis. Datum anno Dni M° CCC° XLVIII°. In die beati *Galli* confeſſoris.

Nota: xxx morgen eyn ſchlecht hube lants.
lx morgen eyn Fuldiſch hube lants.
I^c lx ruden machen eyn morgen.
xl ruden eyn firteil eyns morgen.

CCXIV.

In nomine Dni amen. Dudum orta materia queſtionis coram venerabili & circumſpecto viro magiſtro *Conrado Unrow* decano eccleſie beate *Marie ad gradus* Magunt. & vicario rmi in Chriſto Patris & Dni Dni Johannis Archiepiſcopi Mogunt. in ſpiritualibus Generali inter honorabilem virum Dnum *Johannem Stockar* p̄petuum vicarium ad altare ſanctorum *quatuor Ewangeliſtarum* in eccleſia S. *Bartholomei* Franckf. Magunt. dioc. ex una & diſcretos viros Dnos *Johannem Glocke* plebanum in *Zoczinheim Johannem Gothſchalk* vicarium perpetuum in dicta eccleſia S. *Bartholomei Conradum Bart* & *Johannem Stockar* laicos teſtamentarios ſeu manufideles quondam *Katherine* & *Lukardis* dictorum *Stockarn* ſororum de & ſuper nonnullis bonis cenſibus & redditibus in articulis dicti Dni Johannis in hujusmodi cauſa datis deſcriptis & per antedictas quondam ſorores in eorum teſtamento pro dotacione dicti altaris ſanctorum *quatuor Ewangeliſtarum* & ad ipſum aſſignatis & donatis & ipſorum occaſione parte ex altera datis quoque coram eodem Dno *Conrado* decano & vicario in ſpiritualibus per antedictas partes hinc inde nonnullis

Arbitrium ſuper redditibus vicariæ IV Evangeliſtarum.

poſitionibus & articulis pro intentione eorundem fundanda & demum reſponſionibus per utramque partem ad alterius poſiciones ſubſecutis productis quoque tam teſtamento dictarum teſtatricum per teſtamentarios prefatos quam nonnullis aliis juribus & munimentis pro intentione eorundem fundanda nec non hujuſmodi juribus & munimentis pro parte ipſius Dni *Johannis Stockarn* in quantum facerent pro parte ſua & contra ipſam partem adverſam repetitis & reproductis & tandem poſitionibus & articulis pro parte predictorum teſtamentariorum productis ac ipſis teſtamentariis per antefatum Dnum *Conradum* decanum & vicarium ad probandum admiſſis & teſtibus ſuper eisdem productis receptis admiſſis & in forma juris juratis eorumque dictis & depoſicionibus fideliter in ſcripturam redactis ac eciam publicatis communiter dicte partes videlicet Dnus *Johannes Stockar* pro ſe & dicte ſue vicarie nomine & Dni *Nicolai Kongeſtein* canonicus & *Johannes Gothſchalk* vicarius perpetuus in eccleſia S. *Bartholomei* Franckf. preſcripta teſtamentarii ſive manufideles predictorum quondam *Lukardis* & *Katherine* fundatricum dicte vicarie altaris ſanctorum quatuor *Ewangeliſtarum* in dicta eccleſia ſancti *Bartholomei* Franckf. pro ſe & aliorum ſuorum conteſtamentariorum nominibus tam pacis ac concordie & deciſionis preſentis cauſe in nos *Wigandum* de *Selginſtad* canonicum beate *Marie* ad gradus predicte vicarium prefati Domini *Johannis* Archiepiſcopi in ſpiritualibus Generalem ac prefati Dni *Conradi* decani in dicto vicariatu ſucceſſorem & *Johannem Kempphen* decretorum doctorem

pre-

Prepoſitum dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckf. Magunt. dioc. tamquam arbitros arbitratores & amicabiles compoſitores de alto & baſſo de & ſuper dicta cauſa lite queſtione & controverſia compromiſſerunt pro ſe & dictis conteſtamentariis ſuis ac promiſerunt & quilibet eorum promiſit ſub debito juramenti per ipſos & eorum quemlibet preſtiti nec non ſub pena trecentorum florenorum auri medietatem parti obſervanti & reliquam medietatem rmo Patri & Domino Domino Moguntino ſolvenda omnia & ſingula per nos laudanda ordinanda pronuncianda & diffinienda in hujuſmodi cauſa firmiter & inviolabiliter obſervare & adimplere nec contrafacere vel venire quacumque occaſione vel cauſa & quia nihilominus pena predicta ſoluta vel non hujuſmodi noſtrum laudum arbitrium ſeu arbitramentum permanere debeat & obtinere perpetui roboris firmitatem prout in inſtrumento compromiſſi deſuper confecto, cujus tenor de verbo ad verbum inferius eſt deſcriptus & inſertus plenius continetur & habetur, nos igitur *Wigandus* canonicus & vicarius in ſpiritualibus nec non *Johannes Kemppe* decretorum doctor & Prepoſitus antedicti hujuſmodi compromiſſo ad inſtanciam parcium premiſſarum in nos recepto productis coram nobis omnibus & ſingulis actis & actitatis coram dicto Dno decano & tunc vicario in ſpiritualibus in hujuſmodi cauſa habitis atque factis una cum juribus & munimentis que partes hinc inde ultra premiſſa acta producere & exhibere voluerunt ipſisque omnibus & ſingulis diligenter viſis & examinatis ac cum matura deliberatione digeſtis & recenſitis per ea que vidi-

mus & cognovimus & hodie cognoſcimus & videmus cauſa pacis & concordie inter partes ante dictas partibus ipſis per nos ad hoc legitime vocatis ac etiam preſentibus audientibus & intelligentibus & id inſtanter petentibus in ſcriptis pronunciavimus & ego *Johannes Kemppe* decretum doctor & Prepoſitus predictus de conſenſu voluntate & mandato dicti Dni *Wigandi* vicarii in ſpiritualibus pronunciavi in hunc qui ſequitur modum: Chriſti nomine invocato nos *Wigandus* de *Selginſtadt* canonicus eccleſie beate *Marie ad gradus* Magunt. in ſpiritualibus vicarius generalis & *Johannes Kemppe* decretorum doctor Prepoſitus eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckf. Magunt. dioc. arbitri arbitratores ſeu amicabiles compoſitores & communes amici à ſupra & infra ſcriptis partibus communiter & concorditer electi & aſſumpti per hanc noſtram ſententiam, quam ferimus in hiis ſcriptis dicimus pronunciamus laudamus ordinamus & arbitramur duas hubas ſive manſos duos terre arabilis in articulis pro parte prefati Domini *Johannis Stochar* in preſenti cauſa exhibitis deſcriptos & aſſignatos. It. 1 marcam perpetue annue penſionis ſupra domum ſitam juxta quandam aliam domum vulgariter Auſpurger nominatam in der ſantgaſſ. Item 11 marcas annui cenſus ſupra domum vulgariter vocatam zu dem alden gulden ſchafe. It. xxx ß hlln. annue penſionis ſupra curiam vulgariter vocatam hartmanshofe von Bockinheym in novo opido Franckf. It. 1111 marcas perpetui cenſus ſupra domum vulgariter vocatam Erenfels in dicto opido Franckf. ſituatam, cum onere elemoſinarum prout

in

in dicto teſtamento ſive littera fundationis prime continetur. It. tria jugera vinearum & 11 jugera pratorum in eisdem articulis deſcripta et deſignata nec non omnia et ſingula alia bona, cenſus, redditus et penſiones ad dictam perpetuam vicariam videlicet primam in ordine in teſtamento ſive ultima voluntate dotatione et fundacione ejusdem vicarie per quondam *Luckardim Stockarn* deputata et aſſignata deputatas et aſſignatas. Item 11 octalia ſiliginis annue penſionis cedentia in terminis ville Hegſtad. It. ſupra domum vulgariter vocatam Augſpurg ſituatam in dicto opido Franckf. 1 marcam perpetui cenſus. Item 111 libr. et VII ſol. halln. annui cenſus et perpetui cedentes de domo que vulgariter zu dem Kyſelhus in der wyden ſantgaſſ in eodem opido Franckfurt ſita. It. marca ſimiliter perpetui cenſus ſupra domum der twer geſchin unden in der Lintheymergaſſ ſuper quadam domuncula ibidem videlicet in opido Franckf. ſituata per dictam quondam *Katherinam Stockarn* unam de fundatricibus predictis & teſtamentarios ſive executores ultime voluntatis predictarum quondam *Luckardis* & *Katherine* pro dotacione & augmento dotis ad dictam vicariam perpetuam ſuperadditos & aſſignatos miniſtranda vicario pro tempore dicte vicarie exiſtenti nec non omnes alios & ſingulos redditus cenſus & penſiones per dictos quondam *Katherinam* & teſtamentarios ad ipſam vicariam perpetuam deputatos ad prefatam vicariam perpetuam & vicarium ipſius pro tempore exiſtentem nec non ad Dnum *Johannem Stockar* modernum rectorem ſpectaſſe & pertinuiſſe ac ſpectare

& pertinere de jure nec non omnia & ſingula ſupra ſcripta bona cenſus redditus & penſiones predicte vicarie ac prefato *Johanni Stockar* nomine ipſius vicarie adjudicanda fore & adjudicamus, prefatos quoque teſtamentarios conjunctim & diviſim ad dandum tradendum & aſſignandum prefato Domino *Johanni Stockar* nomine dicte perpetue vicarie de bonis dictarum quondam *Luckardis* & *Katherine* fundatricum unam dimidiam hubam ſive dimidium manſum terre arabilis nondum ſibi traditam nec aſſignatam vel loco dictarum hubarum XVIII octalia ſiliginis annue penſionis nec non duo octalia ſiliginis in terminis ville Hogſtad. Item ſuper domum Auſpurg ſitam in dicto opido Franckf. I marcam perpetue cenſus. It. III libr. & VII ß. hall. uff der Kyſelhus in der wyden ſantgaſſen ſitam in opido predicto. Item I marcam perpetui cenſus in der twer geſſchin unden in der Lintheimergaſſen. It. quandam domunculam omniaque & ſingula bona cenſus redditus per nos dicte vicarie adjudicata & adjudicatos nondum tradita & aſſignata neque traditos nec aſſignatos ad dandum tradendum & aſſignandum dicto Dno *Johanni Stockar* ſive vicario dicte vicarie pro tempore exiſtenti condempnandos fore & condempnamus, condempnatosque compellendos fore & compelli debere. Inſuper ordinamus laudamus dicimus et arbitramur pro bono pacis et concordie quod prefati teſtamentarii pro dictis duabus hubis ſive manſis poſſint et valeant dicto Dno *Johanni Stockar* et vicario dicte vicarie pro tempore exiſtenti et loco ipſorum deputare et aſſignare XVIII octalia ſiliginis

an-

anue penſionis ſolvende de predictis hubis ſive manſis et quod eorum voluntatem ſuper eo declarare publice infra unum menſem proxime futurum teneantur, alioquin hujuſmodi optio eligendi alterum quod maluerit de predictis pertineat ad dictum Dnum *Johannem Stockar* vel ejus in dicta vicaria ſucceſſorem. Item dicimus et ordinamus pro ſimili bono pacis et concordie quod prefatus Dnus *Johannes Stockar* onus pro preſentiis ſive cottidianis diſtribucionibus in eccleſia ſancti *Bartholomei* per vicarium dicte vicarie pro tempore exiſtentem percipiendis incumbens per ſe ipſum ſupportare et ſubire debeat & teneatur & non teſtamentarii prefati quos eciam ab hujusmodi onere abſolvimus & liberamus ac etiam abſolutos & liberatos per hanc noſtram ordinacionem dicimus ceteris omnibus & ſingulis tam in dicto teſtamento ſive ultima voluntate dictarum quondam *Luckardis* & *Katherine* quam etiam in codicillo poſtea facto in ſuo robore atque firmitate perpetue permanſuris eosdem teſtamentarios in expenſis coram nobis factis condempnantes, quarum taxacionem nobis in poſterum reſervamus. Inſuper reſervamus nobis poteſtatem hujuſmodi laudum arbitrium ordinationem & pronuntiationem noſtras declarandi & interpretandi quando et quociens opus erit & nobis videbitur expedire. Lecta lata & in ſcriptis promulgata fuit & eſt hec preſens arbitralis ſententia per nos *Wigandum* vicarium in ſpiritualibus & *Johannem Kemppen* decretorum doctorem arbitros arbitratores & amicabiles compoſitores antedictos *Maguncie* in curia habitacionis mei *Johannis Kemppen.*

Anno

Anno a nativitate Domini M CCCC decimo, indict. III, die ſabbati VIII^{a} menſis Novembris hora diei ejusdem veſperarum vel quaſi pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Johannis* divina providentia Pape XXIII anno ſuo primo. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum fidem & teſtimonium hanc noſtram pronuntiationem ſive hoc preſens publicum inſtrumentum hujuſmodi noſtram pronuntiationem in ſe continens exinde fieri & per notarium publicum infra ſcriptum ſcribi et publicari mandavimus noſtrorumque ſigillorum appenſionibus fecimus communiri, preſentibus ibidem honorabili viro *Gothardo Stummel* cantore eccleſie S. *Stephani* Magunt. *Heinrico Welder* advocato opidi Franckf. *Johanne Gufer* notario publico et *Johanne* dicto Gudt de *Rodinberg* clerico Conſtancienſ. dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis pariter et rogatis. Et ego Tielmannus &c. &c.

In præinſerto documento inter alia notari meretur *Wigandus de Selginſtadt* eccleſiæ B. M. V. ad gradus canonicus *Johannis* Archiep. Mog. vicarius in ſpiritualibus generalis, qui deeſt in catalogo ab illuſtr. de Gudenus tom. II, pag. 425. Ponendus autem eſt poſt *Conradum Unruhe.*

CCXV.

Dotatio altaris S. Agnetis.

In nomine Domini amen. Noverint univerſi hoc preſens transſumptum publicum viſuri et inſpecturi, quod anno à nativitate Domini M CCC LXXVIII, indiccione prima, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Pa-

Patris & Domini noſtri Domini *Gregorii* divina providencia Pape XI anno octavo die XVI menſis Januarii hora primarum vel modicum poſt in mei notarii publici & teſtium ſubſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum preſencia perſonaliter conſtitutus diſcretus vir Dominus *Ludowicus* dictus *Wartinberg* paſtor parochialis eccleſie in *Echtzil* tenens & habens in ſuis manibus quoddam publicum inſtrumentum manu *Conradi* dicti *Kaltiſs* publici notarii ſcriptum, ſignoque ſuo ſolito ſignatum, de quo mihi notario plenam fidem fecit dictusque Dominus *Ludowicus* me notarium ſub debito mei officii ſubſcriptum diligenter requiſivit, ut dictum inſtrumentum de verbo ad verbum tranſcriberem & in hanc publicam formam inſtrumenti redigerem, quod quidem inſtrumentum ad me recepi, ipſumque de verbo ad verbum cum diligencia transſcripſi nil addendo vel deponendo tenoris & continencie in hec verba: Noverint preſencium inſpectores quod nos *Heilo* dictus *Wieze* & *Alheidis* conjuges opidani Franckinfordenſis dioc. Mag. in augmentum cultus divini & in ſalutem animarum noſtrarum & omnium parentum noſtrorum pari & unanimi conſenſu communicata manu *altare ſancte Agnetis in hoſpitali ſancti Spiritus* infra muros Franckinfordenſes ſito conſtructum redditus & domos infra ſcriptos pro ſuſtentacione cappellani qui pro tempore perpetue ſecundam miſſam celebrabit, dotavimus & dotamus in modum qui ſequitur: primo enim domum noſtram quam inhabitamus & tres domus noſtras ex oppoſito extra curiam noſtram ſitas, macellum noſtrum, XIII octa-

lium ſiliginis redditus annuos in villa Durckelwile & ejus terminis, ſeptem ſolidos levium denariorum, modium olei & duos pullos, quos redditus dabit *Hartmudus* dictus *Gogenap* ibidem de bonis noſtris aut ſoror ſua ſi ſupervixerit eum ſitos in terra arabili in tribus pratis uff der genſeweide & in orto, ſed quia uxor mea legitima *Alheidis* bone memorie deceſſit *Theodericus* ſacerdos de Wetslaria meus cappellanus nomine & juſſu meo porrexit actu vicariam predictam *Sterckelino* zum *Romer* clerico, ita ſane, quod quam cito poſt mortem meam promotus fuerit in ſacerdotem, ex tunc & non antecedent ſibi redditus predicti, ſi autem quod abſit non promoveretur in ſacerdotem poſt obitum meum, Dominus plebanus ſancti *Bartholomei* ac ſui ſucceſſores & Dominus *Theodericus* predictus cappellanus meus in altari ſancti Spiritus habens ſecundam miſſam ac ſui ſucceſſores, quos collatores dicti beneficii conſtituo, poſt canonicam monicionem dicto *Sterkelino* faciendam infra unius menſis ſpacium à tempore hujusmodi monicionis ſeu vacacionis numerandum, perſonam unam in gradu conſanguinitatis nobis ſeu alterius noſtrum junctam, literatam ſi inveniri & haberi poteſt, ſi autem plures literati in noſtra conſanguinitate invenirentur & quilibet ipſorum pro dicto beneficio conſequendo anhelaret, ita quod lis inter dictos conſanguineos oriretur, ex tunc predicti collatores juxta eorum velle & libitum unum ex ipſis conſtituunt contradiccione qualibet non obſtante, quod ſi nullus inter noſtros conſanguineos ydoneus inveniretur, tunc aliam ydoneam habilem perſo-

nam

nam eligent infra menſem ut prefertur, alioquin tres ſcabini ſeniores pro illa ſola vacacione unum ydoneum preſentabunt quem decreverint ſacerdotem & hic obtinebit, rurſus ſi neceſſitate quacunque eſſem inpoſterum perplexus ſeu detentus, bona mea omnia et ſingula preſcripta vendere alienare & in uſus meos neceſſarios convertere volo, poſſum & debeo contradiccione quorumcunque non obſtante. In quorum omnium teſtimonium & debiti roboris firmitatem has preſentes literas per *Conradum* dictum *Kaltys* publicum auctoritate imperiali notarium ſcribi & in hanc publicam formam redigi ejusque ſigno ſolito & conſueto ſignari mandavi Acta ſunt hec anno Domini MCCCL, indiccione prima, pontificatus Domini *Clementis* Pape *ſexti* anno octavo die XIX menſis Januarii, hora ipſius diei circa veſperas in dicti *Heylonis* hoſpicio preſentibus Dominis *Johanne Pori Conrado* dicto *Durre* meiſter fratribus ordinis ſancti *Johannis* Jeroſolimitani domus in *Franckinfurt*, *Petro* eorum commenſali ſacerdotibus, *Henſelino* dicto *uff dem Graborn*, *Heinrico* dicto *Wixhuſs* carnifice & *Katherina* dicta *Keſſeln* vidua & quam pluribus aliis fide dignis pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego *Conradus* dictus *Kaltys* de *Franckinfurt* dicte Mogunt. dioc. publicus imperiali auctoritate notarius quia dotacioni dicti altaris, condicionibus, reſervacionibus nec non omnibus aliis & ſingulis premiſſis una cum prenotatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi atque manu mea propria conſcripſi, nec non hoc preſens inſtrumentum publicum de mandato

dicti Domini *Heylonis* & in hanc publicam formam redegi meoque ſigno ſolito & conſueto ex parte ipſius ſignavi rogatus atque requiſitus ſuper eo. . . . Acta ſunt hec *Franckinfordie* Mag. dioc. in curia decanatus eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckinfordenſis in loco ubi judices pro tunc pro tribunali ſedere conſueverunt; ſub anno, indiccione, pontificatu, die, menſe, hora & loco quibus ſupra. Preſentibus & circumſtantibus diſcretis & honeſtis viris & Dominis *Jacobo* dicto *Kemppe* decano eccleſie ſanctorum *Marie* et *Georgii* Franckfordenſis, *Johanne* de *Myntzenberg* vicario hoſpitalis ſancti Spiritus ibidem, *Petro de Treviri*, *Johanne currificis* et *Johanne Stutzel* pro teſtibus ad premiſſa vocatis pariter et rogatis. Et ego *Hermannus* dictus *Manegolt* clericus Mag. dioc. etc. etc. publicus etc.

CCXVI.

Vicaria S. Mathæi à Stockerianis inſtauratur & dotatur.

In nomine Domini amen. Ich *Katherina Stockarn* und ich *Lukart Stockarn* geſchweſtern burgeſſen zu *Frankinfort* Mentzer biſchtums dun zu wiſſen allen criſtenmenſchen die diſſen teſtamente brieff ſehend oder horent leſen und beſunder den die das ruret oder ruren mag in kunfftigen ziden, umb das unzemelich iſt dem mentſchen zu ſterben ane ordenunge ſines willen als Chriſtus daz exemplificeret hat an dem fronen crutze do er alſo hangende ſine liebe muter *Marien* ſyme lieben jungern *ſente Johan* befalch und darnach ſinen geiſt uffgab in die hende ſines himelſchen vaters vor dem ein yglich mentſche muſſ antwurte geben an dem jungeſten

dage

dage von ſinen eigen wercken, ſint daz inzyt dan nicht gewiſſers iſt dan ſterben und nicht unſichers dan leben, ſo iſt unſſer meynunge vorzukommen die unvermydeliche ſcholt mentſchlicher eigenſchafft und nachzufolgen den fuſſtrappen Chriſti unſern leſten willen zu ordineren, des han wir eynmudeclichen wol beradens mudes mit guter vernunffte unſſer ſinne in lob und ere dem almechtigen Gode ſiner muter jungfrau *Marien* und ſunderlich ſant *Matheo* Apoſtel und Ewangeliſten, darnach ſant *Petro* ſant *Paulo* ſant *Jacob* ſant *Andreas* ſant *Stephan* ſant *Laurents* ſant *Erasmo* ſant *Criſtoffel* ſant *Martino* ſant *Ewaldo* ſant *Leonhart* ſant *Hupracht* ſant *Anthonio* ſante *Katherine* ſante *Barbare* ſante *Dorothee* ſant *Odilien* ſant *Lucien* ſant *Appolonien* und allen heilgen der gemeynen Criſtenheit zu helffe unſſern ſelen, *Wickers* myn *Katherin* und *Girlach* myn *Luckarten* huſwirtes unſirs vaters und muter ſelen hern *Johans* unſſers bruders ſelgen unſſer altfordern und allen gleubigen ſelen zu droſte mit andern uſſern ſatzunge unſers leſten willen die auch in yr crafft ſullen bliben unverwandelt dis ſelgerede geſaſt ſundert gemacht und inſtaurert in der beſten formen als daz aller beſtentliche ſin mag mit ſolichem gezugnis, wer es daz dis teſtament nyt crafft hette in beſezlichem rechten, ſo ſal es abermechtig ſin mit beſchriben rechten der bucher codicillorum oder von ſchickunge eins yglichen leſten willen und mit orkunde diſſ brieffs ſetzen ſunderen machen und inſtaureren wir dis Gotis lehen und vicarie zu einer ewigen meſſe und belegen die mit gunſte verheng-

niſſ und mit gudem willem der erſamen herren dechens und capitels des ſtifftes ſant *Bartholomei* zu *Franckinfurt* in die pharrkirchen doſelbs uff den altar der heilgen *vier Evangeliſten* und bewedemen dieſelbe vicarie mit und uff den nachgenanten ligenden guden, renten und zinſen. Zum erſten mit XVIII achtel ewiger korngülde die gelegen ſint in *Harheimer* termenien uff anderhalbe hube landes archafftes ackers und mit einer genſe die gelegen iſt uff eym placken weſen die *Sybolt Heilbechir* inne hat, it. II achteil ewiger korngulde gelegen in der termenien des dorffes *Hexſtad* des man auch beſunder briefe hat. It. ſeſſ phund ewiges geldes gelegen uff dem eckhuſe do zu ziden eichener inne ſaſs gein dem Santhofe uber und gefallen halb in der faſten und halb in der alden Franckenfurter meſſe. It. I marg ewiges geldes gelegen uff dem huſe *Auſpurg* und gefellet uff ſant *Martins* dag. It. I marg ewiges geldes gelegen uff huſe und ſtallunge in der cleinen ſantgaſſen hart an *Auſpurg*. It. IV phund ewiges gelds mynner funff ſchill. hllr. gelegen uff *Gunthers* backhus in der vorgenant gaſſen und gefallent uff ſant *Mertins* dag. It. II phunt ewiges gelds gelegen uff des Schnydershus in der vorgenant gaſſen do zu ziden *Wentzel Zimmermann* inne ſaſs und gefellet ein phunt uff ſant *Mertins* dag und das ander in der faſten meſſe. It. III phund und VII ſchll. hllr. ewiges geldes gelegen uff der kyſeln huſe in der widen ſantgaſſen und gefallen in der alden Franckfurter meſſe. It. I marg ewiges gelds gelegen by den predigern uff des Kurſſeners

huſe

huſe und gefellet uff ſant Walpurg dag. Item 1 marg ewiges geldes gelegen in dem twergeſgine undene in der Lintheymer gaſſen uff eyn husgin und gefellet uff ſant *Anthonies* dag. It. 11 marg ewiges gelds gelegen in *Saſſenhuſen* uff durchdenbuſchhuſe und gefallen uff ſant Johanstag als korn wurzel brichet. Alle und beſunder diſſe vorgenant korngulde, rente und zinſe beſcheiden und geben wir obgenant ſtiffter recht und redelich und unwidderrufflich dem prieſter der dieſelben vicarie hernach beſitzet in der wiſe als das hernach underſcheiden ſtet ſich der eweclichen zu gebruchen und alle jar ſin lybnarunge devon zu nemen und ein iglich prieſter der daran mit rechte kommet, des zu veſtir ſtedekeit verzihen wir obgenant ſtiffter luterlich uff die vorgenant korngulde, rente und zinſe und uffern uns mit dieſem brieff alles unſers rechten das wir bisher daran gehabt han gentzlichen, des zu ſicherheit ſetzin wir darinne an des prieſters ſtadden dechin und capitel des obgenant ſtifftes ſancti *Bartholomei* mit allen rechten, wiſen und worten die darzu gehorent und von der vorgenant korngulde renten und zinſen ſal des obgenant Gotis lehen prieſter widderlegen alle jar eweclich dem vorgenant capittel xxx ſchill. hllr. und viii marc geldess Franckinfurter werunge der gemeynen preſencien doſelbes uff die zyt als ym daz benant wirt, auch ſal derſelbe prieſter eweclichen ſin in gehorſame, ſchirme und ſchurunge des dechens und capitels vorgenant und ſal auch nemen preſentie und alle ander gewonliche almuſen, die den vicarien doſelbs wirt gereicht

und

und darumb ſal er yn helffen ire burden tragen mit ſingen und mit leſen und mit allen andern ſachen als ire ordenunge und gewonheit ſted, auch ſullen wir obgenant ſtiffter und unſer truenhender von beſundern gnaden des dechens und capitels vorgenant an derſelben vicarien die erſten gifft haben thun und geben und darnach achte giffte die allernehſte nach der erſten giffte gent oder zu ziden komment wan die vorgenante vicarie ledig wirt nach der ordenunge der perſonen als daz unſer ander gemeyne teſtamente brieff uzwiſet von den dryn vicarien, welchir unſer truwenhender an der gifft vor oder nach geen ſulle, auch enſal der dechen und capitels vorgenant ſementlich oder beſunder und auch ymand anders von yren wegen uns und unſer truwenhender und unſer keins beſunder die vorgenante zale uz an der giffte der vicarie wanne und als dicke ſie ledig worden iſt nicht irren in die keyne wys, ſondern waz perſonen he ſy prieſter oder nyt als hernach geſchriben ſtet unſer iglicher den die gyfft ruret dem dechen und capitel vorgenant preſentern an dieſelben vicarien als ſie ledig iſt, den perſonen ſullen ſie ane widderrede und unverzogelich zu lazen und ym dun anwurten korngulte renten und zinſe preſencie und alle ander recht die darzu gehorent, auch wollen wir obgenant ſtiffter daz nach unſer beider tode unſer truenhender und yr iglicher den die gifft an der vorgenanten vicarie ruret ſall dieſelben vicarie lihen inwendig XXX dagen vor aller menlich eym unſerme nehſten erben der prieſter iſt oder prieſter werden wil in des jares friſt als die vicarie ledig iſt worden, wers aber das ſolicher perſonen

under

under unſerme geſlechte keyner were, ſo ſal der giffter die vicarie lihen eyme armen prieſter oder eym andern perſonen der prieſter werden wil in des jares friſte als vorgeſchriben ſtet und kein Gotis lehen hat, auch wollen wir obgenant ſtiffter ewiglich daz ein iglich vicarius dem dyſe vicarie geburet zu beſitzen ſal keyn beneficium me by diſſer vicarien ſunder dieſelben vicarie alleine haben, wer es aber daz he me Gotiz lehen hette oder gewonne by derſelben vicarie, ſo ſal die vorgenant unſer vicarie zu ſtunt als daz offinbar wirt genzlich vaceren recht in aller wiſe als ob der perſone der die vicarie alſo beſitzet, dot were und ſal yn nyt ſturen herwidder unſern leſten willen daz er noch im leben ſy und die vicarie nyt uffgegeben habe ſunder der perſon den die gifft ruret ſal dieſelben vicarie lihen eym andern frommen manne nicht habende als vorgeſchriben ſtet, wanne und als dicke des noit geſchiet. Item wann auch die IX giffte alle vollinbracht und verluhen ſint als vorgeſchriben ſtet, ſo ſal ein dechen und capitel des obgenant ſtifftes ſancti *Bartholomei* zu *Franckinf.* dieſelben vicarien darnach ewiglichen wan ſie ledig wirt verlihen eym erſamen manne in aller wiſe als vor underſcheiden ſted; geſche es aber daz Got verſehe ob ein dechen oder capitel des obgenant ſtifftes oder ein yglich ander den die vorgenant gifft ruret an diſſen vorgeſchriben artickeln eyme oder me bruchig wurde und herwidder teden, alſo daz unſer meynunge als die vor erclerit iſt nyt gehalten wurde ſo ſal die gifft der vorgenant vicarien zu ſtunt verfallen ſin uff daz mal al-

leine und darnach als dicke solich bruch geschit an den eldesten nehsten erben under unserme stamme mannes geschlecht und derselbe nehsten erbe sal dan die vorgenant vicarien lihen eym andechtigen personen aber in aller wise als vorgeludt hat und als dicke des noit geschit ummerme eyner, der eldeste erbe nach dem andern sollen des also zu schaffen haben ane alle geverde. Zu orkunde disser sache han ich *Katherine Stockarn* egenant stiftern von mynen wegen und ich Johan Glocke priester und ich *Johan Gothschalk* vicarie des vorgenant stifftes truenhender von frauwen *Luckarten* seligen egenant stifftern wegen unser igliches sin ingesigel vor sich selb und vor *Hennen Stockarn* unsern myttruenhendern umb siner bedde willen an die instrument brieff gehangen, disser ingesigel ich *Henne Stockar* vorgenant mich mit den vorgenant truenhendern hie auch also gebruchen, want ich kein eigen ingesigel enhan und wir der dechen und capitel des obgenanten stifftes sancti *Bartholomei* erkennen uns offinberlich mit dissem instrument briffe daz alle und besunder disse vorgeschriben punte und artikele als von worte zu worte daz uzwiset geschcen und ergangen sint mit unser verhengniss gunste und guten willen und redden daz semetlich und besunder vor uns und unser nachkomen feste und unverbrochlich zu halden ane alle geverde, des zu orkunde han wir unsers obgenant stifftes sancti *Bartholomei* zu *Franckf.* gross ingesigel an diessen brieff gehangen auch zu merer gezugniss disser sachen han wir vorgenant dechan und capitel ich *Kathrin Stockarn Johan Glocke Johan*

Got-

Gotſchalk und ich *Henne Stockar* zolner zu *Franckf.* vorgenant gebedden mit flize den erſamen herren den official der probeſtie zu *Franckf.* daz er ſiner officialiteten ingeſigel an diſſen briff gehangen hat, und wir official der vorgenant probeſtie erkennen uns auch daz wir durch bedde willen des dechens, capitels und der andern perſonen vorgenant unſer officialiteten ingeſigel umb ein ewig gezugniſs der vorgenant ſachen zu yrem ingeſigel an diſſen inſtrument brieffe han gehangen.

Actum ſunt hec anno à nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo nonageſimo tercio, indiccione prima pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Bonifacii* divina providencia Pape noni anno ſecundo die vero XVIII menſis Novembris hora quaſi veſperarum in opido *Franckfurt* Mog. dioc. in ſtupa habitacionis ſeu domus dicte *zu der bumeiſtern* preſentibus honeſtis & diſcretis viris *Ulrico de Hexſtad* & *Johanne* natu ſuo *textoribus Bernhardo Nygebur* & *Johanne Wyſſe* opidanis Franckinfordenſibus teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis.

CCXVII.

Johannis Dei gracia ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis & ſingulis preſentes noſtras literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Inſtauracionem ereccionem dotacionem & fundacionem perpetue vicarie ad altare ſanctorum *quatuor Euangeliſtarum* ſitum in eccleſia ſancti *Bartholomei* Franckinf. noſtre dioceſis motu pietatis per *Katherinam* & Prædictæ vicariæ confirmatio.

Luckardem dictas *Stockarn* sorores opidanas opidi Franckinfordensis dicte nostre diocesis cum certis sufficientibus redditibus pro congrua sustentacione persone ipsum altare seu vicariam regentis prout per quoddam dotacionis publicum instrumentum sigillis honorabilis decani et capituli ecclesie sancti *Bartholomei* predicte eorum consensum ad hoc prestancium ac officialitatis prepositure ejusdem ecclesie nec non *Johannis Glocke* presbiteri et *Johannis Gotschalk* vicarii ejusdem ecclesie testamentariorum seu manufidelium dictarum *Katherine* et *Luckardis* sigillatis sumus sufficienter informati, factas, dummodo absque prejudicio dicte ecclesie sancti *Bartholomei* et cujuslibet alterius alieni juris facte sint, ratas habemus atque gratas, ipsasque perpetuando collaudamus et confirmamus ac presentis nostri scripti patrocinio communimus, jus patronatus seu presentandi quociens dictam vicariam vacare contigerit hys quibus in dicto dotacionis instrumento reservatum est futuris temporibus reservantes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Aschaffinburg* feria sexta ante festum S. *Valentini* Martiris anno Dni millesimo quadringentesimo.

CCXVIII.

Præsentatio ad dictam vicariam.

Venerabilibus viris Dominis decano et capitulo ecclesie sancti *Bartholomei* Franckf. Mag. dioc. officialis prepositure ecclesie ejusdem quidquid poterit reverencie et honoris. Vestre honestati legaliter intimamus, quod discretus vir *Gebehardus de Rockenberg* pres-

presbyter dicte dioc.ad vicariamin eccleſia ſti *Barth.* predicta in honore ſanctorum *Anthonii*, *Leonardi*, *Huperti*, *Chriſtofori* et *Erasmi* in et ſuper altare beatorum *quatuor Ewangeliſtarum* ejusdem eccleſie de novo per honeſtam viduam *Katherinam Stuckarn* opidanam Franckinf. fundatam, erectam & dotatam per eandem viduam nec non honorabiles *Johannem Glocke* presbiterum, *Johannem Gotſchalg* vicarium eccleſie predicte & *Johannem* dictum *Stocker* opidanum Franckf. manuſideles ejusdem *Katherine* ad quos jus preſentandi dinoſcitur pertinere ad preſens nobis eſt preſentatus per nos eciam in noſtra proclamacionis litera per plebanum Franckf. omnes & ſinguli ſua in hac parte intereſſe credentes ſeu opponere ſe intendentes ſunt citati & in terminum hodiernum vocati, in quo nullus oppoſitor ſeu contradictor comparuit unde ex peticione dicti *Gebehardi* ſingulos etc. non comparentes contumaces reputavimus & reputamus per preſentes eisque viam de cetero opponendi precluſimus & in hiis ſcriptis precludimus ipſumque *Gebehardum* ad vicariam ſupradictam inveſtivimus & tenore preſencium inveſtimus in Dei nomine, vobis venerabilibus Dominis decano & capitulo ſupradictis mandantes quatenus ipſum *Gebehardum* in poſſeſſionem dicte vicarie ducatis corporalem facientesque ſibi de fructibus redditibus proventibus obventionibus ejusdem reſponderi ac eciam reſpondeatis prout ad vos ac quemlibet veſtrum ſpectat ſtallum ſibi &c. in choro ſupradicte eccleſie aſſignando. Datum *Frauckinfurt* in curia prepoſiture antedicte & actum ſub anno Dni M CCCC°, die lune quarto kal. Aprillis.

CCXIX.

Confirmatio variarum vicariarum.

Gerlacus Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes pervenerint, cum infraſcriptorum notitia ſalutem in Domino ſempiternam. *Chriſtus Jheſus* ex quadam ſumma Dei providentia pro ſalute generis humani deſcendens ad mundi infima, novam legem inſtituit, videlicet primitus eccleſiam militantem univerſaliter & eam doctrina verbo pariter exemplis primitus manifeſtavit, ac deinde per totum orbem terrarum nunc per ſe nunc per ſuos apoſtolos aliosque miſſos ab eo ſucceſſo temporis in locis preordinatis habundancius dilatavit; inter que loca ipſa ſumma Dei providentia ſpecialiter oppidum dictum *Franckford* previdit per incrementa temporum ut in eo inſtituerentur & dotarentur plures eccleſie per ſolidationem ac confirmationem eccleſie ſue predicte, de quibus quidem eccleſiis inter alias diutius eſt & fuit fundata eccleſia ſancti *Bartholomei* ibidem pro collegiata eccleſia cum certis & determinatis perſonis ſervitoribus & miniſtris originaliter ac demum ex devotione Chriſti fidelium pro vicariis plurimis infraſcriptis in augmentum cultus divini quoad inſtitutionem & dotacionem fuit & eſt perſonarum & reddituum numerus ampliatus. Verum cum ſecundum canonicas ſanctiones nullum ſit vel reputetur eccleſiaſticum beneficium vel gaudeat privilegio ſeu prerogativa ſtipendii eccleſiaſtici vel ſit pro eccleſiaſtico beneficio reputandum, antequam per ſuum ſuperiorem ſit rite et legitime pro eccleſiaſtico beneficio confirmatum

ac nobis per decanum & capitulum eccleſie ſancti Bartholomei predicte devote & humiliter ſit et fuerit ſupplicatum ut beneficia infra ſcripta ad laudem omnipotentis Dei et Sanctorum infra ſcriptorum et in augmentum cultus divini dotata et inſtituta in eccleſia eorum predicta confirmare et approbare noſtra auctoritate ordinaria dignaremur; nos igitur viis ſalubribus inherere volentes ac ſubditorum ſalutem quantum ſperamus, ex devotis orationibus eorundem vicariorum veriſimiliter provenire ex intimo cordis affectu ſedulo affectantes et juſtis petitionibus predictorum decani et capituli more pio Patris paterna ſollicitudine ſuccurrere cupientes, vicarias infra ſcriptas videlicet: vicariam altaris beate *Marie* virginis prime inſtitucionis et vicariam beate *Marie* virginis ſecunde inſtitucionis ac etiam vicariam *beate virginis* tertie inſtitucionis ob honorem beate *Marie* virginis, nec non vicariam altaris in honorem *ſancte Katherine* ac vicariam altaris in honorem *ſancti Michahelis* archangeli, vicariam altaris ob honorem *ſancti Jacobi*, etiam vicariam altaris in honore *Petri & Pauli* Apoſtolorum, vicariam altaris *ſancti Johannis Ewangeliſte* prime inſtitutionis, ſimiliter vicariam ſancti *Johannis Ewangeliſte* ſecunde inſtitucionis in honore *ſancti Johannis Ewangeliſte* ac vicariam hoſpitalis in honore *ſancti Spiritus*, vicariam altaris in honore ſancti *Johannis Baptiſte*, nec non vicariam altaris *ſancti Laurencii* prime inſtitucionis ſimiliter et ſecunde inſtitucionis vicariam in honore *ſancti Laurencii*, etiam vicarias altarium videlicet *ſancte crucis* et ſanctorum *Andree Egidii*, in honore ſancte *crucis* et eorundem Sanctorum, vicariamque altaris in

hono-

honore beate *Marie Magdalene*, ſimiliter vicariam prime inſtitucionis ac etiam vicariam ſecunde inſtitucionis in honorem *trium Magorum*, nec non vicariam altaris in honore ſanctorum *Coſme* et *Damiani* ac vicariam in honore *omnium Sanctorum*, vicariam altaris in honore beate *Marie* virginis in eccleſia penitentum nec non vicariam ob honorem beate *Marie Magdalene* ibidem, ac etiam vicariam ob honorem ſancti *Mathie* in cappella prope hoſpitale *ſancti Spiritus*, inſuper vicariam Leproſorum extra muros Frankfordenſes, ac etiam vicariam per *Idam* dictam zu *der Landiscronen*, vicariamque per *Heinricum de Sodin*, Item vicariam campanariatam, ſimiliter vicarias altarium ob honorem ſanctorum *Martini* epiſcopi, *Barbare*, *Thome* Apoſtoli, *Valentini*, *Erhardi* et *Materni* et vicariam chori ſeu ſummi altaris, etiamque vicarias ob honorem ſanctorum *Simonis* et *Jude* Apoſtolorum, *Dorothee*, ſancte *Anne* matris *Marie*, *Chriſtine*, *Mathie* apoſtoli et *Boniſacii* martyris dotatas et inſtitutas poſt primevam inſtitucionem eccleſie ſancti *Bartholomei* predicte et perſonarum in ipſa eccleſia inſtitutarum in ſua creatione et nova plantatione ſalvis vicariis auctoritate ſedis Apoſtolice ſeu predeceſſorum noſtrorum confirmatis auctoritate noſtra ordinaria de temporali jurisdictione in eccleſiaſticam transferimus, volentes ut redditus et proventus et jura omnia et ſingula ad predictas vicarias pertinencia pro eccleſiaſticis ſtipendiis de cetero habeantur, ipſas que vicarias taliter inſtitutas omni modo et forma quibus dotate et inſtitute ſunt, ſalvo in omnibus jure plebani ſibi circa premiſſas

vi-

vicarias de jure vel conſuetudine competenti collaudamus approbamus & preſentibus confirmamus, mandantes omnibus & ſingulis quorum intereſt vel intereſſe poterit in futurum & eis diſtrictius injungentes ut predictas nſtituciones pro beneficiis ſeu vicariis factas de cetero pro veris vicariis eccleſie ſancti *Bartholomei* prelibate teneant arcius & obſervent, dantes has preſentes litteras prefato decano capitulo & eccleſie ſancti *Bartholomei* jam dicte in teſtimonium predictorum & perpetuam roboris firmitatem. Datum kalendis Octobris anno Domini M CCC L quinto.

CCXX.

Vicariæ variæ incorporantur communibus præſentiis.

Balthaſer Geyer jurium doctor, ſcholaſticus eccleſie ſancti *Petri* extra muros Maguntinos reverendiſſimique Domini noſtri Dom ni *Sebaſtiani* Archiepiſcopi Maguntini ac principis Electoris &c. in ſpiritualibus vicarius generalis, univerſis & ſingulis preſentes noſtras unionis & incorporacionis l tteras viſuris, lecturis, & inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

Oblatâ nuper nobis pro parte venerabilium & honorabilium Dominorum decani & capituli eccleſie collegiate ſancti *Bartholomei* Franckfordenſis Maguntine dioceſeos peticio continebat, quod vicarie ſanctorum *Mathie*, *Bonifacii*, *Johannis Baptiſte*, *trium Regum*, *Petri & Pauli* Apoſtolorum, *Marie* tercie, *Johannis Evangeliſte* prime *Johannis Evangeliſte* ſecunde, inſtitucionum, *decem millium Martirum*, & *Erhardi Laurencii*, *Materni*, ac *Dorothee* in eadem eccleſia ancti *Bartholomei* ſite tam exiguis

fructibus & redditibus dotate exiſtant, ut ſingularis cuiusque vicarie hujusmodi poſſeſſor ſe ex eisdem ſuſtentare, viteque competenciam exinde habere, ac onera conſueta cuilibet eorum incumbentia ſupportare non valeat. Si vero vicaria ſancti *Mathie*, vicaria ſancti *Bonifacii*, nec non vicaria ſancti *Johannis Baptiſte*, vicaria trium *Regum*, vicaria *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, vicaria *Marie* tercie, *Johannis Evangeliſte* prime, vicaria *ſancti Johannis Evangeliſte* ſecunde inſtitutionum, nec non *decem millium Martirum* vicaria, vicaria ſancti *Erhardi*, ac vicaria ſancti *Laurencii*, vicaria ſancti *Materni*, ac tandem vicaria ſancte *Dorothee* communi preſencie ejusdem eccleſie ſancti *Bartholomei* annecterentur, unirentur, & incorporarentur, poſſent pro tempore earundem poſſeſſores vite competenciam habere, ſe ſuſtentare, ac celebrius, & multo comodius diuinis officiis ac diuino cultui intereſſe, ac onera incumbentia ſupportare; quapropter fuit nobis pro parte prefatorum Dominorum decani & capituli humiliter ſupplicatum, quatenus, predictorum intuitu pretactas vicarias inuicem modo premiſſo, ac vicariam ſancte *Dorothee* communi preſencie ibidem perpetuo unire, incorporare, & anectere, ipſisque in premiſſis paterne conſulere dignaremur.

Nos igitur ſupplicacionibns & peticionibus prefatorum Dominorum decani & capituli fauorabiliter inclinati, ut eorundem Dominorum ac eccleſie ſancti *Bartholomei* & communis preſencie comoditatibus et profectibus intenderemus, et conſuleremus, de dictarum

tarum vicariarum fructuum, reddituum, et prouentuum tenuitate ſufficienter edocti certificati, primitusque omnibusque et ſingulis in hujusmodi negotio intereſſe habere pretendentibus ad videndum et audiendum hujusmodi vicarias ſibi ad invicem annecti, uniri et incorporari, vel cauſas in contrarium racionabiles, quare id fieri non deberet, allegando in tercium peremptorium terminum competentem, tam in tabulis eccleſie Maguntine, quam in valvis pretacte eccleſie ſancti *Bartholomei* per edictum publicum, ut moris eſt, legitimè vocatis, et citatis, tandem vicarias pretactas ad invicem modo et forma preſcriptis, nec non vicariam ſancte *Dorothee* communi preſencie pro ipſius augmento *de preſatorum Dominorum decani & capituli earundem vicariarum collatorum* expreſſo ad hoc accedente conſenſu auctoritate prefati reverendiſſimi Domini noſtri Maguntini, & de eius ſpeciali commiſſione nobis deſuper factà, in perpetuum uniendas, annectendas, & incorporandas duximus unimusque annectimus, & incorporamus Dei in nomine per preſentes, volumusque & eadem auctoritate reverendiſſimi Domini noſtri Maguntini ordinamus, quod liceat poſſeſſoribus principalium vicariarum predictarum, quibus alie, ut premittitur, unite & incorporate exiſtunt harum litterarum unionis & incorporacionis vigore, poſſeſſionem earundem incorporatarum vicariarum ad preſens, aut in futurum vacaturarum auctoritate propria per ſe aut procuratores ſuos recipere & apprehendere, horumque fructus, redditus, & prouentus in uſus ſuos liberè convertere & reſer-

vare poſſint, ita tamen: quod iidem onera hujusmodi vicariis incumbentia ſupportare, & divina miſſarum officia ſeu ferias in eisdem legi ſolitas & primitus inſtitutas legere, & apud easdem perſonaliter reſidere teneantur, ne pie fundatorum voluntates per hoc defraudentur, jure interim ordinario in his ſemper ſalvo.

Datum *Maguncie* ſub noſtri officii vicariatûs ſigilli appenſione

Anno Domini milleſimo quingenteſimo, quinquageſimo tercio, die vero lune decima menſis Julii.

Preſentibus ibidem egregio viro Domino *Theoderico Khauff* jurium doctore, ac honorabili Domino *Chriſtofero Forſter* vicario eccleſie ſancti *Petri* extra muros Moguntinos predictorum teſtibus ad premiſſa vocatis atque rogatis.

Valentinus Nerker notarius.

CCXXI.

Ordinationes ſaluberrimæ vicariis præſcriptæ.

Noverint univerſi preſentium inſpectores, maxime tamen hii quorum intereſt vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quod nos *Nicolaus de Lapide* junior canonicus majoris & *Hermannus Roſt* decanus ſancti *Stephani* Magunt. eccleſiarum arbitri arbitratores & amicabiles compoſitores, per honorabiles viros Dominos *Bertramum* de *Vilwil Hertwicum Clobelouch Franckonem de Magunt.* & *Nicolaum* Dominum *Kuſeneh* canonicos capitulares eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckenfordenſ. *Magunt.* dyoceſeos pro tunc capitulum dicte eccleſie repreſentantes ſuo & tocius capituli ſui

no-

nomine ex una, nec non *Thomam Johannem* dictum *Herink Nicolaum* dictum *Bere*, *Heinricum Frygedanck Rulonem* zu *Betler Nicolaum Urſel Dytmarum Conradum de Hoenberg Waltherum de Hohenberg Johannem Rumrode Johannem de Nyde*, *Johannem de Erlebach Heinricum Storm Johannem* dictum *Barth*, Sifridum de *Richenbach Jacobum* dictum *Gelthus Petrus Czolner Conradum Colonia*, *Johannem Griffe Heinricum Oppeler*, *Heinricum Sultzbach Rudolfum de Biſchoffesheim* & *Johannem* dictum *Schrot* vicarios dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* ſuo ſociorum & ſucceſſorum ſuorum ejusdem eccleſie vicariorum nomine parte ex altera ſuper nonnullis impeticionibus diſſentionibus controverſiis & altercationibus inter ipſos ſubortis & ventilatis concorditer electi, per modum compoſitionis amicabilis pronuntiamus juxta modum infraſcriptum primo quod quilibet vicarius in dicta eccleſia admittendus ſeu recipiendus preſtare debebit juramentum quod ſequitur in hec verba: Ego N. juro quod ab hac hora inantea ſim fidelis eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckenf. decanoque & capitulo ejusdem in licitis & honeſtis obediens & obſervem ordinaciones ſtatuta & conſuetudines ipſius eccleſie factas ſeu faciendas & decanum aliosque prelatos ac ſingulares canonicos ejusdem eccleſie in debita reverentia teneam, & ſecreta capituli ſi ad me pervenerint ſecrete ſervem neque aliquibus conſpirationibus ſeu colligationibus per quascunque perſonas contra decanum & capitulum factas ſeu faciendas intereo vel me immiſceam verbo vel facto ſed ipſis decano & capitulo indilate notificabo item non faciam

Juramentum vicariorum.

nec recipiam cum quibuscunque perſonis ipſius eccleſie legata ſeu redditus annuos, quoſcumque ſeu quemcumque extra verum corpus vicarie mee & preſentias communes chori dicte eccleſie exceptis tamen illis, ſi que per decanum & capitulum expreſſe conceſſa ſunt, vel inantea contingat indulgeri; vel ſi qua mihi non quidem intuitu eccleſie ſed perſone per amicos meos fortaſſis ad augmentum corpus dicte vicarie mee vel alias legari ſeu donari contingat, ea enim que ad me intuitu eccleſie ut premittitur, ultra corpus dicte vicarie mee & preſentias pervenerint in communes uſus preſentiarum conuertam & non preciſe in uſus vicariorum, canonicis excluſis & libros, calices & ornamenta altaris & alia ad vicariam ipſam ſpectantem non alienem, niſi de ſpeciali & expreſſa licentia decani & capituli predictorum, & deperdita reformem & fructus redditus & prouentus dicte vicarie mee, pro meo poſſe exigam & defendam, domumque ad ipſam vicariam ſpectantem in ſtructura et emendatione debitis obſervem, ſic me Deus adjuvet et conditores ſanctorum evangeliorum item prountiamus quod vicarii dicte eccleſie pro tempore exiſtentes, nullas diſtributiones cottidianas ſeu porciones legata, vel redditus quoscumque habere, ſeu recipere in communi et inter ſe canonicis ejusdem eccleſie excluſis debebunt dividere, extra omnes preſentias et redditus chori ipſius eccleſie exceptis redditibus prouentibus annuis ad corpora vicariorum et beneficiorum ſuorum ſpecialiter et diviſim pertinentibus, omnesque et ſingulos tales redditus extraneos quos nunc habent, vel

Communis præſentia ſtabilitur &c.

in

in futurum haberent, illos ad communes preſencias chori dicte eccleſie indilate convertere et aſſignare debebunt, dictique vicarii et quilibet eorum dum ſuper eo requiſiti fuerint ſub preſtatione juramenti ſui in quantum ſciverat ſeu ſciverit, Dominis capitularibus predictis hujusmodi redditus predictos & portiones expreſſos fatebuntur & revelabunt. Item pronuntiamus quod pecunie a vicariis de novo recipiendis ratione capparum juxta conſuetudinem dicte eccleſie ac de organis & de pannis purpureis ſeu ſericeis belkin nuncupatis provenientes ad ornatum & omnem uſum dicte eccleſie cedere & conuerti debebunt, item pronuntiamus quod fructus & redditus de vicariis quarum vicarii abſentes ſine licentia & legitima cauſa exiſtunt, prouenientes ultra fructus qui dabuntur ſubſtitutis in eisdem, in uſum & augmentum earundem vicariarum convertantur item pronuntiamus quod liber preſentiarum communis ſub clauſura Dominis decano & capitulo ac vicariis predictis communiter in dicta eccleſia reponatur, item pronuntiamus quod litera ſigillo Dominorum decani & capituli predictorum & ſex aliis ſigillis ſigillata in ſuo robore debeat permanere, item pronuntiamus quod officiati officii camerariatus preſentiarum pro tempore quod exiſtentes jurabunt Dominis decano & capitulo predictis,quod hujusmodi officium ipſis per dictos Dominos commiſſum, fideliter agant & exerceant, pro toto poſſe & quod ipſi & quilibet eorum unicuique tam canonico quam vicario deſervienti, ipſas preſentias ſeu cottidianas diſtributiones miniſtrabunt ſine fraude & dolo juxta conſuetudinem dicte eccleſie

hacte-

hactenus obſervatam, eorumque cenſus redditus & proventus dictarum preſentiarum fideliter & diligenter exigant & colligant, juxta poſſe et nulli altari quam deſervienti, ut premiſſum eſt, easdem preſentias ſeu earum redditus et bona dabunt, tribuant ſeu quovis modo exponent, niſi de ſpeciali juſſu et mandato Dominorum decani et capituli predictorum, ſeu ex eis tunc preſencium ſine fraude, item quod de preſentiis predictis et earum bonis et redditibus nullam computationem faciant in abſentia decani et capituli predictorum ſeu per eos ad hoc deputandorum ſeu deputandi niſi de ſpeciali juſſu eorundem. Item quod officium predictum reſignabunt, quolibet anno revoluto ante diem beati Jacobi Apoſtoli ac libros et regiſtra quecunque ad dictum officium pertinentia ſeu facientia, decano et capitulo predictis preſentabunt item pronuntiamus quod officiatus officii dicti lythmeiſterampt, juret Dominis decano et capitulo predictis quod officium hujusmodi ſibi per eosdem Dominos commiſſum fideliter agat et exerceat, juxta poſſe et quod redditus et proventus et jura ad dictum officium pertinentia diligenter exigat et recolligat, et quod pertinentia ad dictum officium ac de bonis et obventionibus ejusdem officii ultra illa que circa executionen et exercitationem dicti officii neceſſaria fuerint non alienabit nec dabit alicui, niſi de ſpeciali juſſu & mandato decani et capituli predictorum, item quod de dicto officio nullam computationem faciet in abſentia decani et capituli predictorum ſeu per eos ad hoc deputandorum ſeu deputandi, niſi de ſpeciali juſſu eorundem,

item

item quod officium predictum resignabit quolibet anno revoluto ante diem beati Jacobi apostoli ac libros et registra quecumque ad dictum officium spectantia seu facientia decano et capitulo presentabit quas quidem pronuntiationes prescriptas et quamlibet earum decernimus volumus & pronuntiamus per partes predictas et eorum socios et successores inviolabiliter observari sub pena centum marcharum argenti pro media parte nobis arbitris predictis et pro residua parte media parti servanti per partem non servantem dictas pronuntiationes persolvenda et nihilominus dictam nostram pronuntiationis arbitralis literam in suo robore juxta omnem ipsius tenorem et formam volumus permanere prout ad hec etiam, se partes predicte sponte obligarunt quemadmodum in instrumento publico desuper confecto plenius continetur: in quorum omnium et singulorum testimonium premissorum sigilla nostra presentibus ad instantes preces dictarum partium duximus appendenda. Actum anno Domini M CCC^mo LXXX primo, II idus Decembris.

CCXXII.

Aequalitas in distributionibus quotidianis statuitur.

Nos *Fridericus* scolasticus *Cuno* vicarius altaris sanctorum *Joannis Baptiste* et *Jodoci* ecclesie S. *Bartholomei* Franckenfordensis arbitri arbitratores seu amicabiles compositores, in negotio infrascripto electi, concorditer et assumpti universis presens scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod cum in ecclesia sancti *Bartholomei* predicta paritas in distribuendo cottidianas distributiones que

alio vocabulo preſencie nuncupantur inter canonicos et vicarios ipſius eccleſie hucusque non fuerit nec ſit ſervata, ſed cuilibet canonico prebendato capitulari, qui divinis interfuit officiis loco diſtributionum hujusmodi duplum ejus quod uni vicario datur ſeu dari conſuevit, extitit hucusque monſtratum. Venerabiles et diſcreti viri *Reynhardus* decanus *Wykerus* cantor, *Heylmannus Frouſch Nicolaus de Bettenhuſen Henricus Albus* canonici et fratres capitulares una cum me ſcolaſtico predicto, totum capitulum pro nunc facientes et repræſentantes ex una & *Petrus* cappellanus capelle ſancti *Nicolai Emmericus Storg Johannes Thome*, *Gripho* ſancte *Marie*, *Ebernandus* cappellanus hoſpitalis ſancti *Spiritus* infirmorum *Eckhardus* ſancte *Chriſpine* ibidem *Albertus Byzygel* ſancte *Katherine Johannis Pettirweile* ſancte *Marie Magdalene. Gerlacus de Gyezen Heylmannus Greuenecke* ſancti *Johannis Ewangeliſte Johannis Dylonis* ſancti *Jacobi Willekinus*, *Cunradus Beltz* ſanctorum *Petri* & *Pauli Kuno* ſanctorum *Johannis Baptiſte* & *Jodoci*, *Jacobus* de *Bomeſſe. Johannes Scoci* ſancti *Andree Henricus Lampert* ſancte *Crucis Johannes Ubirſtoltz Nicolaus* de *Grünenberg trium Magorum*, *Gilbertus* de *Frideberg*, *Johannes* filius *Emers ſancti Laurentii Gerhardus* de *Weſtſalia ſancti Martini Henricus* de *Edechinſtein* ſancti *Thome Johannes Heldebergen*, *Petrus campanator ſancti Bartholomei*, *Johannes Sartor*, *Dyetzelo de Frideberg* ſancte *Marthe Nicolaus Albus* ſancti *Michahelis*, *Gerlacus Faber* omnium *Sanctorum Johannes Wederhane Coſmi & Damiani Petrus Hoenſtat* ſancte *Agne-*

netis, *Hertwicus* de *Eſchebach* *Conradus Vaurus* apud *penitentes*, & *Maternus Symonis* et *Jude* altarium ſeu capellarum vicarii eccleſie ſancti *Bartholomei* prelibate parte ex altera attendentes, quod beneficium datur, propter officium et vicarius in divino officio tantum quantum canonicus altiſſimo poteſt impendere famulatum, equalitatem hujus diſtributionum ſeu preſentiarum inter eos ordinare cupientes preſertim cum ex hoc major inter eos creſcat devocio et unio ut populus ferventius ad pia opera ipſi eccleſie exhibenda inclinetur, ita tamen quod predictis canonicis loco diminutionis ſuarum portionum competens in aliis fiat recompenſa in nos arbitros arbitratores ſeu amicabiles compoſitores predictos ſuper equalitate et competenti recompenſa premiſſis ordinandis et diſponendis libere ac voluntarie compromiſerunt atque noſtram pronuntiationem ſuper premiſſis et ea quomodolibet contingentibus fide data loco juramenti preſtita inviolabiliter ſervare promiſerunt, nos igitur *Fridericus* et *Kuno* prenotati dictum compromiſſum in nos ſuſcipientes gratia Spiritus ſancti ſuper hujusmodi ordinatione ſtatuenda primitus invocata ſtatuendum et ordinandum duximus ſtatuimus ac preſentibus ordinamus inprimis quod omnium preſentiarum ſive in peccunia numerata pane ſeu funeralibus vel aliis rebus conſiſtant, equalis inter ipſos canonicos et vicarios ſecundum capita de cetero fieri debet diſtributio .. decano qui canonicus vel vicarius exiſtitit duntaxat excepto cui propter ſue perſone prerogativam et onera expenſarum ſupportanda duplum unius perſone, de ipſis

preſenciis debet largiri et miniſtrari. Item quod quilibet vicarius ſeu cappellanus nomine ſue vicarie vel cappellanie de premiſſis duntaxat triginta ſolidos hallenſ. perpetui cenſus, ſcilicet quindecim ſolidos in feſto beati *Martini* et alios quindecim penthecoſt. ſingulis annis ipſis canonicis in reſtaurum et ſubſidium ſuarum portionum diminutarum cedendos, et inter eos prout ipſi ordinandum duxerint, dividendos deberet tradere preſentare et aſſignare, item ſi aliquam vel aliquas in dicta eccleſia de novo vicariam vel vicarias, ultra prenarratas contigerit erigi et inſtitui vel extranea perſona ſeu perſone admitti, quicquid predicte vicarie inſtituende vel perſone admiſſe loco preſentiarum recompenſabunt in communes deinceps uſus tam canonicorum quam vicariorum juxta ordinacionem premiſſam decano ut ſupra excepto equaliter debet cedere & pertinere. Item ſtatuimus et ordinamus ut omnes et ſingule oblationes per circulum anni, in ſummo altari in choro duntaxat, quando miſſa per canonicos et vicarios ſimul et ſollempniter decantatur ſeu celebratur vel etiam extra chorum ipſius eccleſie dum tamen non ſit miſſa alicujus perſone ſingularis, ſed miſſa chori communis ad ſtolam cedentes oblationibus ſeptem denariorum qui ſingulis diebus Dominicis ex quadam pia inſtitutione ſeu legato in altari ipſius chori offerri debent et ſolent ac parte oblationum miniſtris chori cedente, nec non oblationibus feſtorum decanatui et preſenciis deſervientibus, exceptis quas ſecundum primevam conſuetudinem et obſervantiam currere et cedere volumus per duas perſonas unam

de

de canonicis et aliam de vicariis eligendas ſeu deputandas debent tolli et ſub communi clauſura fideliter reſervari et ſingulis quatuor temporibus ſacris, ſemper in ſextis feriis vel alio die quo magis viſum ſuit expedire, poſt anniverſaria, in eadem quatuor temporum ebd. celebrata, inter preſentes tunc divinis officiis tam canonicos quam vicarios loco preſentiarum diſtribui et equaliter juxta modum ſupra premiſſum, miniſtrari, item ſtatuimus et ordinamus quod prefatis quatuor temporibus pro hujusmodi preſentiis deſerviendis ſemper in ſexta feria ſeu alio die ut premittitur ſtatuenda ſpecialis miſſa pro remedio animarum defunctorum fidelium in laudem & honorem Domini noſtri *Jeſu Chriſti* ejusque matris *Marie* virginis glorioſe ſollempniter debet decantari, item volumus & ordinamus quod per hanc noſtram ordinationem ſeu pronuntiationem tam canonicis quam vicariis in aliis ſuis libertatibus juribus redditibus obvencionibus & ceteris oblationibus preterquam premiſſum eſt, nullum fiat prejudicium ſeu fieri debet, ſed in omnibus & per omnia in ſua permaneant robore pacifice & quiete. In cujus quidem pronuntiationis & noſtre ordinationis evidentiam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa, & ad plenioris roboris firmitatem nos decanus canonici & vicarii omnes & ſinguli prelibati pro nobis & eccleſia predicta prenotatam ordinacionem ſeu pronuntiationem in omnibus ſuis particulis & clauſulis fide data loco juramenti preſtita promittimus fideliter perpetuis temporibus obſervare. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium ſigilla ſancti

Bartholomei ſanctorum *Marie* & *Georgii* eccleſiarum Franckenf. & noſtrorum decani & cantoris preſcriptorum una cum ſigillo officialitatis prepoſiture Franckenfurd. preſentibus ſimiliter ſunt appenſa, & nos decanus cantor & capitulum ſancti *Bartholomei* prelibati ſigilla noſtra pro nobis & eccleſia noſtra & ad preces vicariorum predictorum, atque nos decanus & capitulum ſanctorum *Marie* & *Georgii* ac *Syfridus* officialis preſcripti ſigilla noſtre eccleſie & officialitatis ad partes utrarumque partium predictarum huic ſcripto recognoſcimus appendiſſe, actum & datum anno Domini milleſimo CCCXXXV, XV kal. Julii.

CCXXIII.

Præſentiæ augmentantur.

In Dei & glorioſe matris ejus *Marie* virginis nomine amen. Ego *Reinhardus* de *Eſſchirshem* decanus eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckenfordenſis tam preſentibus quam futuris cupio fore notum, quod cum nichil ſit cercius morte nichilque incercius hora mortis, ego de remedio & ſalute anime mee parentumque meorum ac precipue omnium illorum à quibus beneficia me recognoſco recepiſſe in hac vita cogitans & attendens, quod diſpoſiciones humane per lapſum temporis de facili in oblivionem vergere ſolent niſi ad futurorum noticiam ſcripture patrocinio memorie commententur, hinc eſt quod diſpono & ordino ultimam meam in hiis ſcriptis voluntatem conpos & ſanus mente & corpore de altiſſimi gracia & matris ejus glorioſe manu propria hic conſcripta volens & ordinans ac diſponens omni modo jure et forma quibus melius valere poterit

terit perhenniter duratura ut ſi quid in hac laborioſa vita minus debite male meritus conquiſivi vel alias inſufficienter me habui clemencia & miſericordia Domini que non vult mortem peccatoris ſecundum neceſſitatis mee exigenciam hoc mitigare et hanc diſpoſicionem meam ultimam digne pro ſalute mea ſalubriter et utilius quam petere valeam clemencius dignetur acceptare ſuppleatque meum defectum benignitas ſalvatoris Jheſu Chriſti ejusque matris beate *Marie* virginis glorioſe ac nobilis et beati *Bartholomei* Apoſtoli ejusdem eccleſie patroni et tocius curie ſuperioris ordino lego et diſpono eidem eccleſie ſancti *Bartholomei* et quamdiu vixero retento michi uſufructu cenſus et bona infraſcripta poſt obitum meum duos manſos meos terre arabilis et partim pratorum minus circa quinque cum dimidio vel ſex jugeribus agrorum curiam unam cum una domo horreo et orto in villa campis et terminis ville Gynheim prope *Franckenford* ſitis cum omni jure dominio proprietate et uſufructu prout ex diviſione coheredum meorum et empcionis poſt per me facte bonorum hujusmodi in parte poſt obitum parentum meorum prefatorum bona pretacta ad me tantummodo devenerunt, dudum retroactis temporibus a me poſſeſſa pacifice et quiete ſicut olim *Dominus Cymeliche* et nunc *Johannes* olim ipſius gener ſub cultura ſua nomine meo talia bona tenet tenuit et colebat penſionem videlicet viginti trium octalium ſiliginis minus uno ſummerino annis ſingulis michi miniſtrando de bonis antedictis. Item cenſum triginta ſolidorum hallenſ. duorum pullorum et trium aucarum perpetui cenſus ibidem michi

chi vel cuicumque deputavero de ſubſcriptis ſubpignoribus cedentem et primo liberi Domine dicte der *Niclauſen Kint* in *Gynheim* ſcilicet *Ida* dabit tres aucas in nundinis Franckenf. de quodam prato continente duas virgas que volgariter czwo meſſegerten nuncupantur et tendunt uff den Molinbuſch und zwo ruden ſtuſſent uff die bach et in feſto beati Martini dabit dicta Ida ſeptem cum dimidio ſol. hllſ. tres videlicet ſolidoſ. hllſ. dat de curia quam ipſa nunc inhabitat, reliquos vero quatuor cum dimidio ſolid. dat de dimidio jugere terre arabilis ut verius credo juxta ortum ſuum ibidem ſito und ſtoſſet uff den Sewe et de quodam prato an der ganſweyde et pro dimidio jugere dictum pratum reputatur. Item ibidem in Gynheim Elizabeth dicta Fyſchern alias dicta Wolframen quindecim ſolidos cum novem hllſ. ac duos pullos dabit de orto ſito ex oppoſito curie mee ibidem in Gynheim et de prato dicto uff dem Rodde dimidium juger et amme Sewe ibidem, etiam dimidium juger, item Gyſela relicta dicti Fulders ibidem dabit ſimiliter ſex ſolidos hllſ. et novem hllſ. de orto retro domum ſeu habitacionem ſuam ibidem in Gynheim ſito et de ſpacio terre ſeu area ſuper qua horreum ſuum ibidem eſt ſituatum ubi ipſe nunc moratur erga campum verſus Franckenf. tendentem. Item decem et octo hllſ. unam aucam et unum pullum de domo quondam *Arnoldi* ſartoris in villa *Petirwile* prope tiliam ibidem ſita michi annuatim cedentes. Item redditus quatuor cum dimidio ſolidorum hllſ. & trium pullorum perpetui annui cenſus de domo contigua prefate domui ſimiliter juxta tiliam ibidem in

Pettir-

Pettirwile ſita michi cedentes, que quidem agrorum penſio & auce pretacte inter aſſumpcionis & nativitatis beate *Marie* virginis duo feſta pecunia vero & pulli in feſto beati *Martini* ad opidum Franckinf. laboribus & expenſis miniſtrantium michi & eccleſie prefate ſunt ſolvendi ita videlicet quod ipſi & ſinguli de eccleſia memorata preſencias recipientes ſpecialiter me ſublato de medio anniverſarium meum ſeptimum & triceſimum cujuslibet anniverſarii perpetue peragatur ut pretangitur annuatim mei ac omnium benefactorum meorum memoriam fideliter in oracionibus & in aliis piis actibus ſuis faciendo taliter quod penſio ac cenſus predicti per diſtributorem preſenciarum in anniverſario ſeptimo et triceſimo predictis ut predicitur ſemper pro tercia parte reddituum prefatorum pro preſenciis et tantummodo pro tunc officiis divinis intereſſentibus dividantur, minutione ſangninis vel infirmitate vel alia abſentia perſonarum quarumcumque non obſtante, qui taliter divinis non intereſſentes nichil habebunt de preſenciis prenotatis propter eorum abſentiam ut prefertur. Item fructus prebende mee de anno gracie michi poſt obitum competentes ſimiliter in perpetuos redditus per manufideles meos convertantur et cum ſuperius meis legatis et deputatis ſunt ut prenarratur eisdem diebus miniſtrandi. Item honorabilibus viris Dominis decano et capitulo eccleſie Moxſtadenſis Dominis meis dilectis ac eorum eccleſie lego unum maldrum ſiliginis vel quindecim ſolidos hllſ. perpetuos redditus appoſitis ad hoc fructibus prebende mee ibidem de anno gracie michi poſt

mortem competentibus ad peragendum anniverſarium meum ibidem fideliter annuatim volens ut ſupra, quod dicta bona et cenſus perpetui prefati eo ipſo cum et quando de medio ſublatus fuero ad pretactam eccleſiam ſancti *Bartholomei* adeo libere et abſolute absque impedimento et contradictione cujuslibet devolvantur ac ſi ipſa eccleſia et perſone ejusdem ſecundum omnem juris diſpoſicionem eſſent heredes legitime inſtituti bonis in eisdem et poſſeſſionem corporalem vel quaſi bonorum eorundem adeo plene et libere nanciscantur et acquirant ipſo facto et eo ipſo ſicut ego habui dum vivebam quia omnia bona mea ſupra ſcripta et cenſus predicti à coheredibus meis dudum ſunt diviſa et ſeparati. Inſuper diſtributor preſenciarum ſepedictus pro quolibet pullo octo hallenſ. et pro qualibet auca unum ſolidum hllſ. ſolvat preſenciarum predictarum in augmentum ac in anniverſario ſeptimo et triceſimo antedictis qualibet vice unus panis preſencialis ad minus cuilibet perſone ut predicitur et reſiduum in pecunia miniſtretur. Ceterum ſolucionem debitorum meorum pro nunc contractorum et in poſterum quam diu in vita fuero per me contrahendorum, ſi ante mortem meam ſoluta non fuerint Domino *Bertramo* de *Vilvile* concanonico meo Franckf. ac Johanni filio quondam *Johannis* ſculteti de *Pettirwile* cognato meo vicario eccleſie ſancti *Bartholomei* pretacte manufidelibus meis predilectis pro nunc et alias per me in manufideles meos legitime electis committo faciendam de dictis bonis ſive alias de mobilibus prout ipſis michi ſalubrius et melius et toti

cu-

curie ſupernorum laudabilius videbitur expedire quod conſcienciis committo eorundem quod ſic circa hec faciant quod ſibi fieri in ſimili caſu vellent in bonis hiis quibus premiſſa omnia et ſingula exequenda fideliter et diſponenda recommendo nolens et in hiis ſcriptis expreſſe prohibens quod de predictis bonis meis ſic per me legatis et deputatis aliquid ſeu porcio aliqua ad aliquos eciam quoscunque perveniat quovis modo niſi prout eſt hic conſcriptum et per me ordinatum et ſi per aliquem de hujusmodi legatariis vel alias contrarium fieret quod abſit, volo et nomine pene ordino quod magiſtri et proviſores hoſpitalis et capitulum montis ſancte *Marie* opidi Franckf. pro pittanciis et conſolacione infirmorum ibidem et preſenciis hujusmodi bona requirere poſſint et debeant ſuisque uſibus ut predicitur applicent contradiccione cujuslibet non obſtante anniverſariumque meum fideliter peragant ut ſuperius eſt conſcriptum, cetera autem omnia que relinquero de quibus ad preſens non diſpoſui vel non diſpoſuero in futuro ſive in libris ſeu lectis lectiſterniis linteaminibus cuſſinis vel in aliis mobilibus et immobilibus rebus quibuscunque conſiſtunt do et lego *Johanni de Pettirwile* manufideli meo predicto etc. etc. In premiſſorum omnium et ſingulorum preſcriptorum evidens teſtimonium et perpetui roboris firmitatem ſigillum decanatus predicti una cum ſigillo officialis prepoſiture Franckenf. precibus meis appoſito preſentibus ſunt appenſa. Quodque nos officialis antedictus ad preces et rogatum honorabilis viri Domini *Reinhardi* decani memorati recognoſcimus ap-

pendiſſe in teſtimonium ſuper eo. Actum et datum anno Domini M° CCC° XLIX. II idus Januar.

CCXXIV.

Quos fructus canonicus abſens percipiat?

Bertholdus Dei gratia Maguntine ſedis Archiepiscopus etc. Ad futuram rei memoriam dignum arbitramur ut qui pro juris diſpoſitione et obſervantia pro neceſſitatibus eccleſie noſtre ſubjectis onus imponimus quantum poſſumus eos quam minime gravemus et dum obedientie et reverentie debitum ab eis percipimus ne controverſie occaſionem cuiquam preſtemus ſane cum felicis memorie predeceſſores noſtri aliquando jure dioceſano nonnullos canonicos eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckf. noſtre dioceſ. a perſonali reſidentia exemiſſent quibus etiam prebendarum fructus ſolvi conſueverunt & ſuper taxa varie diſſenſiones orte & pro temporum et perſonarum qualitatibus diverſe compoſitiones facte fuiſſent quibus ut aliquem finem preſcriberemus nobis fuit pro parte ſcholaſtici totiusque capituli eccleſie prefate humiliter ſupplicatum ut deſuper modum ponere & futuris providere dignaremur. Nos itaque juſtis & rationabilibus peticionibus eorum annuere cupientes prebendarum utilitatibus eccleſieque oneribus ponderatis de prefatorum ſcolaſtici totiusque capituli tractatu conconſultatione & aſſenſu tenore preſencium in perpetuum ſtatuimus et ordinamus, ut dicta eccleſia canonico ad preſens exempto aut deinceps eximendo & vere in officio vel negotiis eccleſie noſtre ſervienti pro fructibus annualibus ſue prebende triginta floren.

auri

auri Renenſ. aut tantundem de moneta Franckford. & non ultra ſolvere teneatur qua taxa & ſumme ſolutione pro tempore exemptus contentus eſſe debet & amplius non petere aut eccleſiam ipſam de majori quouis modo inquietare ſalvo quod ſi talis exemptus eccleſie de annis fabrice aut defuncto cedentibus non ſatisfeciſſet, quod ante omnia tales deductiones & defalcationes ſingulis annis pro rata fiant de taxa id eſt de ſumma XXX floren. predicta quousque juxta formam ſtatutorum eccleſie fuerit ſatisfactum. De fructibus etiam biennalibus taliter exemptus nobis aut ſucceſſoribus noſtris de dicta taxa ſatisfaciet. Preterea volumus & mandamus ut hoc noſtrum ſtatutum & proviſio in libro ſtatutorum dicte eccleſie ponatur & in ſcriptis redigatur ſitque deinceps inter eccleſie ſtatuta & in juramento canonicorum in primo introitu ſtatuta obſervare jurantium receptum & comprehenſum dicte eccleſie ſtatutis circa optionem domorum & turnum nominationum diſponentibus in ſuo robore duraturis quibus non intendimus prejudicium generari. Nulli ergo omnino kominum liceat hanc noſtre ordinationis & ſtatuti proviſionem infringere aut quovis auſu contravenire indignationem noſtram & preterea perjurii penam evitaturus. Date apud arcem ſancti Martini in civitate noſtra Mogunt. ſub ſigillo noſtro, XIII Martii anno Domini MCCCLXXX ſeptimo.

CCXXV.

Nicolaus Kongeſtein decanus, ac capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckinf. Magunt. dioceſis auctorita- Abſentes, ut reſideant, citandi.

ritate ordinaria ſuffulti ſpecialiter ad ſubſcripta honorabilibus plebano in Franckfurt ceterisque plebanis & vice plebanis vicariis altariſtis presbiteris clericis notariis publicis & tabellionibus quibuscumque per civitatem & dioceſ. Maguntin. ubilibet conſtitutis ſalutem in Domino & mandatis noſtris ymo verius reverendiſſimi in Chriſto patris et Domini noſtri Domini *Johannis* Archiepiſcopi Mogunt. cujus literas ſubſcriptas tenoris ipſius ſigillo impendente non vitatas neque ſuſpectas recepimus, firmiter obedire vobis et cuilibet veſtrum qui pro parte noſtra fueritis requiſiti ſeu fuerit requiſitus auctoritate ſupradicta in virtute ſancte obedientie et ſub pena excommunicationis late ſententie canonica tamen monicione premiſſa diſtricte precipiendo mandamus quatenus diſcretos viros magiſtrum *Michaelem* et *Nicolaum* apotecarium fratres *Hermanni* de *Lieche Petrum Eſchebach*, *Conradum Mushunt Henricum de Caſſel*, *Hermannum de Michelnbach Johannem Ludowici* dictum *Grunbaum Johannem Ecken Johannem de Wanebach Johannem Kogel* de *Hoenberg Johannem Gorre Henricum Kelner de Edichenſtein Brunonem de Magunt.* et *Emericum* de *Hohenberg* vicarios perpetuos eccleſie noſtre ſancti *Bartholomei* ſupradicte citetis et moneatis quos et nos tenore preſentium citamus et amonemus quatenus infra triginta dies poſt publicationem et inſinuationem preſencium et earundem affixionem januis dicte eccleſie factam immediate ſequentes quem terminum ipſis et cuilibet eorum pro termino peremtorio et trine citationis edicto prefigimus et aſſignamus reſidentiam perſonalem et effectualem ac veram et non fictam in

dictis

dictis vicariis ſeu beneficiis ſuis faciant horis canonicis intereſſendo & in divinis ibidem ut tenentur laudabiliter ſerviendo & nihilominus nobis decano & capitulo infra eundem terminum peremptorium rationem & calculum faciant de fructibus beneficiorum ſuorum hujusmodi in abſentia absque Domini noſtri Mogunt. ſupradicti & noſtri licentia perceptis ſpeciali per nos in augmentum beneficiorum ſuorum & cujuslibet ipſorum juxta tenorem commiſſionis nobis facte & ſubſcripte ut ſedis provincialia ſtatuta ordinabimus & diſponemus & contra rebelles negligentes contumaces ſeu transgreſſores mandati hujusmodi eorundem conſtitutionis & ſtatuorum vigore amplius quantum poſſumus utique procedemus ipſorum abſentia ſeu contumacia non obſtante, ulteriori vero pena ipſis & cuilibet neglecto contumaci in obedienti ſeu transgreſſori in premiſſis infligenda dicto Domino noſtro Mog. ſpecialiter reſervata per preſens autem mandatum non intendimus à ſtatutis ordinationibus & conſuetudinibus eccleſie noſtre juratis recedere nec eis abuti ſeu derogare quovismodo. In quorum teſtimonium preſentis mandati literas ſigillo capituli noſtri quo utimur ad cauſas fecimus appenſione communiri. Datum anno Domini M CCC LXXXXIX XVIII kal. Feb. Tenor vero dicte commiſſionis de qua ſupra fit mentio ſequitur in hec verba: *Johannis* Dei gratia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis nobis in Chriſto decano & capitulo eccleſie ſancte *Bartholomei* Franckfurt. noſtre dioceſis ſalutem in Domino ſempiternam.

In-

Inter alias paſtoralis officii noſtri ſollicitudines ad ea preſertim libenter intendimus que divini cultus cedere videntur in augmentum, ſane nuper pro parte veſtra nobis exhibita peticio continebat quod in eccleſia veſtra ſancti Bartholomei Franckfurt. dicte noſtre dioceſis fundata perpetue & bene dotata ſint quadraginta tria beneficia & citra vicaria nuncupata quorum vicarii omnibus & ſingulis horis canonicis in eadem eccleſia intereſſe & in beneficiis eisdem perſonaliter reſidere teneantur. Cum autem ſicut eadem petito ſubjungebat quam plures videlicet medietas vel quaſi vicariorum ſeu beneficiatorum hujusmodi ſe per non nullos annos & tempora a dicta eccleſia beneficiis & horis canonicis predictis etiam ſine noſtra ſeu predeceſſorum noſtrorum ac veſtris licentia conſenſu ſpeciali abſentarunt prout abſentant de preſenti fructus & redditus beneficiorum ſuorum eorundem nihilominus in animarum ſuarum periculum & divini cultus ac fructuum & reddituum beneficiorum hujusmodi maximum detrimentum percipiendo quare pro parte veſtra ut eccleſie cultui divino ac etiam beneficiis predictis ſuper hiis providere auctoritate noſtra predicta ordinaria dignaremur, nobis fuit humiliter ſupplicatum. Nos igitur attendentes quod ſacro atteſtante canone ad hoc eccleſiaſtica ſint, inſtituta beneficia ut in eisdem laudabiliter ſerviatur in divinis vobis auctoritate noſtra predicta omnes & ſingulos vicarios ac beneficiatos alios abſentes pro tempore dicte veſtre eccleſie ut in eisdem beneficiis ſuis perſonaliter vere & non ficte reſideant horisque canonicis omuibus & ſingulis laudabiliter interſint, ut

te-

tenentur citandi & monendi ac ſecundum conſtitucionem fel. rec. *Gregorii* Pape *IX* & ſedis noſtre ſtatuta provincialia ſuper hec edita de eisdem ſi non reſederint diſponendi & ordinandi nec non rationem & calculum a vicariis ſit abſentibus & beneficiorum ſuorum fructibus ut prefertur perceptis petendi & recipiendi ac fructus hujusmodi ultra recompenſata vobis et preſentiis dicte eccleſie veſtre communibus reſtantes in augmentum beneficiorum ſeu vicariarum predictarum fideliter convertendi ſuper quibus veſtras conſcientias oneramus tenore preſentium committimus & concedimus poteſtatem, nos etiam ſi ſecus per vos aut aliquem veſtrum aut vicariorum predictorum per contumaciam negligentiam rebellionem ſeu tranſgreſſionem contra commiſſionem & conceſſionem noſtras hujusmodi attemptari contingat contumaces negligentes rebelles & transgreſſores hujusmodi ultra penas juxta conſtitutionem fel. rec. *Gregorii* pape *noni* & noſtre Moguntinenſis ſedis ſtatuta provincialia eis inflictas corrigendi & puniendi poteſtatem omnimodam reſervamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum datum *Eltuil* ipſa die Epiphanie Domini. Anno Domini M CCC LXXXX nono.

CCXXVI.

Nicolaus Kongeſtein decanus & capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfurti Magunt. dioceſ. auctoritate ordinaria ſuffulti ad ſubſcripta honorabilibus plebano ibidem ceterisque plebanis & viceplebanis ac vicariis altariſtis presbiteris clericis notariis & tabellio- Citatio altera abſentium.

bellionibus publicis quibuscunque per civitatem & dioceſin predictam Mogunt. ubilibet conſtitutis ſalutem in Domino & mandatis noſtris ymo verius reverendiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Magunt. firmiter obedire. Quia alias Magiſter *Michael* & *Nicolaus* apotecarius fratres *Petrus Eſchebach*, *Heinricus de Caſſel*, *Hermannus de Michelnbach*, *Hermannus de Lieche Jo. Lodowici* dictus *Grunbaum Johannes Ecke. Jo. de Wanebach Johannes Kogil* de *Hohenberg Johannes Gorre. Henricus Kelner* de *Edichenſtein Bruno de Maguntia* & *Emericus de Hohenberg* vicarii perpetui beneficiati eccleſie noſtre predicti citati auctoritate ordinaria predicta ac noſtra à nobis per certos noſtros proceſſus & mandati, ut infra certum terminum in eisdem proceſſibus noſtris expreſſum, & jamdudum elapſum, in vicariis ſeu beneficiis ſuis predictis vere & non ficte perſonaliter reſiderent in divinis ut tenentur inibi laudabiliter ſerviendo & infra eundem terminum eciam de fructibus beneficiorum ſuorum hujusmodi in abſentia per eos ſine licentia perceptis & in augmentum beneficiorum eorundem convertendis calculum nobis facerent & rationem, prout hec & alia in dictis proceſſibus quos preſentibus habere volumus pro expreſſo clarius continentur, quidam ex eisdem vicariis quoad calculum & rationem quos rationabiliter duntaxat videlicet *Hermannus de Lieche Bruno de Maguncia* & *Henricus de Caſſel* predicti ut filii obediencie fecerunt & paruerunt, aliqui vero ex ipſis contumaciter ſe abſentarunt, alii quoque negligentes & remiſſi, alii in nullo parentes ad modum aſpidis

ſurde

ſurde obdurantis aures ſuas: noſtras ymo dicti Domini noſtri Magunt. citationes & moniciones predictas hujusmodi vilipendendo tranſierunt & diſſimularunt, propter que contra eos & eorum quemlibet ad graviora procedere dicta auctoritate ipſorum exigente protervia juxta conſtitucionem fel. rec. Gregorii Pape noni poſſemus, micius tamen cum multitudini delinquentis propter unum ſacra teſtante pagina ſit parcendum, agere volentes, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis in virtute ſancte obedientie diſtricte & ſub excommunicationis pena jam late ſententie canonica tamen trium dierum monitione premiſſa precipiendo mandamus quatenus omnes & ſingulos vicarios & beneficiatos ſupradictos moneatis diligenter & citetis quos etiam nos tenore preſentium monemus & citamus ſecundo & ſimiliter peremptorie ut adhuc infra triginta dies poſt notificationemin ſinuacionem & publicationem preſencium in dicta eccleſia noſtra factam immediate ſequentes in dictis ſuis beneficiis ſeu vicariis veram & non fictam reſidenciam faciant perſonalem, certificantes nihilominus eosdem & eorum quemlibet quod lapſo dicto termino contra rebelles contumaces negligentes & remiſſos utique ad ulteriora prout ipſorum& cujuslibet ipſorum exegerit contumacia & dictaverit ordo juris procedemus obeientiam ipſorum qui calculum & rationem fecerint ut prefertur commendando contumaciam vero & rebellionem ac negligenciam horum qui hoc non fecerunt ſurda aure coram Domino noſtro Archiepiſcopo Moguntinenſi non tranſibimus accuſando niſi ipſi & quilibet ipſorum contumaciam rebellionem & negli-

gentiam ſuam ſtudioſe infra quindecim dies poſt notificationem ſimiliter preſencium immediate ſequentes calculum & rationem nobis ut prefertur adhuc faciendo quod mandamus ſub predicta pena conſtitutionis curaverit emendare. In quorum teſtimonium preſentes literas ſigillo capituli noſtri quo utimur ad cauſas fecimus communiri datum *Franckfurt* in loco noſtro capitulari ſub anno Domini M CCC LXXXX nono, VIII idus Marcii.

CCXXVII.

Citatio tertia & peremptoria.

Nicolaus Kongeſtein decanus & capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfurt. Magunt. dioceſis auctoritate ordinaria ſuffulti ad ſubſcripta honorabilibus plebano ibidem ceterisque plebanis & viceplebanis ac vicariis altariſtis presbiteris clericis notariis publicis & tabellionibus quibuscumque per civitatem & dioceſ. Magunt. predictas ubilibet conſtitutis ſalutem in Domino & mandatis noſtris ymo verius reverendiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Johannis* Archiepiſcopi Mogunt. firmiter obedire. Quamvis dudum magiſtrum *Michaelem* apothecarium *Petrum Eſchebach Heinricum de Caſſel Hermannum de Michelnbach Hermannum de Lieche Johannem Ludovici* dictum *Grünbaum Johannem Ecken Johannem de Wanebach Johannem Gurre Henricum Kelner* de *Edichenſtein* & *Conradum Mushunt* vicarios eccleſie noſtre ſupradicte primo & deinde ſecundo ſucceſſive in certos terminos peremptorios competentes auctoritate Domini noſtri Archiepiſcopi Mogunt. predicti & noſtra per certos noſtros proceſſus publice in eadem eccleſia noſtra moneri

neri & citari fecerimus ac monuerimus & citaverimus quatenus ipſi & quilibet ipſorum in beneficio ſuo ſeu vicaria que in ipſa eccleſia obtinent reſidentiam facerent & faceret perſonalem veram & non fictam inibi ſerviendo laudabiliter in divinis ut tenentur, & nihilominus etiam ut debitos de fructibus & redditibus per eos & ipſorum quemlibet, ex dictis eorum beneficiis ſeu vicariis in abſentia absque noſtra licentia perceptis ſpeciali infra certos terminos etiam tunc ſibi prefixos in uſus & augmentum dictorum beneficiorum ſuorum convertendis calculum facerent & rationem alioquin lapſis dictis terminis de ipſorum beneficiis predictis juxta juris & dicti Domini noſtri Moguntini commiſſionis nobis facte continentiam exigentiam atque formam utique diſponeremus & ordinaremus beneficiis ipſis ac divino cultui providendo ſed quia vicarii ſeu beneficiati ſupradicti mandata noſtra ymo Domini noſtri Archiepiſcopi Mogunt. predicti contempnendo ut preſumitur tranſierunt prout tranſeunt quod reſidentiam hujusmodi faciendo aure ſurda ad modum aſpidis ſurde obdurantis aures ſuas licet tamen omnes predicti *Petro Eſthebach Johanne de Wanebach Johanne Gurre,* & *Heinrico Kelner de Edichenſtein* duntaxat exceptis calculum & rationem fecerint de fructibus beneficiorum ſuorum in abſentia perceptis ut prefertur ſufficientes. Nos igitur quanquam rigidius de jure contra eosdem ipſorum exigente contumacia procedere poſſemus tamen rigorem hujusmodi benevolentia temperare volentes pro hac vice vobis omnibus & ſingulis in virtute ſancte obedientie diſtricte preci-

piendo mandamus quatenus eos & ſingulos vicarios & beneficiatos ſupradictos moneatis diligenter & citetis in eccleſia noſtra ſupradicta quos etiam nos tenore preſentium monemus & citamus tercio & ſimiliter peremptorie per ultimam dilacionem ut adhuc infra triginta dies poſt notificationem inſinuationem & publicationem preſentium in dicta eccleſia noſtra factam immediate ſequentes in dictis ſuis beneficiis ſeu vicariis veram & non fictam reſidenciam faciant perſonalem alioquin lapſo dicto termino & dilacione ultima de rebellium & inobedientium mandatis hujusmodi beneficiis predictis utique juxta conſtitutionem fel. rec. *Gregorii* pape *VIIII* auctoritate predicta ordinabimus & diſponemus ipſorum rebellione inobedientia & contumacia non obſtantibus. Obedientiam vero eorum qui calculum fecerunt & rationem ut prefertur commendando contumaciam autem & rebellionem horum qui hoc non fecerint coram dicto Domino noſtro Archiepiſcopo Mogunt. non tranſibimus ſurda aure accuſando, niſi ipſi & quilibet ipſorum contumaciam rebellionem & negligentiam ſuam ſtudioſe infra quindecim dies poſt notificationem ſimiliter preſentium imme diate ſequentes calculum & rationem nobis ut prefertur adhuc faciendo quod mandamus ſub pena conſtitutionis predicte curaverint emendare. In quorum teſtimonium preſentes literas capituli noſtri ſigillo quo utimnr ad cauſas fecimus communiri datum *Franckinfurt* in loco noſtro capitulari ſub anno Domini MCCC LXXXXIX, XIIII kal. Maji.

CCXXVIII.

CCXXVIII.

In nomine Dni amen. Nos divina providencia *Girhardus* prepoſitus, *Heinricus* decanus, *Chriſtianus* plebanus & etiam cantor totumque Franckinforden. eccleſie capitulum univerſis tam preſentibus quam futuris volumus eſſe notum, quod deliberacione provida & conſilio diligenti prehabitis ſuper hiis que expedirent nobis & eccleſie noſtre que non conſideravimus videntes aperte quod ex ordinacione illius vicarie in *altari beate virginis Katherine* divinum obſequium in noſtra eccleſia per augmentqm unius perſone reciperet incrementum & quod ad honorem Dei multiplicem populus diverſis horis miſſarum ſollempnia ſeu myſteria in ipſa noſtra eccleſia prompcius & cercius inveniret ex voluntate unanimi & conſenſn concorditer & communiter ordinando ſtatuimus, quod vicarius altaris predicti ymmo eccleſie noſtre poſt dictas in choro ſive in eccleſia matutinas, quanto maturius ſe poterit preparare, continuo miſſam dicat, ita quod miſſa eadem ſit completa, antequam plebanus, qui pro tempore fuerit, incipiat per ſe vel per alium miſſam ſuam ne ex vicarii hujusmodi miſſa impedimentum aliquod ſuſtineat miſſe ſue & ut idem vicarius ſicut choro noſtro ex ordinacione Domini *Johannis de Rodehe* noſtri ſcolaſtici qui vicariam eandem inſtituit ad obedienciam decani & capituli obligatus exiſtit horis quibuslibet in eccleſia ſeu in choro valeat intereſſe ſollempnitatum juribus ſalvis in omnibus eccleſie ac plebano, volentes autem ut hec noſtra ordinacio ſeu ſtatutum inviolabi-

Miſſa poſt matutinas ordinatur.

liter

liter perpetuis temporibus obſervetur preſens ſcriptum ſuper hiis confectum ſigillis noſtris *G.* Prepoſiti, *H.* decani & *C.* plebani ſive cantoris & capituli noſtri duximus muniendum. Actum & datum apud *Franckinford* anno Dni MCCLXIIII, quinto kalendas Octobris.

CCXXIX.

Fundatur. In nomine Domini amen. *Johannes de Rodahe* ſcolaſticus eccleſie de *Franckinford* notarius reverendi Domini *Wernheri* Archiepiſcopi Maguntini. Cum mundus preſens ſit labilis & omnis gloria ejus vana & omnia que ſunt in ipſo ſint morbida, corruptibilia & tam ſolubilia quod non durant, de requie eterna, ſalute perpetua, vita incorruptibili & ſtabili manſione expedit cogitare. Inde eſt quod ego Johannes clericus humilis ſervus Dei recognoſcens quod Dominus Deus michi ſua largiſſima pietate in rebus & honoribus in hoc ſeculo ſic providit quod ſibi ad quas non ſufficio gratiarum teneor actiones, ad placandum eum & ad obtinendum propiciaciones ipſius decrevi ad ſuum honorem & ob reverenciam *beate* virginis *Katherine* que ſuis exigentibus meritis eſt apud Dominum prepotens pro peccatoribus interceſſor in altari ipſius beate virginis perpetuam facere vicariam accedente conſenſu Dominorum *Heinrici* decani *Chriſtiani* cantoris & tunc plebani quando eadem vicaria fuit primitus inſtaurata & Dni *Epperti* nunc plebani ac capituli eccleſie de *Franckinford* in qua altare predictum eſt ſitum, ad quam vicariam prefati decanus & capitulum eccleſie Francken-

ckenfordenſis & nullus alius ydoneum in ſuam animam eligant ſacerdotem qui quanto cicius poſt matutinas ſe poterit preparare in altari eodem, cottidie miſſam dicat cum una collecta de beata virgine *Katherine* ita quod per miſſam ſuam plebanus non ſenciat impedimentum aliquod miſſe ſue ſalvis nichilominus per omnia ſollempnitatum juribus eccleſie ac plebano. Obligatus eciam erit idem ſacerdos ad omnes horas & quodlibet obſequium divinum in choro & obediet decano in omnibus ſicut alter, memoriam autem aget mei patris matris & omnium parentum meorum Dni *Ulrici de Mintzenberg* & omnium benefactorum meorum & omnium illorum qui michi ſunt commiſſi & pro quibus exorare debeo & debui in hac vita. Quia igitur qui ſervit altari debet eciam vivere de altari, ad ſuſtentacionem ſacerdotis hujusmodi trado lego & confero bona mea apud *Arheiligen* que apud *Andream Hartmudum Graſohſen* & *Emconem* milites juſto empcionis tytulo emi ibidem. Item apud *Biſchoffsheym* vineas quasdam que quandoque fuerunt *Conradi Medenmecher* civis de *Franckinfurt* & *Conradi Campanarii*. Item apud *Franckinfurt* quosdam cenſus quos emi apud *Ludowicum* carnificem, qui dantur de quibusdam domibus & macellis. Item domum ſitam juxta domum quondam *C. Campanarii*. Item quosdam cenſus minutos quos conſcripſi in kalendario Dominorum. Ceterum omnem ornatum quem in eccleſia *Franckinford*. habeo reſervatum ipſi eccleſie confero irrevocabiliter propter Deum. Ut autem omnia ſupradicta firmiter obſerventur, preſentem

cedulam inde confectam mei Dominorum *H.* decani *C.* cantoris *E.* plebani & capituli ac Domini *Wolf*rami ſculteti de *Franckinford* ſigillorum munimine confirmavi. Actum & datum apud *Franckinford* anno Dni M CC LXXVII kal. Marcii.

CCXXX.

Confirmatur.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis prepoſito, decano, ſcolaſtico & capitulo eccleſie Franckinfordenſis Magunt. dinceſ. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Exhibita ſiquidem nobis veſtra peticio continebat, quod vos de conſenſu dyoceſani veſtri diligenti deliberacione prehabita ſtatuiſtis, ut perpetuus vicarius altaris ſancte *Catherine* in eccleſia veſtra, cujus vicariam tu fili ſcolaſtice de bonis propriis ibidem de novo creaſti, vobis ſubjectus exiſtat & in eadem eccleſia una vobiſcum canonicis horis interſit & poſt matutinas tempeſtive miſſam in eodem altari celebret antequam plebanus veſter qui pro tempore fuerit incipiat dicere miſſam ſuam, ne alterius miſſa per reliquam valeat impediri prout in patentibus literis inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper premiſſis provide vide factum eſt, ratum & firmum habentes, id auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patracinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis in-

infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignacionem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Viterbii* V kal. Julii.

Anno M CC LX & deinceps plurimæ datæ ſunt indulgentiæ ad capellam S. Katherinæ quæ annexa erat templo S. Bartholomæi verſus ſeptentrionem ubi nunc eſt horologium. Illa conjuncta eſt eccleſiæ noſtræ an. M CCCXLVI & de illo ſacello omnes litteræ horum temporum ſunt intelligendæ quia cœnobium & capella pontis ejusdem nominis nondum erant ædificata. *Latomus in M. S.*

CCXXXI.

Officialis prepoſiture Franckenſ. recognoſcimus ad omnium quorum intereſt vel intereſſe poterit in futurum, noticiam deducentes, quod honorabilis vir Dominus *Reynhardus* eccleſie S. *Bartholomei* ibidem decanus manufidelis de quo revera nobis conſtat, honeſti viri quondam Domini *Heinrici* dicti de *Wolckinberg* in prefata eccleſia ſancti *Bartholomei* altaris beate *Marie Magdalene* vicarii omnem ſuam auctoritatem & poteſtatem ratione manufidelitatis ſue hujusmodi ab eodem Domino *Heinrico* ſibi traditam & commiſſam, meliori modo jure & forma quibus melius valere poterat, coram nobis ac teſtibus infra ſcriptis transtulit & transfert in hiis ſcriptis in honorabiles viros Dominos ejusdem eccleſie decanos pro tempore ſibi ſuccedentes nec non in ſeniorem in capitulo dicte

Fundatio pro luminaribus & lampadibus chori facta.

eccleſie canonicum pro tempore exiſtentes & actualiter preſentes ibidem in loco *Franckinford* perſonaliter reſidentes vel ſi dictos decanos ſeu quoslibet eorundem reſidere ibidem non contingeret, ex tunc in duos ſeniores in capitulo canonicos exiſtentes ac perſonaliter reſidentes diſpoſicionem hujusmodi tranſfert ut prefertur, ita videlicet quod iidem duo Domini conjunctim vel diviſim vel ſaltem in defectum ſeu negligenciam eorum vel alterius eorundem ipſum capitulum eccleſie memorate ſedecim candelas ac totidem candelabra prope & circum circa altare chori eccleſie ejusdem ſituatum ac redditus, per eundem *Heinricum* ad eadem luminaria cerea deputatos perpetuis temporibus duraturis in eſſe debito, ne pereant, manuteneant, dirigant, regant & conſervent ipſasque candelas ſeu luminaria predicta terminis & feſtis ſubſcriptis ſecundum ipſius legantis votum incendenda procurabunt & primo in feſto *nativitatis Chriſti*, *Epiphanie*, *Karoli*, *purificacionis*, *annunciacionis*, *reſurreccionis* & *aſcenſionis Dominice*, *penthecoſtes*, *corporis Chriſti*, S. *Johannis Baptiſte*, *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, ac aliorum Apoſtolorum quorum feſta celebriter in foro peraguntur, *Marie Magdalene*, *diviſionis Apoſtolorum*, *aſſumpcionis* & *nativitatis beate Marie virginis* glorioſe in dedicacione ipſius eccleſie ſancti *Bartholomei*, omnium Sanctorum ac in vigiliis & in miſſa *omnium animarum*, *Martini*, *Katherine* nec non *concepcionis Marie* & in miſſa anniverſarii *Heinrici* memorati obeuntis de anno Dni M° CCC° XXXII, VIto idus menſis Decembris; quidquid vero de prefatis candelis ſeu luminibus ſive

de

de redditibus eorum ſuperfluum fuerit, iidem Domini hujus manufidelitatis dicto Dno decano ſubſtituti poſſunt & debent convertere ad uſus ipſius eccleſie ubi ipſis magis viſum fuerit dicte eccleſie expedire. Et precipue ad uſum lampadum in medio chori pendencium in quibus dicti Domini decani eſtimacione magis eſt neceſſe, nec ſibi ipſis de talibus quidquam debebunt retinere prout ipſi & ſinguli commiſſariorum eorundem coram altiſſimo in noviſſimis voluerint ſuper hiis reddere racionem dictique redditus cedunt & miniſtrantur de ſubpignoribus & terris infra ſcriptis, & primo una marca denariorum levium annui & perpetui redditus de domo & habitacione *Hennekini* filii dicti *Ryneckirs* & Irmengardis ejus legitime contiguis hoſpitali infirmorum infra muros antiquos opidi Franckfordenſes verſus *Mogum*, in feſto decollacionis ſancti *Johannis Baptiſte* preſentanda & hec domus & habitacio unam marcam denariorum levium cum ſexaginta quinque libris ſepi annui & perpetui cenſus prius ſolvunt ad majoremque ſecuritatem dicti *Hennekinus* & *Irmengardis* pro ſubpignore dicte marce ad candelas ſive luminaria memorata cedente macellum ſuum contiguum dicto phennigrich prius novem ſolidos Colon. annui & perpetui cenſus ſolvens poſuerunt & deputaverunt. Item una marca denariorum levium annui & perpetui redditus de area, edificiis, domibus & habitacione *Hennekini* dicti *Stogkar Dyne* ejus legitime infra muros novos opidi predicti alias zu den garten retro curiam *Heinrici zu dem Wyddel* ex oppoſito curie & edificiis Dni *Heilmanni* dicti *Froyſchs* plebani

ckenfordenſis ſitis, in feſto decollacionis S. *Johannis Baptiſte* predicto perſolvenda & area, edificia, domus & habitacio prenotata novem Colon. cum uno denariorum levium prius dabunt. Item una marca denariorum levium annui & perpetui cenſus de domo dicta *Grünenberg* & ejus fundo ſita in antiquo opido *Franckenford*, predicto ſuperiori parte, vico textorum ſeu ſnargazze dicto latere ſeptentrionali in acie reſpiciente orientem & meridiem vici dicti Geilnhuſergazze die nativitatis beati *Johannis Baptiſte* perſolvenda, eisdem domo & fundo redditibus hujus marce & alterius unius marce cum tribus ſolidis denariorum in toto dumtaxat oneratis. Item dimidia marca denariorum levium annui & perpetui cenſus de domibus duabus contiguis invicem & habitationi quondam *Ditzelonis* dicti *Dene* infra muros novos opidi prefati quaſi ex oppoſito parte antiqua *Buckenheimer dor*, dicte ſitis, in feſto beati Jacobi majoris annuatim perſolvenda & hec dimidia marca ſimul cum duabus aliis marcis duarum vicariarum *ſancti Mathie* infra eccleſiam ſancti *Bartholomei* ſepedictam exiſtencium, redditus unius marce denariorum dicto giſſubel in feſto *Martini* cedentis & duorum pullorum ſequuntur in domibus duabus prenotatis. Item ſeptem marce cum dimidia & quinque ſolidi cum octo denar. levium de domo lapidea ſeu habitacione quondam *Heinrici* de *Wolkinberg* prefati ſita in cimiterio eccleſie ſancti *Bartholomei* predicte prope portam ejusdem cimiterii infra hanc domum & domum dictam zu dem Frayzkeller ſitam, die beati *Laurencii* martiris perſolvende, que quidem domus prius

ſol-

ſolvit annuatim & perpetue novem ſolidos cum dimidio hallenſium. In feſto decollacionis *S. Johannis* ſepedicte ad kalendas ſive cenſus corporis prebendarum Dominorum canonicorum & dimidiam marcam denariorum levium in feſto invencionis *ſancti Stephani* prothomartiris & dimidiam marcam denariorum levium in feſto natalis beati *Martini* epiſcopi ad preſencias ſeu cottidianas diſtribuciones eccleſie S. *Bartholomei* Franckford. ſepedicte, eſt eciam dicta eccleſia *S. Bartholomei* & longis temporibus fuit in poſſeſſione vel quaſi pacifica & quieta percipiendi redditus antedictos prout de premiſſis omnibus & ſingulis re aliter & plenius fuimus informati & nobis veraciter conſtat ut preſcribitur de eisdem harum teſtimonio literarum ad perpetue rei memoriam deſuper ipſius Domini decani ac noſtre officialitatis ſigillis ſigillatarum, preſentibus honorabilibus viris & diſcretis Dominis *Johanne de Pettirwil* cantore, *Heylmanno Froyſch* inibi plebano, *Bertramo de Vilwile*, *Baldemaro de Pettirwile* canonicis, *Heinrico* dicto *Lamperter*, *Giplone* campanario, *Petro* dicto *Judenſpis* vicariis, *Friderico* & *Johanne de Roeckinberg* ſacerdotibus ſubſtitutis eccleſie ſancti *Bartholomei* memorate & quam pluribus aliis fide dignis ad premiſſa pro teſtibus vocatis ſpecialiter & rogatis. Datum anno Domini M° CCC° LX° die invencionis *ſancte Crucis.*

§. IV.

Eccleſia SS. *Mariae* & *Georgii* alias S. *Leonardi.*

Ad altare *omnium Sanctorum* ſit præſentatio per de-

decanum ejusdem collegii & *Joannem Ogſtat* civem Francfordenſ.

Ad altare *S. Leonardi* præſentabant die *Liderbecher* zu *Erlebach.*

Ad altare S. *Annae* præſentabat ſcholaſticus ibidem & ſenior familiæ *der Maultaſchen.*

Ad altare S. *Jacobi* facta fuit olim præſentatio per quendam dictum *Kommeder* opidanum Francfurtenſem.

Ad præbendam N. habet præſentare ſenatus quam olim poſſedit D. *Joannes Ruck* ſcholaſticus poſtea noſter.

Vicaria quam hubuit D. *Joannes Sintelingen* eſt de collatione nobilium de *Werberg* ſive der *Brendelln.*

Capella hæc ſub auſpiciis *Friderici* Romanorum Regis an. MCCXIX in fundo imperii ad honorem beatiſſimæ virginis *Mariae* & S. *Georgii* marturis erecta & variis aucta privilegiis (a) lapſo demum vix non integro ab erectione ſeculo jura eccleſiæ collegiatæ nanciſcitur (b) & paulo poſt unionem quandam init cum collegio S. *Bartholomei* valde laudabilem (c) an. M CCC XXIII quo alatæ ſunt S. *Leonardi* reliquiæ, paſſim ab hoc Sancto compellari cœpit. (d)

(a) Der Stadt Francfurt privilegia pag., CCXXXII.

(b) CCXXXIII.

(c) CCXXXIV.

(d) CCXXXV.

De his aliisque vicariis & beneficiis vid infra nr. CCLXXXI.

Fri-

CCXXXII.

Fridericus divina favente clementia Rom. Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ, quia tunc & apud Deum ſalutis æternæ præmia, & apud homines, reges & principes maxima præconia promerentur, quando eccleſiis ſua beneficia largiuntur, & ad earum incrementum dant operam efficientem. Ea igitur conſideratione inducti notum facimus univerſis tam præſentibus quam futuris fidelibus noſtris, quod nos ad ſupplicationem fidelium noſtrorum univerſorum civium de *Franckenvort*, pro remedio quoque animæ noſtræ donavimus ipſis civibus aream unam ſeu curtem imperio & nobis attinentem, & jacentem juxta forum frumenti, ut in ipſa curte capella una dictis civibus commoda & neceſſaria ad honorem S. Dei genitricis virg. *Marie* & B. *Georgii* martyris conſtruatur. Capellam ipſam cum curte & omnibus bonis ſuis, quæ in præſentiarum habet, & quæ in poſterum juſto acquiſitionis titulo poterit adipiſci, ſub noſtram & imperii recipientes ſpecialem protectionem. Ipſam etiam capellam cum dote & omnibus appendiciis ſuis, ab omni volumus eſſe exemptam dominio, & ſolummodo ad imperium & ad nos & noſtros ſucceſſores Rom. Imperatores & Reges habere reſpectum, ipſis civibus noſtris indulgentes & omnimodam tradentes facultatem, ut tam ipſi quam eorum poſteri, in eadem capella pro voluntate ſua, quoties vacaverit, inſtituant idoneum ſacerdotem, divina ibidem celebrantem. Statuimus igitur & ſub intimatione gratiæ noſtræ præcipimus, vel nulla umquam humilis vel alta, eccleſiaſtica vel ſecularis anteſa-

Imperialis capella B. M. V. & S. Georgii multa nanciscitur privilegia.

tam civium noſtrorum univerſitatem ſuper eadem capella moleſtare audeat, vel huic noſtro privilegio temere obviare. Quod ſi fecerit, in vindictam reatus ſui centum marcas auri puriſſimi componat, dimidium cameræ noſtræ, reliquam vero paſſis injuriam. Ad hujus etiam noſtræ conceſſionis & donationis perpetuam ſtabilitatem hanc paginam inde conſtructam noſtro ſigillo juſſimus communiri. Teſtes hujus rei ſunt *Sigefridus* Mogunt. Archiep. *Dietericus* Trevirenſ. Archiep. *Conradus* Spirenſis & Montenſis Epiſcop. imperialis aulæ cancellarius, *Cono* Abbas Fuldenſ. & Elbacenſ. *Hermannus* marchio de *Baden*, *Gerhardus* comes de *Biecis*, *Gerlacus* de *Rüdingen*, *Gothofredus* de *Eppenſtein*, *Anſelmus* marſcalcus de *Juſtingen*, *Wernerus* dapifer de *Bolandia*, *Philippus* frater ejus, et alii quam plures. Datum apud *Franconevort* an. Dominicæ incarnationis M CCXIX, ind. VII, XVIII calendas Sept.

CCXXXIII.

Capella prædicta erigitur in collegiatam.

In nomine Domini amen. *Petrus* Dei gratia S. Moguntinæ ſedis Archiep. S. imperii per Germaniam Archicancellarius. Bonæ rei dare cultum et æternæ vitæ habebitur præmium, ac præſentis remuneratio exſpectatur, præſertim in plantatione divinarum quæ convenit non minui, potius ſed augeri. Hinc eſt quod nos piis votis *Nicolai de Wulnſtatt*, *Nicolai* dicti *Roſe*, *Arnoldi* dicti *Baumeiſter* cappellani eccleſiæ S. *Marie* et *Georgii* in *Franckenvort*, *Henzelini Trutwini*, *Gerhardi* de *Offenbach*, *Henrici Ruffi*, *Petri Inſitoris*, *Gerlaci* de *Indagine*, *Henrici* dicti *Knuppe*, *Bertol-*

toldi plebani *in Indagine* et *Henrici* plebani *in Dornikheim*, cupientium bona ſua, quilibet eorum videlicet, reditus VIII marcarum denariorum pro corpore præbendarum & collegio habendo, de novo in prædicta eccleſia S. *Marie* et S. *Georgii* in *Franconevort* in communi conferre, ordinantes et ſtatuentes vel perpetuis temporibus dicta eccleſia in futurum collegiata in honore S. *Marie* et S. *Georgii* exiſtat, et jura collegii hac noſtra auctoritate nanciſcatur. Prædictos duodecim ad præſens pro canonicis et præbendariis dictæ eccleſiæ ſic collegiatæ inſtituimus, ita quod adinſtar aliorum canonicorum ſtalla in choro, & loca in capitulo, & alia jura in eccleſiis collegiatis haberi conſueta, habeant inconcuſſe liberam aligendi facultatem apud ipſos in electionibus canonicorum & prælatorum pro tempore futuro, nihilominus volumus remanere quorundam prælatorum confirmationem ad nos & ſucceſſores noſtros pro tempore decernimus pertinere. Prædictis etiam canonicis & eccleſiæ habendas ſcholas, & magiſtrum ſcolarium, & pro canonicis & ſociis chori, qui pro tempore fuerint & in futurum eccleſiaſticam ſepulturam liberam tribuimus facultatem, prædictos reditus & alia bona, quæ intuitu divini cultus, ut eſt præmiſſum, & ad ſuſtentationem canonicorum & aliarum perſonarum in dicta eccleſia, Deo & B. virg. *Mariae* & S. *Georgio* collata extiterint & in præſentiarum exiſtunt authoritate prædicta, & in omnes jure quo melius poſſumus, in nomine Dei confirmamus, recipientes dictam eccleſiam, perſonas & res ejusdem ut etiam alia collegia & corpora

Deo dicata intra diœceſin ſub protectionem & defenſionem noſtram, & eccleſiæ & ſedis Moguntinæ nolentes eandem eccleſiam vel perſonas ejus in temporalibus vel ſpiritualibus aliquam ſuſtinere injuriam, moleſtiam vel gravamina & ſpecialiter nec ratione juris patronatus à patronis videlicet omnibus dictæ civitatis qui conſenſum ſuum huic fundationi bene notum impenderunt, nihil ſibi juris occaſione hujusmodi in prædicta eccleſia aliqualiter retinentes. Si quis autem auſu diabolico hanc piam ordinationem inſtitutionem & confirmationem impediverit, aliqualiter turbaverit, indignationem omnipotentis Dei & B. *Mariae* virginis & S. *Georgii*, in quorum honore dicta eccleſia eſt fundata, & beatorum *Petri* et *Pauli* App. nec non B. *Martini* eccleſiæ noſtræ patroni ſe noverit incurſurum, ac noſtram et ſucceſſorum noſtrorum pro tempore acrimoniam poterit formidare. In premiſſorum omnium evidens teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus appendendum. Datum *Aſchaffenburg* anno Dni. M CCCXVII, in die B. *Mariae Magdalenae.*

Anno MCCCXVII, circa feſtum Petri et Pauli capella S. Georgii in collegium canonicorum à Domino Petro Archiepiſcopo confirmatur. Eodem anno pulſus *Ave Maria* in omnibus eccleſiis eſt inſtitutus. *Latomus in MS.*

CCXXXIV.

Prætenſæ ordinationi inter capitula SS. Magunt.

Scolaſticus eccleſie ſancte *Mariae* ad gradus Magunt. judex ad infra ſcripta ab honorabilibus viris Dominis cantore et capitnlo eccleſie Magunt. ſede

et

et decanatu vacantibus deputatus. *Datum per copiam*, ponit per ſuum juramentum ſyndicus ſeu procurator Dominorum decani et capituli ſancte *Marie* et ſancti *Georgii* Franckenf. nomine procuratorio et pro ipſis contra decanum et capitulum eccleſie S. *Bartholomei* ibidem et contra quamlibet perſonam pro eis legitime intervenientem, quod decani et capitula predictarum eccleſiarum pari conſenſu et unanimi voluntate inter ipſos hinc inde ordinacionem infra ſcriptam obſervandam voluntarie et concorditer inierunt, ad quam propoſicionem reſpondet procurator decani et capituli eccleſie S. *Bartholomei* negans, quod decani & capitula eccleſiarum S. *Bartholomei* ac beate *Marie* unanimiter ordinacionem infra ſcriptam inierunt ſed dicit quod ſolum nunc *Heinricus* decanus, *Reinhardus* nunc cantor et quondam *Johannes* ſcolaſticus ordinacionem, de qua ibidem fit mentio, cum *Nicolao* tunc decano, *Nicolao* nunc ſcolaſtico & *Arnoldo* nunc cantore ſolis inierint hujusmodi ordinacionem aliis canonicis ſancti *Bartholomei* irrequiſitis et ad hoc minime vocatis, item quia inter eos ſtatutum fuit et ordinatum quod ſingulis annis in Dominica palmarum et in diebus rogacionum utriusque letanie majoris ſcilicet et minoris prefatis decano et capitulo eccleſie ſancte *Marie* ad eccleſiam S. *Bartholomei* venientibus decanus et capitulum ejusdem eccleſie S. *Bartholomei* cum eis proceſſionaliter, ita quod ſcolares ſcolaribus ſocii ſociis, canonici canonicis & prelati prelatis utrarumque eccleſiarum uniformiter miſceantur, tenerentur ad certa loca proficisci, reſpondet ut ſupra quod hu-

riæ & Georgii nec non S. Barthol. contradicitur.

jusmodi ſtatutum & ordinacio de qua fit mencio in ipſa poſicione facta fuit per perſonas predictas aliis canonicis de capitulo eccleſie S. *Bartholomei* irrequiſitis & ad hoc minime vocatis nec habito cum ipſis aliquo tractatu de ordinacione eadem. Item quod in feſtis dedicacionis eccleſie ſancte *Marie* & S. *Georgii* & aſſumpcionis beate *Marie* ac quoties aliquem ex canonicis ſeu vicariis eccleſie ſancte *Marie* decedere contingeret, dicti decanus & capitulum ſancti *Bartholomei* ad prefatam eccleſiam beate *Marie* proceſſionaliter ire tenerentur dicta feſta & defunctorum exequias cum perſonis eccleſie ſancte *Marie* predicte peracturi. Reſpondet procurator ut ſupra, quod illa ordinacio fuit facta per perſonas predictas ſcilicet decanum cantorem & quondam Johannem ſcolaſticum aliis canonicis de capitulo ſancti Bartholomei ad hoc minime vocatis & requiſitis. Item quod pari modo decanus & capitulum eccleſie S. *Marie* ad eccleſiam S. *Bartholomei* certis feſtis et temporibus & ad exequias canonicorum vicariorum ire deberent feſta & exequias peracturi, reſpondet ut ſupra negando hujusmodi ordinacionem per decanum & totum capitulum factam eſſe, ſed per perſonas in reſponſione ad primam poſicionem expreſſas confitetur eſſe factam. Item quod decani & capitula ambarum eccleſiarum predictarum hujusmodi ordinacionem ſe perpetuo ſervaturos bona fide promiſerunt, reſpondet procurator ſimpliciter hanc poſicionem negando. Item quod ſuper dicta ordinacione litere confecte fuerunt ſigillorum utrarumque eccleſiarum predictarum appenſione roborate, credit procurator capituli S. *Bartholomei* ſepedictus literas

ſigil-

ſigillatas eſſe, ſed negat ſigillatas eſſe conſenſu canonicorum omnium dicte eccleſie S. *Bartholomei* quorum intererat vel intereſt, ſed dicit quod hoc factum fuit à quibusdam de capitulo ut ſupra in prima poſicione reſponſum eſt aliis minime requiſitis. Item quod dicta ordinacio per bone memorie Dominum *Petrum* quondam Archiepiſcopum Maguntinum utpote rite & racionabiliter facta & inita extitit auctoritate ordinaria confirmata, reſpondet quod ignoret hujusmodi confirmacionem factam eſſe & dicit ordinacionem preſcriptam minus rite & canonice factam eſſe, & ſi eſt confirmata, hujusmodi confirmacio facta eſt decano & capitulo eccleſie S. *Bartholomei* predicte abſentibus & ad hoc non vocatis. Item quod idem quondam Dominus Archiepiſcopus Magunt. prefate eccleſie ſancte *Marie* & ſancti *Georgii* ſub quibusdam condicionibus, quas non credit procurator eſſe adimpletas & ſic credit eciam ſi qua jura eccleſiis collegiatis conceſſa conceſſit eidem eccleſie, quod illa non competant dicte eccleſie cum condiciones hujusmodi minime ſunt adimplete. Item quod prefati decanus & capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* virtute dicte ordinacionis cum decano & capitulo eccleſie ſancte *Marie* & ad eorum eccleſiam ſepius proceſſionaliter iverunt & ècontra, reſpondet procurator quod eam poſicionem non credit prout ponitur licet aliqui de eccleſia S. *Bartholomei* & non omnes una vice vel duabus quod pro certo tamen neſcit, iverint ad dictam eccleſiam S. *Georgii* hoc tamen non fecerunt de ſuo capitulo virtute dicte ordinacionis, cum decanus & cantor S. *Bartholomei*

cum

cum illis, qui ordinacioni non interfuerint, dictam ordinacionem ſtatim reclamaverint & proteſtati fuerint publice, ſe eam, prout inita fuit, nolle aliquatenus obſervare, addit eciam quod decanus & capitulum S. *Georgii* predicti ſepius venerunt cum ſua proceſſione ad eccleſiam S. *Bartholomei* tamquam ad eccleſiam ſuam matricem. It. quod ut ſic predicti decanus & capitulum eccleſie S. *Marie* & S. *Georgii* & eorum eccleſia fuerit aliquamdiu in pacifica poſſeſſione vel quaſi obſequiorum predictorum a dictis decano & capitulo eccleſie ſancti *Bartholomei* eis preſtitorum & preſtandorum. Non credit prout ponitur. Item quod iidem decanus & capitulum eccleſie S. *Bartholomei* dicta obſequia propria temeritate ipſis actoribus & eorum eccleſie ſubducunt & ſubduxerunt poſſeſſionem eorum ſeu quaſi temere & contra juſticiam violantes. Negans eam ſimpliciter ut ſupra. Item quod prefati Dni decanus & capitulum eccleſie ſancte *Marie* & S. *Georgii* quantum in eis eſt parati ſunt & ſemper fuerunt dictam ordinacionem & omnia in ea contenta firmiter obſervare. Reſpondet procurator decani & capituli eccleſie S. *Bartholomei* ſepedictus dicens quod iſta poſicio ſit impertinens videlicet quod decanus & capitulum S. *Georgii* ſint parati ordinacionem, de qua fit mentio, obſervare, cum ipſa ordinacio ſit nulla ut ſupra eſt reſponſum. Item premiſſa ordinantibus omnibus & ſingulis confratribus capituli eccleſie S. *Bartholomei* predicte, qui debebant & poterant commode intereſſe & apud quos tota poteſtas capituli & jus ſtatuendi & ordinandi ea vice reſidebat. Reſpondet eam ſimpliciter

pliciter negando prout eſt poſita. Item quod Dnus *Heinricus* tunc & nunc decanus ipſius eccleſie S. *Bartholomei* interfuerit dicte ordinacioni & eidem reſpondet expreſſe ſimiliter conſenſit ut ad primam reſponſionem. Item quod bone memorie Dnus *Johannes de Bettinhuſen* tunc ſcolaſticus ejusdem ecleſie S. *Bartholomei* dicte ordinacioni interfuit & eidem expreſſe conſenſit. Reſpondet ut ad primam poſicionem. Item quod magiſter *Reinhardus* tunc & nunc cantor dicte eccleſie S. *Bartholomei* eidem ordinacioni interfuit & eidem expreſſe conſenſit. Reſpondet eodem modo ut ad primam eſt reſponſum poſicionem. Item quod *Johannes* conſanguineus prefati ſcolaſtici canonicus & frater capituli eccleſie S. *Bartholomei* predicte ipſi ordinacioni interfuit & eidem conſenſit. Reſpondendo negans eam ſimpliciter prout eſt poſita. Item quod tempore dicte ordinacionis magiſter *Hermannus de Giezen* canonicus & frater capituli ejusdem eccleſie ſancti *Bartholomei* fuit in ſtudio in *Monte Peſſulano* unde vocandus non fuit, utpote extra provinciam conſtitutus, credit. Item quod Dominus *Johannes de Friedeberg*, *Heilmannus* dictus *Rana* cuſtos & dictus *de Mülenbach*, *Reinhardus* cognatus cantoris, *Roricus* & *Nicolaus* canonici dicte eccleſie S. *Bartholomei* nondum erant fratres capituli & ſic vocem in capitulo nondum habebant. Credit procurator. Item quod *Fridericus* nunc ſcolaſticus propter quendam caſum, ſi neceſſe fuerit, aliàs exprimendum, tempore ſupradicte ordinacionis abſens fuit. Reſpondet procurator hanc poſicionem negando ſed dicit quod fuerit in terminis unde fuerit vocan-

dus, nec fuerit impedimentum, propter quod vocandus non eſſet. Item quod prefati Domini decanus, ſcolaſticus tunc quando ordinacio facta fuit habebant claves ſigilli capituli et ſigillaverunt eandem ordinacionem tamquam à toto capitulo factam et approbatam. Non credit quod decanus ſigillaverit ſed ſcolaſticus una cum cantore qui habebant claves, aliis, ut dictum eſt, quorum intererat minime requiſitis. Item quod premiſſa ſeu plura ex eis in opido *Franckenford* & ejus terminis ſunt publica, notoria et manifeſta. Item quod de hiis eſt vox, verbum et publica fama in opido *Franckenford* et locis pluribus circumquaque. Ad hanc poſitionem et proxime precedentem reſpondet procurator quod de hiis que ipſe confeſſus eſt, credit eſſe famam ſed ea que negavit, non credit eſſe famam neque publicam eſſe vocem, nec ea eſſe notoria nec manifeſta. Facte ſunt hee poſiciones et reſponſiones ad easdem anno Dni M° CCC° XXI, II kal. Auguſti premiſſa proteſtatione per procuratorem ſepedictum de implicitis, inpertinentibus, negativis bis poſitis et duplicibus et de aliis ad quos de jure non eſt reſpondendum, quod ſi ad eas vel earum aliquam reſponderit, quod ipſius reſponſio pro non reſponſo habeatur. Actum ut ſupra.

Ordinatio prædicta renovatur.

Bertoldus decanus, *Fridericus* ſcolaſticus, magiſter *Reinhardus* cantor, magiſter *Syfridus* theſaurarius *Heinricus* dictus *Rana* canonicus et plebanus totumque capitulum eccleſie S. *Bartholomei* Franckf. univerſis ad quos hoc preſens ſcriptum pervenerit ſalutem

tem in Dno ſempiternam, recognoſcimus et ad noticiam omnium, qui preſentem paginam inſpexerint, volumus pervenire, quod nos una cum honorabilibus viris decano et capitulo eccleſie ſancte *Marie* et beati *Georgii*, nove fundacionis ibidem, vocatis et requiſitis omnibus & ſingulis, qui ſpecialiter ad hoc requirendi fuerant et vocandi, ordinacionem ſubſcriptam, matura deliberacione prehabita, de communi conſenſu et voluntate unanimi inivimus et condiximus et ipſi una nobiſcum eandem voluntarie et concorditer inierunt, videlicet, quod iidem decanus et capitulum eccleſie ſancte *Marie* et beati *Georgii* predictorum in feſto palmarum cum proceſſione ſua ad eccleſiam noſtram pervenient, dummodo aura contraria et lutoſa via non obſiſtant, ramos palmarum nobis cum benedicturi et extra muros civitatis ſimiliter nobiscum exibunt in campis juxta conſuetudinem palmarum officium ſolempnitate qua condecet peracturi, officio autem palmarum peracto decanus et capitulum antedicti ad eccleſiam ſuam et nos ad noſtram cum proceſſionibus hinc inde diſpoſitis revertemur ut in utraque eccleſia ipſo die miſſarum ſollempnia devocius celebrentur. In diebus quoque rogacionum utriusque letanie majoris videlicet et minoris et in ſtacionibus votivis ſi quas aliquando haberi contigerit, iidem decanus et capitulum cum proceſſione et reliquiis ſuis ad nos pervenient, tales ſtaciones nobis cum devocione qua congruit, exequentes, hoc tamen excepto, quod decanus et capitulum antedicti in vigilia aſcenſionis Domini adventum proceſſionis et reliquiarum noſtrarum in

eccleſia ſua preſtolabuntur et nobiscum proinde ad eccleſiam penitentum tranſibunt, ut in eadem eccleſia ipſo die officium miſſe pariter peragamus, quo peracto ipſi ad eccleſiam ſuam, per viam, quam voluerint, revertentur. In feſtis eciam paſche, aſcenſionis et penthecoſtes, ſi decanus et capitulum antedicti proceſſiones habere voluerint, nobiscum in Saſſenhuſen ad eccleſiam fratrum Theutonicorum tranſibunt et cum inde ad eccleſiam noſtram reverſi fuerimus, ipſi cum proceſſione ad eccleſiam ſuam poterunt remeare, porro cum hujusmodi invicem habuerimus proceſſiones, ſcolares ſcolaribus utrarumque eccleſiarum equiformiter miſcebuntur, quos vicarii, eccleſie ſanctorum *Marie* et *Georgii* predictorum, deinde eccleſie noſtre vicarii deinde ipſorum eccleſie canonici ac deinde eccleſie noſtre canonici juxta ſuos ordines proceſſionaliter ſubſequentur; deinde quoque ipſorum eccleſie cantor cum noſtro canonico ſeniore ac deinde ipſorum eccleſie ſcolaſticus cum noſtre eccleſie cantore, deinde ipſorum eccleſie decanus cum noſtre eccleſie ſcolaſtico debebunt collateraliter proficiſci, poſtea et noſtre eccleſie decanus quaſi caput hujusmodi proceſſionibus ſolus tenebit locum ultimum et ſupremum. Item quoque noſter decanus decanum ipſorum in offerendo precedet, quos mox eccleſie noſtre prelati deinde eorum eccleſie prelati ac deinde noſtri et eorum canonici et vicarii juxta ſuos gradus et ordines legaliter ſubſequentur, verum eciam ſi noſter decanus in proceſſionibus antedictis

dictis forsitan erit absens, major ecclesie nostre prelatus debebit ex tunc cum eorum ecclesie decano pro capite locum ultimum obtinere. In festo similiter nostre dedicacionis et in die beati *Bartholomei* apostoli nostre ecclesie patroni ipsi nobiscum erunt, et nos in festo dedicacionis eorum ecclesie et in die *Thecle* ubi festum corporalis assumpcionis beate *Marie* virginis eorum ecclesie patrone devote peragitur, cum ipsis erimus e converso festa hujusmodi quoad missarum selempnia honorifice celebrantes, ipsi quoque beate *Marie* virginis decanus et apitulum antedicti in purificacione cum candelis et processione sua ad nostram ecclesiam ut predicitur devenient, festum luminum nobiscum solempniter peragendo, ita dumtaxat si preaure distemperie, frigore et via lutosa ad ecclesiam nostram poterunt commode pervenire; si autem aliquem canonicorum nostrorum sepeliri contigerit, ipsi ut sepedictum est, cum processione ad ecclesiam nostram mane pervenient una nobiscum talis canonici defuncti cum vigiliis et missarum sollempniis exequias peracturi quod et ipsis in casu simili obsequium prestabimus vice versa. Ipsique decanus et capitulum ecclesie memorate pulsacionem matutinarum et vesperarum ecclesie nostre non prevenient, nisi specialia festa habuerint, & nisi campanarium alterius ecclesie aura contraria aut ventorum strepitu contingeret impediri. Adjectum est eciam, quod rectores scolarum & persone ecclesiarum utrarumque nullum rancorem sive invidie fomitem invicem exercebunt sed magis honore congruo se mutuo prevenient, ut tenentur. Hanc igitur ordinacionem prescriptam in-

ter nos mutuo initam & conditam bona fide hinc inde promiſimus & promittimus per preſentes per nos & noſtros ſucceſſores in futurum inviolabiliter obſervari. Ut autem hec ordinacio antedicta inter nos firma & incommutabilis permaneat, preſentes hinc inde literas ſigillorum utrarumque eccleſiarum noſtrarum pro teſtimonio munimine roboratas, & nos decanus & capitulum eccleſie ſanctorum *Marie* & *Georgii* predictorum cum appenſione eccleſie noſtre ſigilli omnia & ſingula premiſſa recognoscimus eſſe vera. Actum & datum anno Dni M° CCC° XXIII° V kalend. Junii.

Pro confirmatione ejusdem ſupplicatur.

Reverendo in Chriſto patri ac Domino Dno *Mathie* ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopo ſacri imperii per Germaniam Archicancell. decani & capitula S. *Bartholomei* ſanctorumque *Marie* & *Georgii* eccleſiarum Franckford. reverenciam debitam & devòtam recognoſcimus & veſtre reverende paternitati ſignificandum duximus per preſentes, quod omnis diſſenſio ſive lis ſuper pactis & juribus eccleſiarum noſtrarum orta quondam inter nos & verſata coram vobis ac honorabilibus viris Dominis ſancte *Marie ad gradus* & *Mauricii* eccleſiarum Magunt. ſcolaſticis veſtris fidelibus & devotis per viam amicicie inter nos queſite concorditer & invente cooperante ad hoc gracia Spiritus ſancti pacifica eſt penitus & ſedata, ſuper quo ordinacionem inter nos hinc inde initam & conſcriptam vobis una cum preſentibus duximus preſentandam, paternitati veſtre humiliter ſupplicantes, quatenus eandem ordinacionem veſtra ordinaria

ria auctoritate dignemini confirmare & perpetue firmitatis faciatis robur debitum obtinere. In cujus rei & vere ſupplicacionis teſtimonium veſtre reverencie preſentes literas duximus dirigendas ſigillorum ad cauſas utrarumque eccleſiarum noſtrarum munimine roboratas. Datum anno Dni M° CCC XXXIII, IIII non. Junii.

CCXXXV.

Capella S. Mariæ & S. Georgii reliquiis S. Leonardi honoratur.

Honorabilibus viris ac Dominis Domino - - decano. ſcolaſtico cantori ceterisque canonicis eccleſie ſancti S. *Georgii* in *Franckenfurt* Magunt. dioces. *Mauritius* Dei gratia abbas eccleſie ſancte *Marie* Scotorum in *Vienna* ordinis ſancti *Benedicti* Patavienſis dioceſ. in karitate ſincera, in Domino & devota, animum benivolum in quolibet genere obſequendi, ad cultum divinum augendum autoris vite gloriam & honorem qui univerſos & ſingulos ejus miniſtros altis decorat honoribus honorabilis vir magiſter *Henricus* phiſicus noſter dilectus, de nova civitate dictus ſollempnis Wienenſis practicus ſanctiſſimas veſtras beati *Leonardi* confeſſoris eximii Leonis victorioſiſſimi, reliquias cujus vita virtutibus & moribus prelucida & ſalutaria ejus documenta tanquam lucerna ſuper candelabrum in domo Domini poſita omnium fidelium almam matrem eccleſiam in ceteris excellentius decorarunt, ad honorem & noſtri monaſterii evidentem utilitatem ob anime ſue ſalutem & populi Chriſtiani devotionem, nos habere de longinguis partibus quam pluribus expenſis & magnis laboribus procuravit, quocirca ad exaltandam Dei honorificentiam

tiam laudemque decantandam & dicti ſancti *Leonardi* confeſſores glorioſiſſimi preconium ampliandam ſalutarem Chriſti fidelium devotionem ſuſcitandam juxta prefati magiſtri *Henrici* precum affectuoſam inſtantiam easdem reliquias preclariſſimas, certis ſignis & auctoritatibus evidentiſſimis approbatas vobis in reverentiam benignius duximus impertiri, unde ipſis fidem credulam adhibentes dum ad nos pervenerint, ipſas reliquias velitis cum ſollempnitate inducere & ſuſcipere prout expedit reverenter. In quorum omnium et approbate veritatis teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus duximus apponendum. Datum *Wienn* anno Domini MCCCXXIII, in craſtino beate *Margarete* virginis.

An. MCCC°XXX°, VIII kal. Auguſti decanus et capitulum SS. *Mariae* et *Georgii* litteras recognitionis dedere decano et capitulo Metropolitanæ de dandis duabus libris ceræ ſingulis annis ob præſtitum conſenſum ſuper incorporatione eccleſiæ parrochialis in *Prumheim.*

§. V.

Eccleſia montis *B. Mariae virginis.* *

Altaris ſeu vicariæ S. *Jodoci* collatio ſeu jus patronatus ſpectat *den Breüm* zu *Francfort*, modò familia interſit, neſcio quo devoluta, (a)

Ad

* Avita civium noſtrorum pietas & zelus augendi cultum divini numinis fecit ut anno MCCCXXVI, capella *B. M. V. in Monte* (auf dem Roſſ-Bühel) præviis ſolemnitatibus in eccleſiam collegiatam erigeretur.

Ad altare S. *Catharinae* præſentat *Hartmudus* zum *Roemer* vel ſeniores de genealogia ejusdem. (b)

Ad altare N. cujus poſſeſſor fuit anno 1410 *Conradus Fabri de Hanau* præſentabant die Glauberger (c)

Vicaria quam habuit D. *Henricus Schonbach* nuno devoluta eſt ad capitulum.

(a) vid. §. XI documentum ultimum. (b) (c) vid. idem documentum.

(d) *Lerſner Francf. chron.* 2tes Buch 2ter Theil *p.* 190 refert capellam noſtram an. MCCCXXII à *S. Catharina* nuncupatam fuiſſe.

(e) vid. CCXXXVI & ſeqq.

CCXXXVI.

Mathias Dei gracia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus S. imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis, quorum intereſt, ſeu noſcere fuit opportunum, cum nos capellam S. *Mariae* in *Franckenford* ſitam in monte dicto auf dem Roſſe-Bühel, in quâ ſex beneficia ſeu vicariæ ſacerdotales inſtitutæ noſcuntur, in quibus dilecta in Chriſto *Catharina* relicta quondam *Wigelonis* de *Wannenbach* & *Gyſela* relicta quondam *Wigelonis Ranae* ſcabinorum oppidi *Franckenvord* ſibi aſſerunt jus competere patronatûs, ad ſupplicum precum inſtantiam earundem in collegium erigere cupientes, in eccleſia parochiali *Franckenvord* per diſcretum virum — — plebanum ejusdem proclamationem fecimus fieri generalem, om-

Proclama erectioni capellæ S. Mariæ in monte in collegiatam prævium.

nes & ſingulos facientes citari, qui in dictâ capellâ ſibi crederent competere jus patronatûs vel qui aliàs ſua, ne dicti collegii inſtitutio procederet, crederent aliqualiter intereſſe ut infra quindenam comparerent peremptoriè coram nobis de ſuo intereſſe & præjudicio oſtenſuri dicti noſtri mandati robur emiſſâ publicè per dictum plebanum tandem in ultimâ die terminum proclamationis procedere, quæ fuit feriâ quintâ poſt feſtum S. *Philippi* & *Jacobi* Apoſtolorum proxima, ex parte diſcreti viri *Heilmanni* dicti *Froyſch* civis Francofurtenſis comparuerunt viri diſcreti plebanus prædictus & *Bertholdus* de *Wallſtatt* cives in *Franckenvord* procuratores à dicto *Heilmanno* & ſuis hæredibus, ſuper hoc in ſolidum deputati, pro dicto *Heilmanno* & ſuis hæredibus nomine procuratorio proponentes, eidem *Heilmanno* & ſuis hæredibus in 2 vicariis vel beneficiis ſacerdotalibus in dictâ capella jus competere patronatus, petentes ne ad dictum collegii inſtitutionem in prædictâ capellâ faciendam ſibi & hærdibus ſuis ex cauſâ præmiſſâ quam plurimum præjudicialem procedere deberemus; nos igitur ex officio noſtro ſuper jure patronatûs in dictis vicariis vel beneficiis in capellâ prædicta inter dictas *Catharinam* & *Gyſelam* nec non dictum *Heilmannum* & ſuos hæredes ad videndum de prædicto præjudicio ſuppliciter & de plano ac ſine ſtrepitu & figurâ judicii cognoſcere volentes dictis partibus feriam tertiam poſt octavam feſti pentecoſtes proximam peremptorio termino ad definitivam ſententiam ſuper præmiſſis audiendam in *Aſchaffenburg* vel ubi tunc perſonaliter fuerimus conſtituti, præſentibus

bus aſſignamus injungentes ex officio noſtro partibus antedictis, quod medio tempore omnia jura & munimenta, ſi quæ habent ſuper dictâ cauſâ nobis exhibeant, volentes etiam, ut ſi probationes facti vel in facto conſiſtentes habeant, per teſtes in cauſâ prædictâ neceſſario faciendas, nos ſuper hoc interim habeant requiſitas & nos ad requiſitionem partium earundem vel alterius ipſarum ad dictam oppidum *Franckenvord* noſtros commiſſarios deſtinabimus ad recipiendum & examinandum teſtes, quos utraque pars vel altera ipſarum in dicto negotio duxerit producendos, datum *Aſchaffenburgi*, feria Vta prædictâ anno Domini 1325.

CCXXXVII.

Erectio prædictæ capellæ in collegiatam.

In nomine Domini. Amen. *Mathias* Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius ad univerſam Chriſti fidelium tam præſentium quam futurorum volumus notitiam pervenire. Cum inter honeſtas patronas *Catharinam* & *Gyſelam* diſcretorum virorum quorundam *Wigelonis* de *Wannenbach* & quondam *Wigelonis* dicti *Froyſch* ſcabinorum in *Franckenvord* relictas ex unâ & prudentem virum *Heilmannum* dictum *Froyſch* ſcabinum in *Franckenvord* ſuosque hæredes ſeu poſteros ex alterâ exorta eſſet lis, ſeu materia quæſtionis ſuper jure patronatus capellæ ſanctæ *Mariae* auf dem Roſſe-Bühel in Franckenvord, mandato proclamationis per nos diſcreto viro *Heinrico* dicto *Froyſch* plebano in *Franckenvord* directo ſub anno Domini 1325, decima 5tâ calendas Maii, ſuper novo collegio inſti-

nisheim ſitam, cum agris paſcuis, pratis & aliis ſuis pertinentiis pro penſione annua ſexaginta ſiliginis, ſex tritici, & quatuor piſorum octalium, & unius ſimerini lentium dictæ menſuræ locavit & pro tanta penſione communiter eadem bona poterunt locari & conſueverunt. Item curiam ſuam in villa *Petterweil* ſitam, cum ſuis pertinentiis, quatuor cum dimidio manſûs, quæ bona locavit pro annua penſione ſeptuaginta duo ſiliginis & quindecim tritici octalium, & tribus anſeris & tribus pullis, & pro tanta ſumma penſionis eadem bona locari poterunt communiter & conſueverunt. Item penſionem annuam decem & octo octalium ſiliginis de altero dimidio manſu in terminis dictæ villæ *Petterweil* ſitis ſibi ſolvi conſuevit, & eadem penſione apud *Georgium* dictum *Preitſchlag*, & ſuam uxorem *Catharinam* cum ſua pecunia comparavit. Item bona in *Lindheim* de quibus penſio annua quatuordecim octal. ſiliginis, & duorum octalium tritici datur & ſolvi conſuevit. Item bona ſua in *Harheim*, ſcilicet unum manſum locatum pro annua penſione ſeptendecim octal. ſiliginis. Item bona ſua in villa *Erlenbas* ſuperiori & ejus terminis ſita, ſcilicet duos manſos pro penſione annua viginti octal. ſiliginis locata. Item in villa *Carben* & ejus terminis, duos manſos cum dimidio ſitos, pro penſione triginta duorum ſilig. & ſex tritici octalium legatos. Item duos manſos in eadem villa *Carben* & ejus terminis locatos, pro annua penſione viginti ſex ſilig. & ſex tritici octalium, & duabus anſeris & duobus pullis. Item in villa *Tendel* & ejus terminis, unum manſum præter

duo jugera, pro penſione annua, decem & octo octalium ſiliginis locatum. Item in villa *Grünaw* & ejus terminis penſionem annuam quinque ſiliginis & duorum tritici octalium, de certis bonis ibidem dandis. Item in villa *Weiſskirchen*, penſionem duorum octalium ſiliginis. Item in villa *Oberniirſel* & ejus terminis duos manſos pro penſione annua triginta octalium ſiliginis locatos, & provenerunt ex parte filiæ quondam dictæ *Liſgen*. Item de bonis in *Tiedern* penſionem annuam viginti quinque ſilig. octal. emptam apud *Georgium Preitſchlag*.

Item reditus pecuniarum ſubſcriptos ſimiliter deputavit & deputat, aſſignavit & aſſignat ut ſupra. Primò reditus marcarum trecentarum & triginta librarum hallenſ. ſuper ungelto vini in *Francfort*, ſingulis annis in die B. *Urbani*, dictis monaſterio & hoſpitali ſolvendos. Item reditus centum florenorum auri, & centum lib. hallenſ. ſingulis annis in nativitate Chriſti, *Franckfurt* nomine dicti oppidi & etiam reditus centum florenorum auri boni & legalis ponteris ſimiliter in nativ. Chriſti per conſules oppidi *Wertheim* Herbipol. diœceſis ſingulis annis, dictis monaſterio & hoſpitali ſolvendos. Et voluit & ordinavit dictus Dominus ſcholaſticus, quod ſi reditus centum florenorum auri & centum libr. hallenſ. prædicti, per dictos conſules Francofurt ſolvendi pro tribus mille florenis auri boni ponderis, pro quibus per dictum ſcholaſticum empti fuerunt per eosdem conſules prout ipſis conſulibus, ſub pacto legis commiſſoriæ eſt promiſſum, vel alii reditus, ſi qui eſſent de præſcriptis vel ſubſcriptis, quod redimi poſſent,

quod

quod illa pecunia pro reemptione ſoluta, in alios reditus pro dictis monaſterio & hoſpitali deberet abſque diminutione converti. Item deputavit & deputat reditus quinque marcarum denariorum Coloniens. de domo dicta *Hilgesheimb*, ſitâ intra muros *Francfort* propè portam *Bockenheimer thor* pro ſupradictorum redituum obligata, ſingulis annis in die B. *Martini* ſolvendos. Item reditus duarum marcarum denariorum Coloniens. de quadam domo ſita in dicto oppido *Francofort uf dem kornmarckt* ex oppoſito domus piſtoris dicti *Stoltzhertz* ſimiliter in feſto B. *Martini* ſolvendos. Item reditus viginti florenorum de domo dicta zum *Löwenſtein*, in oppido *Franckfurt* prædicto ſita ſingulis annis in nativitate B. *Mariae* virginis ſolvendos. Item reditus ſedecim marcarum denariorum Colonienſium prædictorum de domo dicta *zum Lemburgeck* in eodem oppido ſita, ſingulis annis in nativitate B. *Mariae* ſolvendos. Item reditus ſex marcarum denariorum prædictorum de domo dicta zum *Knoblos* in dicto oppido ſita, ſingulis annis in die B. *Materni* ſolvendos. Item reditus decem marcarum denariorum prædictorum de domo *zum Lichtenſtein* in eodem oppido ſita, ſingulis annis in die B. *Michaëlis* ſolvendos. Item reditus quatuor marcarum denariorum prædictorum de quadam curia ſeu domo ſita in dicto oppido *Francfort* prope eccleſiam montis S. *Mariae*, & ſpectabat ad dictum *Lichtenſtein*, dum vixit. It. reditus duodecim marcarum denariorum prædictorum, quos filia quondam *Lichtenſtein* prædicti ad prædictum montem deputavit. It. reditus ſeptem librarum hallenſ. quos quidem pellifex

ſingulis annis ſolvere tenebatur de domo ſua, quam inhabitat in oppido *Francfort* in vico dicto in dem *Roſenthal.* Item reditus ſex librarum & ſedecim ſolidorum Hallenſium ſolvendos ſingulis annis intra duo feſta aſſumptio & nativ. B. *Mariae* virg. de curia dicta *Ramhoff*, in novo oppido *Francfort* ſita.

Item dictus Dnus ſcholaſticus recognovit alios quosdam reditus præter præſcriptos ad prædictum monaſterium & hoſpitale eſſe deputatos, quos ad præſens neſciat bene ſpecificare, & dicit quod ſingulis annis reditus & penſiones prædictarum monaſterii & hoſpitalis augmententur, & temporibus futuris augmentari ſperantur.

Inſuper dictus Dominus ſcholaſticus reſervavit ſibi poteſtatem diſtribuendi prædictos reditus & penſiones inter monaſterium & hoſpitale prædicta, uni vel alteri plus vel minus, & ad certos uſus quosdam pro victu panis & vini, & quosdam pro luminaribus, quosdam pro veſtibus, quosdam pro halecibus, quosdam pro oleo, quosdam pro oleribus, quosdam pro ſale, & quosdam pro pictantiis & aliis expenſis eo qui ne & aliis utilibus & neceſſariis monaſterio & hoſpitali, monialibus & pauperibus, & earum familiæ, prout eidem Domino ſcholaſtico melius videbitur expedire.

In quorum recognitionis & donationis ac omnium & ſingulorum alterum præmiſſorum teſtimonium & roboris firmitatem præſens inſtrumentum publicum per Henricum juniorem dictum de Auguſta notar. publicum conſcribi & ſuo ſigno ſolito ſignari fecimus & ſigillo dictæ curiæ Archiepiſ. Mogunt. ſigillari. Acta & geſta hæc ſunt in urbe Mogunt. in ambitu

eccle-

eccleſiæ S. *Mariae ad gradus*, pontificatus ſacratiſſ. in Chriſto Patris & Domini noſtri *Innocentii* Papæ VI, anno octavo, indictione 13, die 14 menſis Auguſti; præſentibus & aſtantibus honeſtis & diſcretis viris Dominis *Nicolao* decano eccleſiæ S. *Mariae* in campis extra muros Mogunt. *Conrado* de *Wimbach* canonico eccleſiæ S. *Stephani* prædicti, *Johanne* presbytero campanario S. *Mariae ad gradus* prædictæ, & quam pluribus aliis teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis & ſpecialiter rogatis. Et ego *Henricus Henrici* junior de *Auguſta*, clericus Mog. dioceſis publicus imperiali auctoritate notarius, recognitioni & donationi ac omnibus aliis & ſingulis præſens interfui una cum teſtibus prænotatis, ideo ad mandatum Dnorum ſcholaſtici & cantoris officialium prædictorum præſens inſtrumentum publicum exinde confeci, & præmiſſa in hanc publicam formam redegi manu mea propria ſcripſi ſigno meo ſolito & conſueto ſignavi in teſtimonium requiſitus.

CCLXV.

Gerlacus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius. Univerſis ſanctæ Matris eccleſiæ filiis ad quos præſentes pervenerint, ſalutem in Domino. Cum notitia ſubſcriptorum. Ex parte honorabilis & periti viri *Wickeri Froſch* de *Franckenford*, ſcholaſtici eccleſiæ ſancti *Stephani* Moguntini, nobis extitit humiliter ſupplicatum, quod cum ipſe devotionis & ſalutis cauſa in novo oppido Franckenforden noſtræ dioeceſ. duas baſilicas ſibi contiguas, unam

pro monaſterio triginta monialium hoſpitalis beatæ *Mariae* Teutonicorum Jeroſolimitanorum, in honorem ſanctæ *Katharinae* virginis ſub clauſura perpetua ibidem habitandarum, ita quod nullis ex dictis monialibus, de dicta clauſura egreſſus, ad eandem clauſuram unquam patere debeat, niſi pro utilitate ac neceſſitate, juxta modum ac formam prout in monaſterio ſanctæ *Clarae* circa clauſuras ſuarum monialium ſervatur & ſervari conſuevit; & aliam baſilicam pro hoſpitali pauperum & infirmorum in honore ſanctæ *Crucis* dedicatas & conſecratas, tam certis altaribus & vicariis, perpetuis ſeu capellanis ibidem inſtitutis & inſtituendis per clericos ſeculares officiandis, ædificaverit, fundaverit & dotaverit; ita quod dictum monaſterium per unam magiſtram ibidem de ipſis monialibus, & unum ac etiam ipſum hoſpitale per alium de dictis capellanis pro eorum confeſſoribus aſſumendos in ſpiritualibus & eccleſiaſticis ſacramentis ipſis monialibus & pauperibus & eorum familiæ & ſervitoribus porrigendis, & per eosdem vel alios, unum, duos vel tres clericos ſeculares ſive laicos, per dictum ſcholaſticum, prout utilius crediderit, ſecundum ſuam diſcretionem pro adminiſtratoribus in temporalibus ordinandos, præficiendos & deputandos regantur, & ut dicti adminiſtratores una cum magiſtra quotiens aliquam de dictis monialibus decedere contigerit, aliam in locum defunctæ, ita, quod prædictus numerus non excedatur, recipere & ad profeſſionem admittere valeant; quatenus ad hoc noſtrum conſenſum adhibere & dictos baſilicas, monaſterium & hoſpitale & eorum erectionem approba-

re

re & confirmare dignaremur. Nos igitur ſuis ſupplicationibus favorabiliter annuentes, & cultum divinum ampliare volentes, dictas baſilicas, monaſterium & hoſpitale, ac eorum piam ac ſalubrem inſtitutionem & erectionem ſecundum formam & modum prædictos, absque tamen præjudicio matricis eccleſiæ autorizamus, approbamus & in Dei nomine confirmamus. Et in ſignum ſpecialis privilegii, monaſterium & hoſpitale prædicta, tam perſonis & bonis univerſis & ſingulis, in noſtrum & ſucceſſorum noſtrorum Archiepiſcoporum Mogunt. defenſiones & protectiones recipimus ſpeciales. Et in hujusmodi recompenſam dictæ moniales anniverſarium noſtrum ſingulis annis ſemel in anno ſolemniter & devotè candelis incenſis, cum vigiliis & miſſarum ſolenniis peragant & peragere debeant, prout ad hoc voluntariè ſe obtulerunt, & facere promiſerunt. Datum *Eltevil*, noſtro ſub ſigillo XVIII kal. Maji, anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quarto.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Datum *Avinione* kal. Martii pontificatus noſtri anno quinto.

An. MCCCLXXXVIII *Adolphus* Archiep. Mog. ſalubriter diſpoſuit circa officium vicariorum clauſtri S. *Catharinae*, *vid. Senckenberg l. c. p.* 159.

CCLXVI.

CCLXVI.

Confirmatio beneficii in monaſterio S. Catharinæ.

Dietherius Dei gratia &c. univerſis & ſingulis ad quos preſentes noſtre littere pervenerint ſalutem in Domino ſempiternam. Inſtaurationem fundationem erectionem & dotationem perpetui beneficii *in monaſterio S. Katherine opidi Franckfordienſis* noſtre dioc. ordinis Theutonicorum hoſpitalis beate *Marie* Jheroſolimit. ad altare in honore ſpecialiter beatorum *Mathie Simonis* & *Jude* Apoſtolorum *Wolffgangi* confeſſoris & *undecim millium Virginum* conſecratum in eadem eccleſia ſitum per in *Chriſto* nobis dilectum *Hermannum Schinden* civem opidi noſtri *Diepurg* pro ſalute anime ſue nec non quondam *Katharine* uxoris et *Katharine* filie ſue olim dum vixit monialis predicti monaſterii felicis recordationis, omniumque progenitorum parentum et amicorum ſuorum atque *Chriſti* fidelium animarum in remedium ſuorum peccaminum cum certis ſufficientibus redditibus pro unius ſacerdotis dictum beneficium et altare regentis congrua ſuſtentatione ſufficienter dotatum prout in litteris autenticis dotationis hujuſmodi preſentibus appendentibus plenius ſumus informati, dummodo ſine prejudicio cujuscunque alterius juris injuria facte ſint et fiant ratas atque gratas habentes ipſas perpetuando approbamus, collaudamus atque in Dei nomine auctoritate noſtra ordinaria preſentibus confirmamus, fructus et redditus in predictis dotationum litteris nominatos aſcribentes eccleſiaſtice libertati, jusque patronatus ſeu preſentandi dicti beneficii et altaris illi vel illis cui vel quibus in prefatis dotationum litteris reſervatum extitit, futuris tempori-

poribus reſervantes harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum una cum dotationum litteris prenominatis appenſum eſt teſtimonio litterarum. Datum in civitate noſtra Moguntina die tertia menſis Februarii. Anno etc. LXXIX°.

§. IX.

Ad Pœnitentes.

Altare S. *Crucis* in armario cœnobii pœnitentum. Collatores ſenior *Holtzheuſer* Francofurti.

Altaris S. *Nicolai* collatores fuerunt ſeniores de linea *Holtzhauſen* in *Francfort.*

Ad altare *omnium Sanctorum* in choro pœnitentum habet præſentare prioriſſa & conventus una cum proviſore.

Ad altare S. *Crucis* in armario pœnitentum præſentatus fuit Dnus *Ditmarus Zirckell* primus altariſta per ſeniorem de *Holtzhauſen* circa annum 1410.

An. MCCCXVI *Giſelbertus* de *Frideberg* civis Francofurdenſis in tabulis ultimæ voluntatis ordinavit ut in prædicto cœnobio inſtituerentur duæ vicariæ, & ad eas præſentaret decanus & capitulum *S. Bartholomaei*, licet ſanctimoniales huic fundationi ſedecim octalia ſiliginis adjecerint.

CCLXVII.

Univerſis hoc preſens publicum inſtrumentum inſpecturis ſeu audituris pateat evidenter, quod anno Vicariæ B. M. V. & S. M. Magda-

lenæ inſti-tuuntur.

à nativitate Domini MCCCXLIX indictione prima pontificatus Domini *Clementis* Pape *ſexti* anno ſeptimo die tercia menſis Februarii hora ipſus diei circa veſperas in ſtupa decanatus eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckenfordenſis Maguntine dioceſis in mei infra ſcripti publici auctoritate imperiali notarii & teſtium ſubſcriptorum conſtitutus preſencia honorabilis vir Dominus *Reynhardus* decanus eccleſie ejusdem literas infra ſcriptas in nota privata tenens in manibus ſuis ad juſſum pariter & mandatum ipſius Domini decani nichil addendo minuendo vel mutando in formam publicam redegi tenoris & continencie in hec verba: Nos *Bertholdus* viceplebanus, *Gerlacus* & *Heinricus* dictus *Ros* vicarii eccleſie Franckinfordenſis per quondam *Giſelbertum de Fredeberg* civem Franckenfordenſem manufideles conſtituti ad diſponendum, ordinandum atque diſpenſandum ſuper teſtamento *Gyſeliberti* ejusdem, recognoſcimus & conſtare cupimus preſencium inſpectoribus univerſis, quod nos ad reverenciam & honorem omnipotentis Dei & beate virginis *Marie*, nec non beate *Marie Magdalene* & *omnium Sanctorum*, & propter maximam diuinorum indigenciam ſupplendam, & ob remedium animarum perhenne predicti *Giſelberti* & *Kunigundis* uxoris ſue legitime, nec non omnium preſencium eorundem in eccleſia ſanctimonialium ordinis beate *Marie Magdalene* in Franckenfurd inſtituimus duas vicarias duobus ſacerdotibus ibidem celebrantibus perpetue deputandas, nec non predictis ſacerdotibus de bonis predicti *Giſelberti* nobis ab ipſo commiſſis redditus comparavimus competentes.

In

Insuper sanctimoniales cenobii & ordinis predicti tam in genere, quam in specie de suis redditibus seu proventibus actu habitis; & quibuscunque de novo comparatis sedecim octalia siliginis mensure Frankinfurdensis annue pensionis ad predictas vicarias addiderunt perpetuo duraturas.

Hy vero redditus, quos ad predictas vicarias assignanter comparavimus, ad sexaginta quatuor octalia siliginis annue pensionis se extendunt, & hoc secundum locacionem agrorum ipsis vicariis addictorum, nec non verisimiliter secundum temporis eventum, ita quod quilibet sacerdotum vicariarum supradictarum pro sua sustentacione quadraginta octalia siliginis pensionis annue secundum casum temporis quibit obtinere.

Ceterum nihilominus in his scriptis declarando dicimus, & ratum volumus à quolibet dictarum vicariarum possessore constanter observari, quod quandocunque vel quocienscumque unam Dominarum predictarum, vel plures de cenobio supradicto ingredi contigerit viam carnis universe triginta missas defunctorum post ejus vel ipsarum obitum quilibet vicariorum supradictorum, nisi festa sanctorum, vel officia dominicalia prepediant, in animarum defunctarum Dominarum, vel unius defuncte, nec non predicti *Giselberti* & *Kunigundis* uxoris sue legitime, & omnium fidelium defunctorum remedium devote celebrabit.

At vero si secundum ordinem contiguum propter festa Sanctorum impedientia, quia obmitti non convenit, ipsas missas adimplere nequiverit, dummodo

miſſas predictas complete perficiat, quibus predictorum vicariorum tempus, quod voluerit ſibi aptet oportunum.

Item quilibet dictorum vicariorum in qualibet ebdomada, cum licitum & expediens & conceſſum fuerit, ab eccleſia per totum anni circulum feria ſecunda vel alia die ſibi competenti ejusdem ebdomade pro omnibus fidelibus apud ipſas ſepultis, & omnibus fidelibus defunctis miſſam defunctorum, prout cuilibet ipſorum vicariorum Dominus inſpiraverit, devote celebrabit.

Porro prior Dominarum predictarum quicunque pro tempore fuerit, predictis vicariis pro ſe miſſas precipere non habebit, neque ſanctimoniales ſupradicte, ut miſſas ſuas cum nota cantent, angariare predictos vicarios non valebunt. Verumtamen ſi prior in ipſarum Dominarum negociis prepeditus fuerit, vicarii ſupradicti tanto frequentius ſuas miſſas celebrare non deſiſtant, ſine nota miſſas legentes, & ad chorum eccleſie ſancti *Bartholomei* redeuntes, niſi forſan prioris aut Dominarum precibus inducti tempore neceſſitatis quandoquidem miſſas ſuas cum nota preſumant celebrare, & hoc in ipſorum libera conſiſtat voluntate.

Similiter Domine ſupradicte à ſepedictis vicariis in abſencia prioris non debent exerceri, ut eis prebenda prioris miniſtretur, allegantes, quod loco prioris miſſas debeant decantare & ob hanc cauſam ſua debeant prebenda recreari, preſertim iſtam avaricie deformitatem prohibemus, volentes ipſos vicarios ſuis ſepedictis contentari, & non ipſas Dominas

minas importunis peticionibus quomodolibet aggravari.

Preterea nos manufideles ſupradicti declarando ſubjungimus volentes inviolabiliter obſervari, quod nullus Prelatorum Dominarum predictarum & ordinis ſupradicti, cujuscunque fuerit ſtatus aut eminencie, ſupradictas vicarias ſic à nobis, quemadmodum dictum eſt, ſuperius inſtitutas conferre debebit, quamvis ipſe Domine de ſuis penſionibus videantur aliquid addidiſſe, per hoc omnem altercacionis & zizanie materiam cupientes reſarcire.

Porro decanus & capitulum eccleſie ſupradicte quando vel quocienscumque aliqua vicariarum predictarum Domino diſponente vacare contigerit, ipſam vicariam ſic vacantem perſone idonee vita & converſacione laudabili diſcreto & maturo viro actu ſacerdoti conferre debebunt precipue & ſimpliciter propter Deum. Si vero ſecus fuerit attemptatum ab ipſis Dominis in dictarum vicariarum collacione, quam forma collacionis preſcripta contineat à nobis inſtituta, Domine ſupradicte talem collacionem improbantes poſſunt ipſo facto reclamare.

Adjicimus preterea nos manufideles ſupradicti, quod nullus predictorum vicariorum confeſſionibus Dominarum debeat alligari, niſi precibus & juſſu prioris ſeu licencia tempore neceſſitatis admittatur.

Item conſulendo fideliſſime predictis vicariarum ſacerdotibus ſolerter inhibemus, ne quis ipſorum imbecillitati ſue conſulens clauſtrum vel cenobium ſiue manſiones vel officinas ſeu quibuscumque nominibus cenſeantur Dominarum predictarum habitacula ſine

ſuperioris ipſarum licencia, cujus intereſt dare, ſubeat, ſtrictiſſimum mandatum Pape Bonifacii octavi contumaciter reſpuendo ſemper magis ſibi caveat tanquam bonus obediens penam euadendo, & ne puellis ipſis fomitem laſciviendi ſeu libidinis prebeat, que ſecundum ipſarum regulam & voti exigenciam ſemper debent exiſtere ſub cuſtodia caſtitatis, quatenus ſic ab omni dyaboli ſpurcitia libere flagrantes dono continencie, karitatis in ardore in ſe contemplentur lucem divine claritatis.

Inſuper adjungimus ſupradictis, quod vicarii quicumque fuerint ſepedicti pro tempore miſſas ſuas cottidie in eccleſia Dominarum predictarum debebunt celebrare niſi neceſſitate compellente, & cauſa rationabili ſuperſedere quandoque valeant, per quam coram Deo & ſuo decano non ſine ſcandalo quiverint excuſari; alioquin ſi miſſas ſuas negligenter nimis dicent, nec reſipiſcent premoniti per Dominas ſupradictas, Dominabus querimoniam de ipſis vicariis decano & ſupradicto capitulo de negligencia miſſarum facientibus, ipſos vicarios vel alterum eorum, qui negligentes exiſtent, decanus & capitulum ſupradictum ſecundum formam inſtitucionis noſtre de beneficiis ſupradictis poſſent & debent conſtanter amouere.

Ut autem omnia ſupradicta in ſuo jugi permaneant robore ſigillorum munimine videlicet plebanatus Franckf. ex parte Domini *Bertholdi* ſupradicti, & noſtrorum ſcilicet *Gerlaci* & *Heinrici* ſupradictorum manufidelium preſens ſcriptum decernimus roborari.

Datum

Datum anno Domini MCCCXVI in kathedra ſancti *Petri*. Acta ſunt hec anno Dni indictione pontificatu die hora & loco ſuperius annotatis preſentibus diſcretis viris Dominis ſcolaſtico eccleſie Moxſtadenſis, *Ludewico* in *Bonemeſe* & *Conrado* in *Eſchirsheym* plebanis dicte Moguntine dioceſis pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego *Conradus* dictus *Kaltys* de *Franckinford* dicte Moguntine dioceſis publicus auctoritate imperiali notarius quia literas ſuperius enarratas prout prima facie apparebant vidi legi tractavi nec non hoc preſens tranſcriptum ad dicti Domini decani requiſicionem in hanc publicam formam redegi ſignoque meo ſolito & conſueto ſignavi ſuper eo diligenter requiſitus.

§. X.

Ad S. *Petrum* in novo oppido.

Altare S. *Petri* & *Andreae* conferebant hæredes *Irmelen im Saell* & *Kune zum Burggreſen*.

Altare ſummum in eccleſia prædicta eſt de præſentatione ſenatus, ſed nota, in fundatione parochiæ collatio eſt promiſſa capitulo.

An. MCCCCLXXVIII *Nicolaus Wiſsbecker* ſcholaſticus eccleſiæ S. *Bartholomæi*, *Conradus de Geluhuſen* & *Johannes Coments* cives Francofurtenſes teſtamentarii & manufideles *Caſparis Coments* fundarunt beneficium perpetuum in ſummo altari eccleſiæ S. *Petri* quod *Dietherus* Archiep. Mog. confirmavit acceden-

cedente conſenſu decani & capituli Francford. vide chartas ſequentes.

CCLXVII.

Fundatio beneficii in ſummo altaris.

In deme namen der heyligen dreyfaltigkeit ſeliglichen amen. Gond ſie allen lüten, die dieſen brief izt oder hiernach zu ewigen zyten ſehendt hörend oder leſendt daſs wir dieſe hiernach geſchriben *Nicolaus Wiſsbecker* ſchulmeiſter zu ſant *Bartholomeus* zu Frangfordt, *Conrad von Gelnhuſen* und *Johann Coments* burger daſelbſt zu *Frangford*, teſtamentarien undt truwenhelder guts gedächtniſe *Caſpar Coments* etwan burger zu *Franckfort* obgemeld, deme Gott gnädig ſeyn wulle, dem allmächtigen Gott, ſiner würdigen mutter, *Marien* der jungfrauen, allen Heyligen zu lobe und zu ehren, umb merunge willen gottesdienſt, und zu troſt und hülfe, deme obgenanten *Caſpar Coments Agneſen* ſiner elichen husfrauwen, und ihren eltern ſeeligen, und darzu allen chriſtenglaubigen ſeelen, die des nothdörftig ſin, eyn gotslehen und ewige beneficium von neuem geſtyfft undt gemacht haben ſtifften belegen undt bewydmen das mit denen gülten und renthen die hirnach beſchrieben undt benannt ſin, dieſelbe renthen und gülten, wie die obgeſchrieben *Nicolaus Wiſsbecker* ſchulmeiſter, *Conrad von Gelnhuſen*, und *Johann Coments* teſtamentarien von des obgedachten *Caſpar Coments* ſeel. gütern, die er nach ſynem todte gelaſſen hat, zu ſolchem beneficium und Gotes lehen gezeuget und gekauffet haben und legen machen, und inſtauriren ſolche Gotes lehen

und

und beneficium mit willen, gunſt und verhengniſen der vornemigen und würdigen herren dechants, cappitels und pfarrers des ſtiffts und pfarrkirchen zu S. *Bartholomeus*, auch der erſamen und weiſen des rads zu *Frangford*, in der kirchen zu *ſenct Peter* in der nuvenſtatt daſelbſt zu *Frangford* gelegen, und nemlichen uff dem hohen altar ſant *Martins* der genanten kirchen oder cappel *ſanct Peters*, ſolicher altar dann geweyet iſt, an ere ſanct *Peters* und ſanct *Martins*, ſo ferre uns ſolches von deme hochwürdigſten fürſten und herrn, dem erzbiſchoff zu Menze, unſern gnädigen lieben herrn oder von ſynen wegen verſüget und beſtettiget wurdet in maſen und formen hernach folget, undt berort wird: und zu voran wullen wir *Conrad von Gelnhuſen*, und *Johann Coments* teſtamentarien obgedacht uf daſs obgerort beneficium und Gottes-lehen ſo es confirmiret und beſtättiget iſt zum erſten und mit eynander ſæmtlichen preſentiren, geben und liehen, deme obgeſchrieben unſerm mitteſtamentarien herrn *Nicolaſs Wiſsbeckern* ſchulmeiſtern zu S. *Bartholomeus* obgerort, darnach ſezen und wullen wir obgenant *Conrad* und *Johann* teſtamentarien des obgemelten *Caſpar Coments* ſeel. vor uns unſer beyder eeliche husfrawen, mit nahmen myn *Conrads* husfrauwen, *Meckelen*, myn *Johanns husfrauwen Katherina*, ſo wir izt haben kynder und dychter, ſo wir han, und hiernach gewynen machten mannes perſohnen undt nicht wyter die lyhnunge, præſentation und jus patronatus des benanten altars, Gotes lehen, und beneficium behalten, daſſelbe Gotes lehen ſo es yne

in zyten von eynem ydem und oglichen beſizer bie unſs teſtamentarien, unſern vorgenanten husfrauwen kindern und dichteren mannes perſohnen lebetagen, do dieſs entlediget wurdet, lehen und preſenteren ſollen, alternatis vicibus, und ſoll zum erſten von mir *Conrad von Gelnhauſen* und mynem ſtamme geliehen werden, und darnach von *Johann Coments*, und ſynem ſtamme ſo dicke und viele deſs nothe geſchiet, in vor und nach geſchriebener maſe undt formen fürtter ordnen wir dickgemelten teſtamentarien *Conrad* und *Johann* ob unſer vorgenanten ehlichen husfrauwen *Meckeln*, und *Katherina* unſeren tode erlebten, und witfrauwen verplieben, ſo ſolte obgemelte lyhunge und preſentirunge von yne geſcheende crafft und macht haben, und nicht ob ſie ſich nach unſerem tode wieder vermähleten, alsdan ſollen dieſelben unſer zweyer elichen vorlaſen wydfrauwen obgenant hinfürters nicht mehr mit dieſem Gotes lehen in der lyhunge zu thun haben, oder ſich mit eynchen rechten darin ziehen, dann ganz davon geſcheyden ſyn, gleicher weiſe als ob ſie todes verfahren wären, ſundern daſs uff unſer kynder und dichtere mannsperſohnen ſollen und kommen ſoll ſtehen, und ruhen zu liehen, und preſentiren obgeſchribener maſse.

„So aber wir obgemelten teſtamentarien *Conrad* und *Johann* unſer beyder egenanten husfrauwen kynder und dichtere mannes perſohnen, keynes mehr im leben ſin würde, das Gott nach ſynem wyllen vorſehe, als dann ſollen eyn pfarrer zu ſante *Bartholomeus*, der eltiſte ſchöpfe, und der elteſte

radherr

radherr in der ſeſſe uff der handwerg-banck des raths zu *Frangfurt*, die ye zu zyten ſin werden mit der meiſten ſtimme unter yne zu ewigen zeiten daſs obgemelt-Goteſs lehen und beneficium hinfürters liehen und preſentiren, nach allen ihren beſten ſynnen und vernünfftter als ſie das verantworten wullen geyn Gotte, doch alſo beſcheidenlicher als yn in zyten, uns denen dickgemelten teſtamentarien *Conrad* undt *Johannes* zweyen ſtämmen eyenher were von der gemelten *Conrads* und *Johanns* ſyten her, des begert und geyſtlich werden wolte, ſoll man yme daſs gonnen und vor eynem anderen leihen, darzu præſentiren, ſich des gebruchen, wie hirnach geſchrieben ſteht, eynem ſtamme vor dem andern nach, wie dann ablutet, ſo dicke als eſs note ſyn würde, und ob daſs eyner des geblütes nicht alt genug wäre, zu ſtund oder in der jahrs friſt priſter zu werden, und in die ſchule ginge, oder zur ſchule geſand wäre, ſo ſollen die zwene ſtämme *Conrad von Gelnhauſen*, und *Johann Coments* vielgemelt, an welchem die lyhunge wäre, oder in zytten ein pfarrer der elteſte ſchöppe undt der elteſte radherr vorberort, ſo der falle an ſie kommen wird, demſelben clerico des geblütſs diets Gotis lehen doch liehen und dieſelben ſtämme, und collatores in zyten werden ſie mit ſambt dem clerico des geblüteſs deme geliehen wäre mit allem ernſte und fliſe iglicher ſie ſyner ſele heyl zu ſtund beſtellen, vorſorgen, und vorſehen, das ſolche dry frühmeſſe uff montag, mitwochen und freytag, wie dann hirnach geſchrieben ſtehet geleſen werden, durch ynen

erben prieſter, und waſs dan über ſolche beſtellunge drier meſe auch ſubſidia, oder andere mitgyfft und contribution, wie die nahmen hätten oberlauffen würde, das ſoll dene altariſten, der da in oder zu der ſchule iſt, oder ſtehet zu deme beſten dynen folgen werden, ſo lange er ſtudert, und ſich erberlichen als ein clerick heltet, bis daſs er priſter werden magck, und daſs lehen ſelbſt beſizen, oder wohl verſehen kan, doch ſo er in eynen gefrietem ſtudio ſtünde und ſich erberlichen und ſtudentlich hylte, und anſtellet, bacalaureus, magiſter oder doctor zu werden, ſo ſolte er deſs ohnverhindert ſin, ſundern ime daſs gotes-lehen dazu dienen und folgen, was übrig ſyn würde, über die beſtellunge derer dreier meſen alle wochen zu leſen, wie dan hernach folget, were es aber ſache, das es denen obgenanten zweyen ſtämmen, wie vorgemelt, keiner were, der daſs lehne, in obgeſchriebener forme begehret, ſo ſezen und wullen wir obgenanten teſtamentarien das einem armen erbaren perſohnen, der vor keyn Gotes lehen hette, und diets lehen ſelber beſizen wulle, priſter iſt, oder werden willen, oder könne, in der nächſten jahrsfriſt geliehen werden ſoll, ſo doch daſs lehen daſſelbe jahr verſorget werde, mit meſen zu beſtellen, und anderen ſynen bürden, wie dan vor und nach geſchrieben iſt, allein hierinn usgezogen dem obgenanten herrn *Nicklas Wisbecker* ſchulmeiſter, dem erſten altariſten dies lehens, der nicht getrungen ſeyn ſoll, perſohnlichen darauf zu reſideren; es ſoll auch ein probſt des egenanten ſtiffts zu St. *Bartholomeus* zu Frangford,

oder

oder official zu zyten eynem iglichen, deme daſs obgenante Gottes lehen und beneficium gelühen, und darauf preſenteret wurde, immaſſen, als vorgeſchriben ſtehet, inveſtiren und einſezen, als recht und gewöhnlich iſt, und ſoll auch eyn iglicher altariſt, der ſolche Gotes-lehen zu zyten haben, und beſizen wurdet, von deſſelben lehens wegen, eynem erzbiſchoff zu Menze, eynem probſt zu *Frangfordt*, oder ſeinem officialn dechant undt capittel zu ſant *Bartholomee* daſelbſt, zu Frangford iglichem zu ſeinem rechten und herkomnen gehorſam ſin, alſo an der belehnten zu *Frangford*, uſwendig denen ſtifften daſelbſt, und ſoll auch eyn iglycher altariſt pflichtig und verbunden ſeyn, alle wochen, dreie frumeſſen zu leſen, eyn uf den montag, die andere auf den mitwochen, und die dritte uf den freytag, in ſothaner maſen und forme, das ſolche früwe meſſe von ſant *Michaels* tach an, bis zu unſer lieben frauwen tagck purificationis, igliches jahrs, und alle wuchen des morgens nach ſechſs uhren geſchehen ſoll, undt dan fürtter von unſer lieben frauwen tagck purifications an, bis Michaelis die obgemelte drye fruwe meſen iglichſs jahr undt zu iglicher wochen morgendts nach denen vier uhren gehalten und vollenbracht werden ſollen, und unſeren herrn Gott fliſslichen zu bitten, vor den vielgemelten *Caſpar Coments* Agneſen, ſin elichen husfrauwen, auch vor die obgemelte teſtamentarien und ſtiffter, undt vor alle ihr eltern ſeeligen und alle chriſtenglaubigen ſeelen, eſs ſollen auch alle brief und ſchrifte des obgenanten Gottes lehen, oder, der gulten und

renthen darzu gehörende antreffende, alle weege hinter deme erſamen rath zu *Frangford*, an yrer geworſam und behältniſs liegen, und die collatores und altariſt, ym iglicher, ſich der zur nothdurfft des Gottes lehen gebrauchen, ſo dicke des not ſin würde, und nie das nichts verſogen, doch alſo daſs die brief und ſchrifft alles wider, unverlezt, hinter dem rath gelaget werden, uud ſin diſs die gülte und zinſen, des vielgenanten Gottes lehen, als hernach geſcriben ſtehet. Item virzig acht gulden auf der ſtadt und inwohnern zu *Gelnhuſen*, fellig unterſchynende innhalt der brief darüber ſagende, were es auch ſache, daſs die obgenante gülte, eynes theils oder zumahlen abgekauft, oder geloſt wurde, über kurz oder über lang, bie uns denen teſtamentarien vielgemelt, oder bie denen obgedacht, ſtammen einen pferrer, deme eltiſten ſchöpfen und eltiſten rathherren vorlutende des radts zu Frangfort ſo ſollen die collatores und altariſt mit ſambt deme pferre, dem eltiſten ſchöpfen und radherren izt genant zu Frangfort, zu den zyten ſolche gelt zu ſich nehmen, in ſicher gewalt legen, und unverzüglichen wider anlegen, an andere gülte ewige oder ſonſt an eygen und erben deme Gottes lehen zum nuzten und beſten auch ſo han unſer herre, der ganze rath zu *Frangfort* uns den willen, gunſt undt zuſage gethan, zu ſchaffen und zu beſtellen mit eynem yglichen klöckner zu zyten, zu ſanct *Peter*, zu ſolchen meſſen zu andelagen, mit gelucht ornamenten daſelbſt ſich der gebruchen, mit koben mit luten, und mit aller anderer nothdorfftheit, die dan darzu dy-

nen,

nen, darum wir dan deme buwe daſelbſt eine ſumme geldes uſs dem teſtament geben haben; das alles zu urkunde und wahren bekantniſſe haben wir obgemelten *Nicolaus Wisbecker* ſchulmeiſter vor mich *Conrad* von *Gelnhuſen*, und *Johann Coments* teſtamentarien, trewnhelter und ſtiffter, unſer iglicher ſein ygen inngeſiegel vor ſich, ſin eliche husfrauwen, kynder undt dichteren an dieſen brief wiſentlich gehangen, der geben is, uf montag nach cathedra *Petri*, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo.

CCLXVIII.

Confirmatio archiepiſcopalis.

Wir *Diether* von Gottes gnaden, des heiligen ſtuhls zu *Menze*, Erzbiſchove, des heiligen Römiſchen reichs, durch Germanien Erzcanzler, und Churfürſte, bekennen, und thun kund offentlichen, mit dieſem briffe, für unſs unſer nachkommen und ſtiffte, als die erſamen, unſer lieben andächtigen, *Nicolauſs Wiesbecker* ſchulmeiſter zu ſant *Bartholomeus*, *Conrad von Geilenhuſsen*, und *Johann Comentſs* burger zu *Franckfurt*, unſeres biſsthums teſtamentarien und truwenhelder *Caſpar Coments* ſeel. etwan burgerſs daſelbſt, von des genanten *Caſparſs* gelaiſen güteren, dem allmächtigen Gott, ſiner wirdigen mutter der jungfrauwen *Marien*, allen Heiligen zu lob und ehren, auch merunge willen Gotsdienſt, undt zu troſt und hilfe, dem obgenanten *Caſpar Coments*, *Agneſen* ſeiner eelichen husfrauwen, und irer eltern ſeligen, und darzu allen chriſten-glaubigen ſeelen, die des nottürfftig ſeyn, eyn Gottes-

lehen

lehen und ewige beneficium, von nuwen geſtifft und gegemacht haben, in der kirche zu ſant *Peter* in der nuwen ſtadt doſelbſt zu *Franckfurth*, uf dem hohen altar ſanct *Martinſs*, oder capellen ſanct *Peters*, der da geweihet iſt in ere ſanct *Peters*, undt ſanct *Martinſs*, unſerſs patronen, ſolich Gots lehen, nemlich alle wochen drey frue meſſe, zu leſen, mit genugſamen renthen verſehen, und verſorgt haben, auf meynunge, forme und maiſs, der herdurch gezogen ſtifftunge und dotation eygentlich uſreichende und wir nun als ſin Erzbiſchove, durch, die obgemelten *Nicolaum*, *Conraden*, *Johannen*, teſtamentarien erſucht und gebeten worden ſint, zu ſolcher ſtifftunge unſern gunſt, willen undt verhängnuſs zu thun, auch ſolich Gotes lehen zu beſtettigen, und zu confirmiren, das wir darum und ſunderlich, dieweylen wir zu allem dem das zu mehrunge Gottes des allmächtigen dinſt diende iſt geneigt ſin dieſelbe ſtifftunge und erhebunge, deſs ehe gedachten Gots lehens, und wochelich der dreyen meſs gnädiglich zu gelaiſsen, bewilliget, confirmiret und beſtettiget haben, laiſen die zu bewilligen, confirmiren und beſtättigen ſolich ſtifftungen in eyn ewige Gots lehen von ordentlich und erzbiſchofflicher macht und gewalt, auf meinunge, forme, und innhalt, der obgedachten herdurch gezogenen ſtifftung und dotation, in krafft dieſes briefs, wir behalten auch hierine die verleihunge ſolichſs Gots lehenſs als offt und dicke, das hernachmailſs ledig und zu lyhen verfallen würdet, den daſs in der vorbeſchriebenen ſtifftunge herdurch gezogen, behalten iſt, doch daſs ſolich ſtifftunge dem erſamen unſerm lieben andechtigen

tigen dechant, cappittel, pferner zu ſant *Bartholomeus* zu Franckfurt und ſonſt aller männiglichen, an ihren gerechtigckeiten unvergrieflich und unſchædlich ſy, und des alles zu ewiger urkunde, ſo haben wir dieſe unſere confirmation mit der preſcheln durch die obgerürte dotation, und den bewilligungs briefe, ſo die gemelte dechant undt cappittel ſant *Bartholomeus* kirchen zu Franckfurth zu ſolicher ſtifftung getan, und geben haben, thun ziehen und mit unſerem anhangendem ingeſiegelen, die geben iſt zu *Aſchaffenburg* am donerſtage nach dem ſontag *oculi* anno Domini milleſimo, quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo.

CCLXIX.

Wir dechant und cappittel gemeynlich deſs ſtifftes zu ſant *Bartholomeus* zu *Frangfurt* bekennen und thun kund offentlich mit dieſem briefe, daſs die ſtifftunge und uffrichtunge, eynes nuven Gottes lehens uff unſerem hohen altar ſant *Martinſs*, des heiligen biſchoff ſant *Peters* capellen in der nuwen ſtadt, daſelbſt in Franckfurt gelegen, nach innhalt dieſer gegenwirtigen dotation-brieffe, dadurch dann dieſer unſer briefe getzogen iſt, mit unſeren guten willen undt zugegangen, und geſcheen iſt, und geben auch dazu unſern willen undt verhängnüſse, gegenwirtiglichen in und mit crafft dieſes brieffs, doch unſs und unſere nachkommen herin unſchedlichen anderen unſern gerechtigkeiten und obrigheyten der genanten cappellen zu St. *Peter*, undt deſs zu urkunde haben wir dechant und cappitel obgemelt-unſers

Conſenſus decani & capituli Francoford.

cappitelfs inngeſiegel an dieſen brief gehangen, der gegeben iſt auf mitwochen nach *Mathiae* Apoſtoli, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo.

§. XI.

Ad tres reges in *Saxenhauſen* * & in pede pontis. Ad S. *Maternum* in novo oppido. Ad Leproſos. In Riedern curia.

* An. MCCCXL, X cal. Aug. capella *trium Regum* quæ tum erat hoſpitale in *Saxenhauſen* completa dedicatur. Anno MCCCXLVI obiit fundato D. *Henricus Ditmarus* ibidem tumulatus, eodem anno XL ſtatuitur organum eccleſiæ noſtræ. *Latomus in MS.*

Ad trium Regum altare in *Saxenhauſen* præſentabat ſenatus, poſtea collatio permiſſa eſt capitulo.

Ad altare in pede pontis S. *Catharinae* dictum quod mœnus dejecit præſentavit ſenatus, poſtea incorporatum eſt parochiæ trium Regum in *Saxhſenhauſen* CCLXX &c.

Ad altare S. *Materni* in novo oppido.

Ad altare in domo *Leproſorum* jus patronatus pertinuit ad *Albertum* uff *der hoffſtat*, eſt perpetuum teſtamentum & ad ejus manuſideles tranſiit.

Ad altare in *Riedern* præſentavit aliquando ſenior *Froſch* Francofurti & præſentatus eſt inveſtitus per præpoſium ſeu officialem, verum ſcholaſticus & cantor S. *Bartholomaei* praetendebant hic jus ſuum.

Ad

Ad S. *Spiritum* ſive in hoſpitali.

Ad altare S. *Agnetis* præſentabat plebanus noſter & altariſta quidam ad pœnitentes, nunc incorporatum eſt ſcholæ noſtræ, vid. ſupra CCXV.

Ad vicariam S. *Chriſtinae* præſentabat ſenatus aliquoties etiam capitulum.

Ad vicariam ſeu altare S. *Spiritus* principalem præſentant decanus ſcholaſticus & plebanus ac tres ſeniores ſcabini Francofordenſes. *

Ad vicariam ſeu altare *Mathiae* Apoſtoli retro hoſpitale (fuit ſacellum ſeparatum) præſentat decanus S. *Bartholomaei* & ſenior ſcabinus.

* Anno MCCLXXXVII ſtatim poſt completionem capellæ S. *Spiritus* inſtitutum eſt ibidem beneficium primi ſacerdotis & rectoris vicarii S. Spiritus, circa illud tempus uſque in ſequentem centenarium multæ ſunt fundatæ vicariæ, altaria & etiam aliqua ſacella. *Latomus in MS.*

CCLXX.

In nomine Domini amen. Univerſis & ſingulis preſens publicum inſtrumentum audituris & viſuris pateat evidenter, quod ſub anno nativitatis ejuſdem MCCCLXVI indiccione quarta, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, ac Dni Dni *Urbani* divina providencia Pape *quarti* anno quarto ſexta die menſis Auguſti, que fuit quinta feria proxima ante diem beati *Laurencii* martiris infra ſummam miſſam ſeu chorum & in armario eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckf. conſtituti in mei notarii & teſtium ſubſcriptorum preſencia honorabiles viri & Dni decanus & capi-

Poſſeſſio vicarii capellæ pontis.

capitulum predicte ecclesie S. *Bartholomei* Franckford. requisicione & exhortacione literali reverend. in Christo Patris & Dni Dni *Gerlaci* Archiepiscopi Moguntini vicariam capelle pontis Franckford. vacantem per liberam resignacionem *Hermanni* dicti *Schwartze* presbiteri novissimi ejusdem vicarie cappellani *Frederico de Echezil* dicto presbitero unanimiter contulerunt & eundem ad eandem presentaverunt, qui *Fridericus* statim tactis sacro sanctis Ewangeliis juravit obedire decano & capitulo in licitis, debitis & honestis ac jura redditus & proventus sue vicarie in pace pro suo posse fideliter conservare, injuncto sibi absque juramento, quod si chorum vellet ad quod tamen non artaretur, sed per eum staret, tunç matricis ecclesie Franckinf. prefate & nullum alium deberet frequentare. Actum anno Dni indiccione, pontificatu, mense, die, hora & loco superius annotatis; presentibus discretis & honorabilibus viris *Gilberto* campanario ejusdem ecclesie nec non *Walthero* vicario capelle trium *Magorum* in *Sassenhusen* presbiteris ad premissa pro testibus specialiter vocatis & rogatis. Et ego *Heinricus* de *Indagine* clericus Maguntine diocesis imperiali auctoritate publicus notarius, quia predictis videlicet collacioni, presentacioni obediencie & juramento ac aliis omnibus presens interfui eaque sic fieri vidi & audivi, in hanc publicam formam redegi, meoque signo solito signavi super eo specialiter requisitus & rogatus.

An. MCCCXXXVIII capella pontis V cal. Octobr. completa in honorem S. *Catharinae* dedicatur, anno quarto post diluvio dejicitur. *Latomus in MS.*

CCLXXI.

CCLXXI.

Dec. & cap. prætendunt jus patr. altaris ſub turri pontis.

Coram vobis honorabili viro Domino officiale prepoſiture Franckenfordenſis & vobis teſtibus hic preſentibus ego *Reynhardus* decanus eccleſie ſancti Bartholomei Franckenford. Mogunt. dioc. propono & dico meo & mei capituli ejuſdem eccleſie nomine quod ad meam & ipſius capituli nondum quatuordecim diebus elapſis pervenit notitiam, quod beneficium vicarie ſeu altaris nove cappelle ſub turri pontis Franckenford. verſus *Saſſinhuſen* ex morte ſeu libera reſignatione quondam *Johannis* dicti *Area* vacare inceperit & vacaverit atque vacet quodque prudentes viri proconſules, conſules & communis univerſitatis homines dicti opidi *Franckenford.* ex una & vir diſcretus Dnus *Heilmannus* dictus *Froys* plebanus dicte eccleſie noſtre parte ex altera ad predictam vicariam ſeu altare predictum preſentare intendant & diſpoſuerint pro jure quod ſibi quoad hoc vendicant, perſonas eccleſiaſticas ex adverſo, cum igitur eſtimemus noſtra intereſſe & noſtre eccleſie in hoc caſu, ego decanus predictus meo & capituli mei & eccleſie mee nomine, forma via & modo melioribus quibus poſſum in jure proteſtor & proteſtando propono & dico quod non conſentio nec conſentire intendo meo & quo ſupra nomine in aliquas preſentationes partium predictarum niſi in quantum de jure & quod ego & capitulum meum predictum poſſimus & volumus ſi & in quantum nobis compecierit cum adhuc ſimus infra tempus juris, uti jure noſtro & preſentare perſonam ydoneam ad vicariam & altare predicta & preſentationem hujuſmodi proſequi

loco & tempore oportunis & requiro vos Dominum officialem predictum, quatenus ſigillum officialitatis veſtre preſentibus apponere dignemini in teſtimonium premiſſorum, quodque nos officialis predictus recognoſcimus ad inſtantes preces prefati Domini *Reynhardi* decani preſentibus appendiſſe. Acta ſunt hec preſentibus honorabilibus viris Dominis Johanne Cantore *Hertwico* & *Baldemaro* canonicis *Hertwico* de *Esshebach Nycolao Albi*, *Sypelone Saſſinſtein*, *Johanne Roſenbaum* & *Sypelone Campann* vicariis eccleſie ſancti *Bartholomei* predicte, *Nicolao Buch*, *Heinrico Omilbach Petro* dicto *zu der Shuren* & aliis quam pluribus fide dignis ad premiſſa vocatis pro teſtibus ſpecialiter & rogatis anno Dni M°CCC°LXI feria quinta ante diem beati *Albani* martyris que fuit XV kal. Julii.

CCLXXII.

Jus patr. capellæ S. Spiritus determinatur.

Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod cum ſuper collacione *cappelle ſancti Spiritus* infirmorum in *Franckinfurt* inter decanum capitulum & plebanum eccleſie Franckenford. ac ſcultetum & ſcabinos ibidem dubitacio ſive queſtio verteretur, de conſenſu eorundem ac honorabilis viri Domini *Emerchonis* prepoſiti dicte eccleſie Franckenford. ex nunc & inantea obſervandum, taliter eſt voluntarie concortarum quod decanus & ſcolaſticus ac plebanus dicte eccleſie qui pro tempore fuerint & tres ſcabini, quos ſcabini Franckenford. ad hoc deputaverint predictam cappellam ſancti Spiritus infirmorum quandocumque & quotienscunque vacaverit, conferent ydoneo ſacerdoti, qui ſacerdos dicte cappelle

pelle deſerviens obedienciam faciet decano & capitulo & inter erit omnibus horis canonicis diurnis & nocturnis ſuam ſeptimanam ſervando in choro prout alii vicarii ipſius eccleſie Franckenf. tenentur & ſunt obligati completa miſſa in dicta cappella infirmorum ſine prejudicio decani & capituli ac plebani hora competenti, prefatus vero ſacerdos, qui pro tempore fuerit, loco preſenciarum, que dantur vicariis chori percipiat oblaciones que per circulum anni in ipſa cappella infirmorum offeruntur competentes dicto plebano, amplius occaſione ſervicii chori non petendo, quibus oblacionibus *Dytmarus* plebanus Franckenfurden. de conſenſu honorabilis Dni *Emerchonis* Præpoſiti Franckinfurd. & preſentis ac capituli pro ſe ſuisque ſucceſſoribus renunciavit ſimpliciter & preciſe modis & condicionibus ſupra ſcriptis, in diſpoſicione ſeu ordinacione circa poſſeſſiones; jurisdicciones ac redditus predictorum infirmorum nec Prepoſitus ſeu decanus & capitulum plebanus ſupradicti ſe nullatenus intromittent ſed ſcultetus & ſcabini Franckinforden. nomine univerſitatis de eis in animas ſuas diſponent & ordinabunt prout ipſis videbitur expedire. In teſtimonium omnium premiſſorum nos Prepoſitus decanus & capitulum ſcultetus & ſcabini ac plebanus ſupradicti ſigilla noſtra duximus appendenda. Actum in ſynodo Franckenforden. Anno Dni milleſimo ducenteſimo nonageſimo tercio, quinto kalendas Marcii.

Capella *omnium Sanctorum* in novo oppido.

Ad

Ad altare *omnium Sanctorum* in novo oppido fuerunt duo olim præſentati primiſſarii per fundatores *die Neuhauſen* ſed ea conditione, ut ſemper unus accipiatur ex collegio S. *Bartholomaei* & alter ex collegio S. *Leonardi.*

CCLXXIII.

Præſentatio ad capellam novam determinatur.

In nomine Domini amen. Per hoc preſens inſtrumentum publicum cunctis pateat evidenter, quod anno nativitate ejuſdem Domini MCCCLXVI indiccione quarta Pontificis ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri Domini *Urbani* divina providencia Pape *quinti* anno quarto, duodecima die menſis Septembris, hora diei nona vel quaſi in ambitu eccleſie beati *Bartholomei* Franckf. Magunt. dioc. in mei notarii publici ac teſtium ſubſcriptorum preſencia conſtituti honorabiles viri Domini *Reinhardus* decanus nec non capitulum eccleſie beati *Bartholomei* Franckf. predicte parte ex una ac diſcretus vir Dominus *Jacobus* presbiter dictus *zum Nuwenhus* parte ex altera, idem Dominus Jacobus pro conſenſu benevolo dictorum Dominorum decani & capituli ſuper capella nova per eundem Dominum *Jacobum* in novo opido Franckf. prenotato fundate, inſtaurata & erecta preces humiles porrexit & devotas, quibus prefati Domini decanus & capitulum ob grata favorem & amiciciam per dictum Dominum *Jacobum* dicte eccleſie factam & exhibenda annuentes benevole conſenſerunt condicionibus infra ſcriptis, in quas eciam Dominus *Jacobus* conſenſit antedictus, videlicet, quod idem Dominus *Jacobus* ſui heredes

ſeu cui vel quibus duxerit committendum in beneficio ſeu beneficiis & quolibet eorundem in dicta capella inſtauratis ſeu inſtaurandis duodecim dumtaxat collaciones habebunt ſeu preſentaciones ſibi invicem continue ſuccedentes, quibus finitis collacio ſeu preſentacio beneficii ſeu beneficiorum & cujuslibet eorundem dicte capelle apud Dominos decanum & capitulum eccleſie ſancti *Bartholomei* prefate perpetue remanebunt infra triginta dies continuos à die noticie vacacionis eorundem computandos in unum ſeu plures ſtirpis ſeu progeniei dicti Domini *Jacobi*, ſi ſuperſunt ydoneum vel ydoneos beneficium vel beneficia eccleſiaſtica vel eccleſiaſticum non obtinentem vel obtinentes transferenda ac pure & ſimpliciter propter Deum facienda, & ſi quod abſit aliqua collacione ſeu preſentacione dicti Domini decanus & capitulum culpa eorum in aliquo ſeu pluribus articulorum prefatorum negligentes fuerint inventi vel remiſſi, ex tunc illa collacio dumtaxat ad ſcabinos & conſules dicti opidi Franckf. modo & condicionibus ſupraſcriptis devolvetur; quod ſi hii ſimiliter in hiis negligentes inventi fuerint & remiſſi, collacio eadem ad dictos Dominos decanum & capitulum, ut prefertur, revolvetur, & hoc tociens, quociens fuerint hoc neceſſe, prout in literis ſigillatis deſuper confectis plenius continetur. Acta ſunt hec anno Dni, indiccione pontificatu, die, menſe, hora & loco quibus ſupra, preſentibus & atteſtantibus diſcretis viris *Emerico* dicto *Holczheimer*, *Hertwico* dicto *Snabel*, *Johanne de Weſil* & *Hertwico* dicto *Derwaſſer* opidanis Franckinfordenſis opidi preſcripti & quam pluribus

aliis fide dignis pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego *Paulus Sifridi* de *Geilnhuſen* clericus Mogunt. dioc. publicus imperiali auctoritate notarius, quia peticioni, conſenſui ac omnibus & ſingulis aliis premiſſis ut prefertur, preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi ideoque hoc preſens publicum inſtrumentum deſuper confectum manu propria ſcripſi, in hanc publicam formam redegi, ſignoque meo ſolito & conſueto ſignavi requiſitus in teſtimonium omnium premiſſorum.

CCLXXIV.

Inſtitutio capellani OO. SS.

In nomine Domini amen. Per hoc preſens inſtrumentum publicum cunctis pateat evidenter, quod anno à nativitate ejusdem MCCCLXX quarto, indiccione XII pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Dni noſtri Dni *Gregorii* divina providencia Pape *undecimi* anno quinto, die octava menſis Octobris hora none vel quaſi in capella *omnium Sanctorum* in nova civitate Franckinfordenſi ſituata in mei notarii publici & teſtium ſubſcriptorum preſencia conſtitutus honorabilis vir Dominus *Wigandus* decanus eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfordenſis ſuo & capituli ejuſdem eccleſie nomine honeſtum virum Dominum *Hartmannum* dictum *Unbeſcheiden de Geilnhuſen* presbiterum Mogunt. dioc. ad altare dicte capelle preſentatum pro ſecunda preſentacione petentem & ſupplicantem de eodem altari per libri tradicionem inſtituit & inveſtivit ipſumque in poſſeſſionem corporalem ejuſdem altaris ſeu beneficii omniumque & ſingulorum ſuorum fructuum, reddituum, jurium & perti-

pertinenciarum induxit, adhibitis & conſuetis; qui quidem Dominus *Hartmannus* ut ſic inveſtitus prefato Duo decano tanquam ſuo immediato ſuperiori promiſit & fecit obedienciam manualem & debitam in omnibus licitis & honeſtis; promiſit eciam idem Dominus Hartmannus, libros, calices, ornamenta & res alias & bona quecumque ad dictum beneficium pertinencia conſervare & fideliter cuſtodire, ſuper quibus omnibus & ſingulis premiſſis Dominus decanus predictus ſua & dicti capituli ſui nomine petivit ſibi per me unum vel plura fieri & confici publica inſtrumenta. Acta ſunt hec anno Domini, indiccione, pontificatu, menſe, die, hora & loco ſuperius deſignatis preſentibus honorabilibus viris Dominis *Jacobo* de *Heyger* cuſtode *Thoma* & *Johanne* dicto *Bart* vicariis dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* nec non *Paulo de Geilnhuſen* canonico ſanctorum *Marie* & *Georgii* Franckford. eccleſiarum teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego *Franciſcus* quondam *Johannis* clericus Moguntinus publicus imperiali auctoritate notarius, quia inveſtiture obediencie preſtacioni & aliis premiſſis interfui una cum teſtibus prenotatis eaque omnia & ſingula dum ſic ut preſcribitur, agerentur & fierent, fieri vidi & audivi, ideo hoc preſens inſtrumentum publicum manu mea ſcriptum exinde confeci ſignoque meo ſolito & conſueto ſignavi requiſitus in teſtimonium ſuper eo.

CCLXXV.

Wir dechann und capittel gemeynlich des ſtyffts zu ſanct *Bartholomeus* zu *Franckfurt* bekennen vor uns

Jus patr. declaratur.

und unſer nachkommen offenlichen mit dieſem brieffe das wir uff hude datum diſs brieffs eymudiglich uberkommen ſin mit den erſamen hern *Heinriche Nuhuſs* vicario des egenanten unſers ſtiefſts und *Conrad Nuwehuſs* ſyme bruder und ſie mit uns als von des beneficiums und altars wegen der capellen zu *allen Heyligen* in der nuwen ſtat zu *Franckfort* gelegen das vormals derſelben hern *Henrichs* und *Conrads* anherre und vatter ſeligen den Got gnade inſtauriert und geſtifft hant, nach dem als die vorgenante hern *Heinrich*, *Conrad* und ſuſter *Lyſsgin* ir ſweſter und die erben von yrem ſtamme, den das dan zugehoret zu thun das egenant beneficium und altare zwolffmale macht han zu lyhen, derſelben lyhunge vor data diſs brieffs vier geſchehen ſin mit namen die erſte als *Jeckel Nuwehuſs* yre vatter ſeliger demſelben hern *Heinrich* das geluhen hait, die ander als der obgenant herre *Heinrich* daſſelbe beneficium permutiert hait gein eyn phrunde zu unſer lieben Frauwen zu *Franckfurt* mit hern *Ortwein Schuenig*, die dritte als derſelbe her *Ortwin* mit willen und verhengniſſe des obgenant hern *Heinrichs* das egenant beneficium furter permutiert hait mit *Jacob Muſcheln* und die vierde gifftunge als der egenant *Jacob* ſich zur heyligen ee veranderte da von das obgenant beneficium ledig wart und *Katherin Nuwehuſen* hern *Heinrichs* muder und *Lyſchin* ſin ſweſter demſelben hern *Heinrich* das egenant beneficium gelihen han als ſie das darin zu thun hatten, das die obgenante her *Heinrich*, *Conrad* und *Lyſchin* und die erben yres ſtammes ſolich beneficium nu furter affter dato

diſs

diſs brieffs noch zu acht malen macht haben ſollen zu lyhen und zu geben nach lude der inſtauracien daruber beſagende und daraffter ſo fall das dann off uns dechan und capittel obgenant und off unſer nachkomen verfallen ſin, macht haben das zu geben und zu lyhen, ſo dick des noit geboret auch nach lude der vorgerurten inſtauracien und des zu orkunde han wir dechan und capittel obgenant unſers gemeynen capittels und ſtiffts ingeſiegel des wir zun ſachen gebruchen vor uns und unſer nachkommen wiſſentlich an dieſen brieff thun hencken. Datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo treceſimo quinto ipſa die beati *Andree* Apoſtoli.

CCLXXVI.

Super preſentatione & inſtitutione altarium in eccleſia ſancti *Bartholomei* & *Nicolai* & in cenobio ſancte *Katherine* & apud *Penitentes*, ſimiliter in eccleſia S. *Petri* & in eccleſia *trium Regum Francofordie.*

Actum anno Domini M°CCCCX°, indiccione tertia, pontificatus Domini *Johannis* Pape *XXIII* anno primo die autem Martis nona menſis Septembris, que erat dies craſtina poſt feſtum nativitatis beate *Marie* virginis glorioſe, venerabilis & circumſpectus vir Dominus *Joannes Kempe* decretorum doctor nec non legum licentiatus Prepoſitus eccleſie ſancti *Bartholomei* Francofurtenſis quendam proceſſum monitorium valvis dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* nec non ſanctorum *Marie* & *Georgii* atque montis S. *Marie* eccleſiis eadem die affigi fecit, monendo & requirendo omnes & ſingulos &c. prout in eodem proceſſu plenius

continetur, ratione cujus exhibiti fuerunt preſentaciones & inſtitutiones ſubſcripte.

Item primo *Ditmarus Zirckel* vicarius ſive altariſta S. *Valentini* ſecunde inſtitutionis in capella S. *Michaelis* & altaris S. *Crucis* in armario cenobii beate *Marie Magdalene* ad *Penitentes* ſitorum exhibuit preſentationem per *Johannem de Holzhuſen*, de altari S. *Valentini* Domino officiali prepoſiture predicte directam nec non & inveſtituram ſive inſtitutionem ejuſdem Domini officialis, ſed de preſentatione altaris ſancte *Crucis* in cenobio Penitentium ſiti ipſi per *Johannem* de *Holzhuſen* ſeniorem & inſtitutione per quondam Dominum *Ludewicum Scheidemann* Prepoſitum dicte eccleſie S. *Bartholomei* factis ad preſens nichil docuit, ſed dixit eas adhuc eſſe in Romana curia propter lites quas etiam producere & exhibere velit, quantocyus habere poterit.

Item Dominus *Johannes Lederhus* altariſta altaris ſancti *Chriſtoferi* in capella S. *Nicolai* preſentatus per *Johannem Olfer de Geilnhuſen* laicum exhibuit preſentationis & inveſtituræ litteras Domini officialis.

Item Dominus *Johannes Gotſchalci* vicarius altaris *Sanctorum omnium* ſancte *Trinitatis* & *Marie Magdalene* ſiti in eccleſia S. *Bartholomei* preſentatus per *Hertwicum de Peterwil* canonicum S. *Bartholomei* exhibuit preſentationis proclamationis & inveſtiture literas Domini officialis.

Item idem *Johannes Gotſchalci* exhibuit literas preſentationis, preclamationis & inveſtiture Domini officialis de & ſuper altari ſanctarum *Marie* & *Elizabeth* in cenobio ſancte *Katherine* cujus jus preſentandi

tandi ad *Johannem Froiſch* ſcabinum hunc pertinuit, quod altare nunc habet Dominus *Jacobus Herdan* per viam permutationis prebende ſue in ſanctarum *Marie* & *Georgii* &c.

Item Dominus *Conradus Kitz* vicarius capelle ſancti *Nicolai* Francofordienſis dixit ſe eandem habere per modum permutationis, in cujus permutationis fidem exhibuit litteram conſenſus *Ruperti* Romanorum Regis ad quem preſentatio ejuſdem capelle pertinet, inſuper exhibuit duas preſentationes antiquas unam ab *Adolfo* Romanorum Rege ſub data MCCXCIIII° aliam *Ludewici* Imperatoris ſub data MCCCXLIIII Prepoſito Francofurtenſi & ejus officiali factas.

Item *Johannes Stocker* vicarius altaris ſanctorum *quatuor Ewangeliſtarum* in eccleſia ſancti *Bartholomei* preſentatus ad eandem per manufideles duarum ſororum dictarum *der Stockern*, exhibuit preſentationis proclamationis & inveſtiture litteras Domini officialis.

Item *Conradus Piſcis* altariſta altaris ſancte *Barbare* in cenobio ſancte *Katherine* preſentatus ad idem per *Elizabeth Froiſchen* magiſtram dicti cenobii & *Johannem Froiſch* ſcabinum ſeniorem adminiſtratorem manufidelem ſeu procuratorem dicti cenobii exhibuit preſentationem proclamationem & inveſtituram Domini officialis.

Item Dominus *Jacobus Herdan* altariſta altaris ſancte *Agneſis* in hoſpitali infirmorum *ſancti Spiritus* preſentatus ad idem per plebanum Francofurtenſem & altariſtam ſeu capellanum *Sanctorum omnium* in cenobio

bio ad Penitentes in *Francofurt*, ad quos preſentatio, quotiens vacat, pertinet, exhibuit litteras preſentationis, proclamationis & inveſtituram Domini officialis.

Item Dominus *Johannes Steindecker* alias *Golde* altariſta altaris ſancte *Katherine*... *Riedern* extra muros Francofurtenſes preſentatus ad idem per *Johannem Froiſch* ſeniorem ut dixit, exhibuit litteram inveſtiture Domini officialis.

Item Dominus *Johannes Apothecarii* altariſta altaris ſanctorum *Stephani*. *Laurencii* & XI *millium Virginum* in cenobio S. *Katherine* preſentatus per Dominam *Lyſam* magiſtram ejuſdem cenobii & *Jacobum Clobelauch* ſeniorem, procuratorem ſeu adminiſtratorem dicti cenobii, exhibuit preſentationem, & inveſtituram Domini officialis.

Item Dominus *Andreas Aldinſtad* altariſta altaris *Jodoci* in eccleſia montis ſancte *Marie* preſentatus per Dominum *Brunonem de Brunfels* ejuſdem altaris patronum exhibuit preſentationem, proclamationem & inveſtituram Domini officialis.

Item magiſter *Heinricus Welder* procurator *Ditwini Marckel* de *Fridberg* preſentatus ad capellam ſancte *Katharine* in pede pontis ab olim ſitam per ſcabinos & conſules Franckofurtenſes fecit fidem de inſtitutione Domini officialis ex regiſtro judiciali officialis.

Item Dominus *Gyſo de Wynheim* altariſta altaris *trium Regum* novi hoſpitalis in *Saſſenh.* preſentatus per proconſules & ſcabinos Francofurtenſes exhibuit litte-

litteras prefentationis proclamationis & inveſtituram Domini officialis.

Item Dominus *Johannes Stocker* alias *Zolner* altariſta altaris ſanctorum *Stephani Laurencii* martyrum in cenobio ſancte *Katherine* preſentatus per manufideles dictarum *der Stockern* exhibuit preſentationem, proclamationem & inveſtituram Domini officialis.

Item Dominus *Conradus Bart* altariſta altaris ſancte *Barbare* in cenobio ſancte *Katherine* preſentatus per manufideles dictarum *der Stockern* exhibuit preſentationem, proclamationem & inveſtituram Domini officialis.

Item Dominus *Nicolaus Betzel* vicarius altaris ſancte *Chriſtine* in hoſpitali infirmorum *ſancti Spiritus* preſentatus per proconſules conſules & ſcabinos Francofurdenſes, habet inveſtituram Domini officialis.

Item *Johannes Birbaum* vicarius ad altare *omnium Sanctorum* in eccleſia ſanctorum *Marie* & *Georgii* preſentatus per decanum ejuſdem eccleſie & *Johannem Ogſtad* opidanum Francofurtenſem exhibuit inveſtituram Domini officialis.

Item Dominus *Johannes Froiſch* vicarius altaris ſanctorum *Thome* Apoſtoli & Martini in eccleſia S. *Bartholomei* preſentatus per Dominum *Rudolfum* militem *de Saſſinhuſen* proclamatus & inveſtitus per Dominum officialem modernum & *Nicolaum Kangeſtein*.

Item *Hekelo Lantſchade* de *Rudinsheim* vicarius ſecundus ad dicta altaria, habet eandem vica-

riam ex cauſa permutationis, de quo conſtat michi & exhibuit.

Item Dominus *Johannes de Orba* altariſta altaris ſanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* in cenobio ſancte *Katherine*. cujus preſentatio pertinet ad magiſtram & procuratorem dicti cenobii, dixit ſe hoc habere ex cauſa permutationis, in cujus fidem exhibuit translationis ſue inſtrumentum.

Iem Dominus *Conradus Montebur* altariſta altaris ſancti *Nicolai* in cenobio penitentum preſentatus per *Johannem de Holzhuſen* ſeniorem exhibuit literas preſentationis proclamationis & inveſtiture Domini officialis.

Item idem *Conradus* altariſta altaris ſancti *Valentini* prime inſtitutionis in capella ſancti *Michaelis* preſentatus per eundem *Johannem de Holzhuſen* ſeniorem exhibuit literas preſentationis & inveſtiture Domini officialis.

Item Dominus *Heinricus Fabri* altariſta altaris *ſancte Crucis* in cenobio ſancte *Katherine* preſentatus per magiſtram dicti cenobio & *Jacobum Sualinberg* & *Henricum Herdan* adminiſtratores ejuſdem cenobii, exhibuit preſentationem proclamationem & inveſtituram Domini officialis.

Item idem Dominus *Heinricus Fabri* vicarius altaris ſancti *Leonhardi* in eccleſia ſanctorum *Marie* & *Georgii* preſentatus per *Fredericum Lyderbecher de Erlebach* exhibuit preſentationem proclamationem & inveſtituram Domini officialis.

Item

Item Dominus *Heinricus Lintheim* vicarius ad altare ſancte *Katherine* montis ſancte *Marie* dixit ſe eandem vicariam habere ex cauſa permutationis in cujus fidem exhibuit inſtitutionem translationem &c. & eſt dicta vicaria de preſentatione quondam *Hartmudi zum Romer* & deinde ſeniorum de ſua genealogia.

Item Dominus *Henricus Molpetſch* vicarius ad altare ſancte *Anne* matris *Marie* in eccleſia ſanctorum *Marie* & *Georgii* ex preſentatione ſcolaſtici dicte eccleſie & ſeniorum de genealogia inſtitorum dictorum *die Molpetſchen*, produxit proclamationem &c.

Item Dominus *Heinricus Fabri* de *Hanauwe* vicarius in eccleſia montis ſancte *Marie* preſentatus per quondam *Gredam* relictam *Conradi de Glauberg* & ipſius heredes, exhibuit literas preſentationis, proclamationis & inveſtiture Domini officialis.

Item Dominus *Johannes Ytſtein* altariſta altaris omnium Sanctorum in choro cenobii ad penitentes, exhibuit inſtrumentum translationis &c. Item ad idem altare habet preſentare prioriſſa & conventus dicti cenobii una cum procuratore ſeu proviſore ejuſdem monaſterii.

Item idem *Johannes Ytſtein* altariſta altaris *ſancti Loy.* in cenobio ſancte *Katherine*, ad quod preſentare habent magiſtra pro tempore & heredes quondam *Wyckeri Froiſch* fundatores dicti cenobii, exhibuit inſtrumentum translationis.

Item Dominus *Johannes Currificis* vicarius altaris ſancti *Jacobi* in eccleſia ſanctorum *Marie* & *Georgii* fuit preſentatus ad eandem vicariam per quondam dictum *Komeder* opidanum Francfurdenſem de

quo facta fuit fides de preſentatione, proclamatione & inveſtitura Domini officialis.

Item Dominus *Ditmarus Zirkel* altariſta ad altare ſancte *Crucis* ſitum in armario cenobii ſanctimonialium beate *Marie Magdalene* ad Penitentes fidem fecit Domino officiali per certos ſuos proceſſus de preſentatione ſua per quondam *Johannem Delplezhus* ſeniorem ad Dominum *Ludovicum Schademar* tunc Prepoſitum facta ac etiam proclamatione & inveſtitura ejuſdem Domini Prepoſiti & eſt primus altariſta ejuſdem altaris.

Item *Johannes Hoffemann* altariſta altaris capelle *Leproſorum* extra muros Francfordenſes fuit inveſtitus per Dominum Prepoſitum modernum videlicet *Johannem Kempe* ad idem altare, cujus tamen jus preſentandi pertinuit ad quondam *Albertum uff der Hoffſtad* opidanum Francfordenſem, quod modo pretendunt habere ejus manufideles.

Item Dominus *Johannes Ricke* ſcolaſticus ſancti *Bartholomei* habet prebendam in eccleſia ſanctorum *Marie* & *Georgii* per preſentationem *Widekindi* & proviſionem Domini noſtri Maguntini, que prebenda eſt de collatione conſilii Francfordenſis, modo *Johannes Fabri.*

Item vicaria ſummi altaris hoſpitalis ſancti Spiritus, quam habet Dominus *Jodannes de Rodenberg*, eſt de preſentatione decani ſcolaſtici & plebani ſancti *Bartholomei* & trium ſcabinorum Francfordenſium ſeniorum, quorum preſentationem & inveſtituram Domini Prepoſiti idem *Johannes* habet.

Item

Item vicaria altaris ſancti *Mathie* Apoſtoli retro hoſpitale *ſancti Spiritus* eſt de preſentacione decani ſancti *Bartholomei* & ſenioris ſcabini Francfordenſis.

Item vicaria capelle *omnium Sanctorum* in novo opido eſt de jure patronatus laicorum dictorum *Nuwehus* & eandem habet ad preſens Dominus *Henricus Nuwehus.*

Item vicaria altaris *omnium Sanctorum* in capella ſancti *Michaelis* in cimiterio ſancti *Bartholomei* eſt de preſentatione decani & duorum ſeniorum de parentela quondam *Arnoldi de Glauburg* opidani Francfordenſis & eandem habet Dominus *Erwinus de Rockinberg.*

Item Dominus *Johannes Spyler* vicarius ad altare ſanctorum *Simonis* & *Jude* in eccleſia ſancti *Bartholomei* preſentatus per *Johannem de Holzhuſen* & alios ſuos conteſtamentarios quondam *Alberti uf der Hofeſtad*, per quem dicta vicaria eſt dotata.

Item Prepoſitus qui libertavit curiam dictam *Clobelauchshof* à ſolutione decimarum, vocabatur *Wilhelmus de Aſpalt* & in recompenſam illius *Jacobus Clobelauch* dedit Prepoſito 1 marcam Hallenſ. ſuper domo *Kulmanni Ludolffs* dicta *zum Affen*; littere deſuper confecte anno MCCXCIX feſto *Michaelis.*

Item vicaria quam habuit Dominus *Heinricus Schonenbach* in eccleſia montis ſancte *Marie*, eſt de jure patronatus *Hille Schonebachin* vidue nunc devoluta ad capitulum.

Item vicaria, quam habet Dominus *Johannes Sundelingen* in eccleſia ſanctorum *Marie* & *Georgii*,

eſt de jure patronatus armigerorum dictorum de *Werberg* vel *Brendeln de Hoenberg* quam nunc habet *Johannes Dubener*.

Item vicaria altaris ſanctorum *Petri* & *Andree* Apoſtolorum & ſancte *Barbare* virginis in capella ſancti *Petri* novi opidi, quam nunc habet Dominus *Johannes Grimawer*, eſt de jure patronatus duarum perſonarum ſeniorum de ſtipitibus quondam *Irmelym Sale* & .. *zum Ringreven* opidi Francford.

Item vicaria altaris ſancte *Margarethe* virginis in eccleſia ſancti *Nicolai* Francofurti, quam olim habuit Dominus *Johannes Kunhayn* alias *Sartoris*, eſt de preſentatione ſenioris & junioris canonicorum capitularium & cuſtodis eccleſie ſancti *Bartholomei* Francfordenſis.

Item vicaria ſummi altaris in eccleſia ſancti *Petri* novi opidi Francfordenſi, quam habuit Dominus *Kuno* de *Ryffenberg*, eſt de preſentatione conſulum Francfordenſium.

Item vicaria altaris S. *Jacobi* Apoſtoli in eccleſia ſancti *Bartholomei* Francford. quam habuit Dominus *Eberhardus Huſechin de Dinſtad* eſt de jure patronatus proximorum heredum quondam *Emerici Holzheymer* opidani Francfurd. fundatoris ejuſdem vicarie & dicti heredes habent preſentare ad eam perſonam de genealogia ipſius fundatoris VIII vicibus et ex tunc capitulum ſancti *Bartholomei*, et dein debent conferre eam perſone nullum beneficium habenti, et ſi ſecus fecerint, tunc preſentatio ea vice devolvitur ad proximiorem heredem fundatoris.

INDEX

)(o)(

INDEX

DIPLOMATUM CHRONOLOGICUS.

pag.

An. 870 Rutlint tradit eccleſiæ S. Mariæ in Francfort varios redditus 409

974 Otto II Imp. confirmat fundationem eccleſiæ Fr. & jure lignandi in der *Droyeich* augmentat 12 Apr. 412

977 Alia confirmatio eccleſiæ Francford. 12 Apr. 415

980 Otto Imp. eccleſiæ Fr. tradit capellam SS. Marcellini & Petri 8 Octob. 417

994 Otto Imp. eccleſiæ Fr. concedit jus piſcandi in Moeno 9 Maji 418

1186 Præpoſitus S. Petri capitulo ſuo cedit parochiam in *Eltvil* 28 Nov. 341

Eod. Conradus A. M. confirmat translationem parochiæ Altavillanæ in capitulum S. Petri factam 342

1195 Conradus A. M. collegiatæ S. Petri confirmat facultatem colligendi cathedraticum ad uſum fabricæ 3 Jan. 9

1197 Cæleſtinus PP. confirmat translationem parochiæ in Eltuil capitulo S. Petri factam 29 Mart. 344

1215 Fridericus II Rex nonam in variis locis eccleſiæ Fr. ablatam reſtitui jubet 19 Maji 419

1219 Capella B. M. V. & S. Georgii in Francofurt multa nanciſcitur privilegia 15 Aug. 683

An.

An. 1228 Villa *Kelckheim* nullis exactionibus gravanda 421
1234 Sifridus A. M. committit abbati in *Eberbach* litem ſuper jure patr. in *Nordenſtat* examinandam 6 Apr. 121
1237 Decimæ in *Wiſsbaden* transferunt 1 Jan. 128
1239 Dedicatio eccleſiæ S. Bartholomæi in Fr. 24 Aug. 411
Eod. Sifridus A. M. confirmat jus patr. eccleſiæ in *Coſtheim* in conventum veteris cellæ translatum 18 Oct. 101
1241 Archidiaconus conſentit in translationem juris patr. eccleſiæ in *Coſtheim* 102
1248 Controverſia inter nobilem de *Wiſebaden* & conventum *Diffenthal* ſuper certis bonis componitur 11 Febr. 129
1249 Capitulum eccleſiæ majoris conſentit in translationem juris patr. eccleſiæ in *Coſtheim* 9 Decembr. 103
1252 Gerhardus A. M. proteſtatur ad capitulum S. Petri pertinere jus patronatus eccleſiæ in *Eltuil* 18 Sept. 344
1255 Gerhardus Præp. Fr. ex redditibus capellæ in *Vechenheim* fundat ſcholaſteriam & cantoriam Fr. 13 Nov. 481
1257 Gerhardus A. M. confirmat fundationem ſcholaſteriæ & cantoriæ 4 Apr. 482
Eod. Capitulum Fr. acceptat fundationem ſcholaſteriæ & cantoriæ 5 Apr. 481
1260 Richardus Rex Rom. jus lignandi in der *Dreyeich* eccleſiæ Fr. denuo confirmat 23 Maji 421

An. 1261 Concambium circa decimas in *Kiderich* Jan. 312
1263 Villa Walluff cum annexis venditur 24 Jul. 392
1264 Miſſa poſt matutinos in eccleſia Francof. ordinatur 27 Sept. 673
1268 Wernherus A. M. ordinationes pro capitulo & parocho Fr. factas confirmat 12 Maji 483
1270 Poſſeſſio vicarii S. Laurentii in capella S. Nicolai 13 Jun. 757
1272 Vicariæ S. Johannis Ev. in eccleſia Fr. primo inſtituitur 7 Sept. 552
Eod. Ordinatio circa prædictam vicariam neo fundatam 7 Sept. 554
1277 Congrua parochi in *Coſtheim* determinatur 104
Eod. Fundatio miſſæ poſt horas matutinas 1 Mart. 674
Eod. Fundationis hujus confirmatio 27 Jun. 676
Eod. Wernherus A. M. confirmat ordinationem congruæ parochi in *Coſtheim* 3 Jul. 105
1280 Bona mon. *Diffenthal in Wiſebaden* libera & immunia 28 Jul. 132
1281 Eccleſia S. Bartholomæi monaſterio S. M. Magdalenæ in omnibus bonis ſubſtituta 27 Apr. 471
1282 Rudolphus I Rex Rom. eccleſiæ Fr. privilegia confirmat 13 Jul. 423
1284 Vicaria B. M. V. in eccleſia Fr. primo inſtituitur 14 Aug. 535
1287 Monaſterium Diffenthal bona in *Eckinheim* ſub conditione poteſt requirere Apr. 131

An. 1291 Rudolphus R. R. conſervatorem privilegiorum eccleſiæ Fr. conſtituit 28 Maji 425
Eod. Ius lignandi in der *dreyeich* eccleſ. Fr. conſervatur 6 Jul. 426
1292 Capella S. Nicolai unitur eccleſiæ S. Bartholomæi 30 Oct. 752
1293 Ius patron. capellæ ſub turri pontis determinatur 25 Febr. 816
Eod. Adolphus R. R. innovat eccleſiæ Fr. Privilegia 25 Maji 427
1296 Declaratio quod cathedraticum non ad Præpoſitum ſed decanum & capitulum S. Petri pertineat 13 Jan. 10
1297 Emericho Præpoſitus Francof. transfert in collegium S. Bartholomæi jus patronatus in *Superiore Urſel* 20 Mart. 40
Eod. Gerhardus A. M. confirmat tanslationem juris patr. in *Superiore Urſel* collegio S. Bartholomæi Francof. factam 29 Apr. 42
1303 Vicaria B. M. V. in eccleſia Fr. novos redditus acquirit 1 Mart. 537
1307 Archidiaconi conſenſus in translationem juris patronatus eccleſiæ par. in ſuperiore Urſel collegio S. Barth. Francof. factam 24 Jan. 43
Eod. Ordinantur decimæ pro vicaria campanaria in eccl. Fr. 15 Nov. 571
1308 Johannes Archiep. Mog. confirmat vicariam trium regum &c. in eccleſia B. M. V. in monte 10 Jun. 718

An. 1310 Parochianorum Fr. obligatio inculcatur 24 Sept. 532

1311 Clemens V PP. compellit judæos ad ſolvendas plebano Fr. decimas & cenſus 14 Mart. 489

1312 Primiſſaria in *Eltuil* fundatur 29 Oct. 345

1315 Petrus A. M. mandat, ut eccleſiæ par. in *Superiore Urſel* de paſtore provideatur 10 Jan. 45

Eod. Mandatum Petri A. M. dd. 10 Jan. datur executioni 11 Jan. 47

Eod. Executio mandati dd. 10 Jan. prorogatur 22 Jan. 47

Eod. Reſignatio parochiæ in ſuperiore Urſel 10 Mart. 48

Eod. Decanus & capitulum S. Barthol. Francof. præſentant ad eccleſiam in ſuperiore Urſel 16 Mart. 44

Eod. Decanus & capitulum S. Barthol. Francof. accipiunt poſſeſſionem eccleſiæ in ſuperiore Urſel 17 Mart. 45

1316 Ordinationes inter capitulum & parochum Fr. factæ renovantur 26 Mart. 488

Eod. Ordinatio circa vicariam SS. Andreæ & Ægidii 11 Oct. 550

Eod. Johannes XXII PP. ordinatio circa ſepulturam & exequias Fr. 9 Nov. 490

1317 Capella B. M. V. & S. Georgii erigitur in collegiatam 22 Jul. 684

1318 Vicariæ S. Johannis Ev. in eccl. Fr. ſecunda inſtitutio 31 Oct. 555

1319 Capellanus in *Bomersheim* tenetur præſentare oblata parocho in Urſel 9 Aug. 57

An. 1319 Petrus A. M. mandat, ne ob poenas pecuniarias ceſſetur à divinis à capitulo Fr. 15 Oct. 458
1321 Prætenſæ cuidam ordinationi inter eccleſias SS. Mariæ & Georgii nec non S. Bartholomæi contradicitur 31 Jul. 686
1323 Ordinatio, de qua ſupra ad an. 1321 renovatur 28 Maji 692
Eod. Capella SS. Mariæ & Georgii reliquiis S. Leonardi decoratur 14 Jul. 697
1325 Proclama capellæ S. Mariæ in monte in collegiatam erigendæ 2 Maji 699
Eod. Mathiæ Archiep. Mog. ordinatio circa novam collegiatam 25 Jun. 705
Eod. Erectio dictæ capellæ in collegiatam 26 Jun. 701
1326 Capella in *Neuenhain* erigitur in parochialem eccl. 18. Jan. 59
Eod. Publicatio erectionis capellæ B. M. V. in monte in collegiatam 25 Apr. 708
1327 Beneficium ex *Heimbach infer.* trasfertur ad capellam S. Nicolai in Eltvil 3 Nov. 355
1329 Archidiaconus conſentit in translationem beneficii ex Heimbach infer. ad capellam S. Nicolai in Eltvil factam 30 Aug. 356
Eod. Beneficiatus S. Nicolai in *Eltvil* inveſtitur 10 Sept. 357
1330 Dotatio altaris S. Michaelis in *Wiſebaden* 19 Nov. 136
1333 Pro confirmatione ordinationis de qua ſupra anno 1321 ſupplicatur 2 Jun. 696
1334 Archidiaconi conſenſus in dotationem altaris S. Michaelis in *Wiſebaden* 2 Maji 138

An. 1334 Benedictus XII confirmat inveſtitum beneficiatum S. Nicolai in *Eltvil* 25 Jun. 358

1335 Æqualitas in diſtributionibus quotidianis eccleſiæ Francof. ſtatuitur 17 Jun. 651

1338 Dotatio altaris S. Martini in *Igſtat* 15 Maji 114

Eod. Henricus A. M. dotationem altaris S. Michaelis in *Wiſebaden* confirmat 24 Sept. 137

1339 Confirmatio capellæ S. Antonii in *Rauenthal* 376

Eod. Jus preſentandi ad capellam in *Rauenthal* determinatur 29 Nov. 377

Eod. Vicaria S. Annæ in eccleſia Fr. inſtituitur 572

1340 Ordinatio circa vicariam SS. Simonis & Judæ in eccleſia Fr. 24 Mart. 568

Eod. Vicaria S. Dorotheæ in eccleſia Fr. inſtituitur 25 Mart. 562

Eod. Compromiſſum in controverſia circa decimas in *Bomersheim* &c. 19 Jun. 53

Eod. Laudum ſuper decimis in *Bomersheim* ante hac controverſis 19 Jun. 54

1342 Jus patronatus eccleſiæ Fr. transfertur in capitulum ibid. 21 Mart. 492

1343 Præſentatio ad vicariam in capella S. Michaelis 23 Maji 742

Eod. Fundatio vicariæ OO. SS. in capella S. Michaelis 22 Jun. 743

1345 Diſpoſitio pro miſſa perpetua in eccleſia B. M. V. in monte 24 Maji 721

Eod. Clemens VI PP. privilegia eccleſiæ Fr. confirmat 7 Sept. 422

An. 1348 Quatuor vicariis eccl. Fr. habitatio assignatur 29 Mart. 612
Eod. Vicaria OO. SS. in eccl. Fr. redditus assignantur 16 Oct. 616
Eod. Vicaria SS. Mathiæ, Bonifacii &c. in eccl. Fr. instituitur 12 Nov. 574
1349 Præsentiæ S. Bartholomæi augmentantur 12 Jan. 656
Eod. Dec. & capitulum Fr. consentiunt in instaurationem vicariæ S. Mathiæ 30 Jan. 578
Eod. Vicariæ B. M. V. & S. M. Magdalenæ ad poenitentes Francof. instituuntur 3 Febr. 795
1350 Vicaria SS. Mathiæ &c. censu augetur in eccl. Fr. 22 Jan. 580
Eod. Vicaria S. Jodoci in eccl. Fr. instituitur 27 Oct. 597
1351 Redditus parochiæ in *Super. Ursel.* 49
Eod. Præsentatio ad vicariam S. Laurentii in capella S. Nicolai 17 Jun. 754
Eod. Vicaria B. M. V. & OO. SS. in capella S. Nicolai dotatur 28 Jun. 767
1353 Gerlacus A. M. jura monasterii *Diffendal* in Wisebaden confirmat 19 Mart. 134
Eod. Jus patronatus capellæ B. M. V. in *Mittelheim* determinatur 17 Apr. 286
1354 Vicarii SS. Simonis & Judæ in eccl. Fr. testimoniales 5 Jan. 571
Eod. Gerlacus Arch. Ep. Mog. confirmat monasterium & hospitale S. Catherinæ Francof. 14 Apr. 791

An. 1354 Vicariis in eccleſia Fr. frumenta legantur 27 Octbr. 584
1355 Vicariæ S. S. Mathiæ &c. in eccl. Fr. novi cenſus aſſignantur 24 Jul. 585
Eod. Gerlacus Arch. Ep. Mog. varias vicarias confirmat 1 Oct. 640
Eod. Ad vicariam SS. Coſmæ & Damiani in capella S. Michaelis cenſus donatur 16 Oct. 741
Eod. Fundatur novum beneficium in eccleſia B. M. V. in monte 8 Decembr. 723
1356 Ordinatio circa vicariam ſummi altaris in eccl. Fr. 20 Jan. 557
Eod. Vicariæ SS. Erhardi & Materni in eccl. Fr. acquirit varios cenſus 2 Jul. 566
Eod. Collatio vicariæ campanariæ in eccleſia B. M. V. in monte 6 Sept. 708
1357 Legatum pium pro pauperibus & fabrica eccleſiæ in *Lorch* 10 Jun. 195
Eod. Vicaria S. S. Mathiæ in eccl. Fr. novos acquirit cenſus 19 Aug. 581
1358. Vicaria B. M. V. in eccl. Fr. cenſu augetur 18 Jan. 539
Eod. Archidiaconus dirimit litem inter beneficiatum in *Mittelnheim* & mon. *Gottesthal* 22 Jun. 288
1359 Ludovicus imp. capitulo Fr. transmittit comminatorias 19 Jan. 428
Eod. Cappellanus S. Nicolai ſubeſt eccleſiæ S. Barth. 3 Mart. 755
Eod. Subjectio capellani S. Nicolai recognoſcitur 12 Mart. 757

An. 1359 Cenſus ad vicariam S. Jodoci iu eccl. Fr. pertinentes 30 Jun. 603
Eod. Innocentius VI PP. confirmat fundationem monaſterii & hoſpitalis S. Catherinæ Francof. 14 Aug. 784
Eod. Inſtitutio vicariæ S. S. Simonis & Thaddæi in eccl. Fr. 16 Nov. 591
1360 Fundatio primiſſariæ in *Hallgarten* 8 Mart. 303
Eod. Fundatio luminarium & lampadum chori Francof. facta 3 Maji 677
Eod. Sifridus A. M. confirmat primiſſariam in Hallgarten 14 Jul. 306
Eod. Gerlacus A. M. confirmat vicariam S. S. Simonis & Thaddæi in eccl. Fr. inſtitutam 27 Jul. 596
Eod. Redditus vicariæ S. Dorotheæ in eccl. Fr. augentur 3 Dec. 564
1361 Capitulum Francof. prætendit jus patr. altaris ſub turri pontis 17 Jun. 815
1362 Cenſus ad vicariam S. Thomæ in eccl. Fr. datur 29Nov. 561
1363 Subpignus conſtituitur vicaria B. M. V. tertiæ inſtitutionis in eccl. Fr. 28 Jan. 540
1366 Poſſeſſio vicariæ capellæ pontis 6 Aug. 813
Eod. Præſentatio ad capellam novam determinatur 12 Sept. 815
1367 Gerlacus A. Mog. confirmat viçariam B. M. V. & OO. SS. in capella S. Nicolai 11 Jun. 782
Eod. Capellanus S. Matthiæ admittitur inter vicarios eccl. S. Bartholomæi 15 Dec. 608

An. 1368 Facultas trasferendi altare S. Jacobi eccl. Fr. 25 Maji 549
Eod. Proviſio circa vicariam OO. SS. in capella S. Michael. 23 Jun. 744
1373 Septem marcæ deſtinatæ pro fabrica eccleſiæ in *Lorch* 12 Maji 199
Eod. Vicaria S. Jacobi in eccl. Fr. inſtituitur 8 Jul. 541
1374 Fundatio miſſæ in altari S. Jacobi eccl. Fr. 5 Jun. 545
Eod. Inſtitutio vicariæ S. Chriſtophori in capella S. Nicolai 30 Aug. 760
Eod. Inſtitutio capellani OO. SS. 8 Oct. 820
1378 Dotatio altaris S. Agnetis in eccl. Francof. 16 Jan. 626
1379 Vicaria SS. Trinitatis in eccleſia Fr. inſtauratur 3 Febr. 604
Eod. Cenſus vacariæ SS. Simonis & Judæ in eccl. Fr. transferuntur 29 Sept. 569
1381 Ordinationes ſaluberrimæ vicariis S. Bartholomæi præſcribuntur 12 Dec. 646
1382 Domus legata altari S. Barbaræ & Magdalenæ in *Lorch* 1 Maji 202
Eod. Cenſus ad vicariam SS. Simonis & Thaddæi in eccl. Fr. pertinent 20 Nov. 597
1383 Vicaria S. Jodoci in eccleſia B. M. V. in monte dotatur 5 Dec. 710
1384 Vicariæ SS. Trinit. in eccleſia Fr. redditus augentur 30 Oct. 605
1387 Quos fructus canonicus à reſidentia exemptus percipiat 13 Mart. 663

An. 1387 Capitulum Fr. acquirit jus patr. in *Sweinheim* 9 Aug. 493
Eod. Legata pauperibus in *Lorch* 13 Dec. 205
1388 Duæ marcæ legantur altari S. Johannis in *Lorch* 28 Jul. 209
1389 Præſentatio ad altare OO. SS. in capella S. Mich. 19 Jun. 746
Eod. Jus patr. in *Crüfftel* ceditur capitulo B. M. V. ad gradus 14 Sept. 66
Eod. Ultima voluntas in favorem præſentiæ & pauperum in *Lorch* 13 Dec. 213
1390 Wenceslai R. R. mandatum de non gravando capitulum Fr. 23 Jun. 434
Eod. Schetzel de *Waldeck* diſponit pro anniverſario & pauperibus in Lorch 19 Nov. 221
1393 Legatum in ſublevamen pauperum in Lorch 4 Aug. 192
Eod. Vicaria S. Mathæi in eccl. Fr. à Stockerianis inſtauratur & dotatur 18 Nov. 630
1394 Varia legata eccleſiæ in Lorch 27 Jan. 225
Eod. Wenceslai R. R. dehortatoriæ ad ſenatum Fr. 28 Febr. 435
1395 Fabrica in Lorch coëmit redditus annuos â fratribus de Riede 29 Maji 231
Eod. Bonifacius IX PP. confirmat translatum jus patr. eccleſiæ *Sweinheim* 3 Jul. 495
Eod. Cenſus curiæ Erenfels traduntur vicariæ S. Chriſtophori in capella S. Nicolai 8 Oct. 764
1396 Fundatio beneficii S. Michaelis in *Erbach* 29 Apr. 307

An. 1397 Fratrum de Riede diſpoſitio pro pauperibus in *Lorch* 9 Aug. 234
1398 Varia pia legata eccleſiæ & pauperibus in Lorch 20 Sept. 237
Eod. Wenceslaus R. R. committit Archiep. Mog. conſervationem capituli Fr. 28 Dec. 432
Eod. Wenceslaus R. R. confirmat eccleſiæ Fr. privilegia 28 Dec. 436
1399 Citatio abſentium altera ut reſideant in eccleſia Francof. 6 Jan. 667
Eod. Abſentes ab eccleſia Francof. ut reſideant, citandi 15 Jan. 663
Eod. Citatio tertia & peremptoria abſentium ab eccleſia Francof. 8 Mart. 670
Eod. Præſentatio ad altare S. Catharinæ in *Igſtat* 12 Apr. 116
1400 Joannes A. M. vicariam S. Mathæi in eccl. Fr. confirmat 12 Febr. 637
Eod. Præſentatio ad vicariam S. Mathæi in eccl. Fr. 29 Mart. 638
Eod. Fundatio, dotatio & jus patr. vicariæ in capella S. Michaelis 1 Maji 747
Eod. Diſpoſitio circa vicariam S. Margarethæ in capella S. Nicolai 5 Maji 770
Eod. Legata eccleſiæ in *Presberg.* 15 Jun. 245
1402 Collacio vicariæ S. Crucis in eccl. Francof. 28 Aug. 559
1404 Villa *Kelckheim* in feudum datur 21 Jun. 439
1405 Ordinatio circa altare S. Michaelis in *Kideric* 6 Jan. 317

An. 1405 Joannes A. M. confirmat jus patronatus capellæ S. Nicolai *Eltvil* 16 Apr. 359
Eod. Translatio juris patr. capellæ S. Nicolai in Eltvil 4 Jun. 361
Eod. Ruperti R. R. protectorium clero Fr. conceſſum 11 Jun. 440
1406 Fabrica in *Lorch* emit à Wilhelmo de Glimandail cenſum annuum VII Flor. 16 Jan. 247
1410 Archidiaconus Francof. monet beneficiatos ut titulos inſtitutionum ſuarum edant. 9 Sept. 823
Eod. Arbitrium ſuper redditibus vicariæ IV Évangeliſtarum in eccleſia Fr. 8 Nov. 619
1414 Præſentatio ad capellam S. Nicolai in *Eltvil* 13 Febr. 366
Eod. Sigismundus R. R. Archiepiſcopo Mog. commendat eccleſiam Fr. 13 Dec. 444
Eod. Sigismundus R. R. confirmat privilegia eccleſiæ Fr. 13 Dec. 442
1417 Hoſpitale pro peregrinis in *Kiderich* aſſignatur 25 Maji 313
1419 Martinus V PP. confirmat facultatem levandi cathedratici collegio S. Petri conceſſam 1 Febr. 12
1421 Altare S. Crucis in *Geiſenheim* dotatur 7 Maji 270
1422 Permutatio beneficii S. Nicolai in Eltvil cum vicaria Metrop. reſcinditur 12 Nov. 367
1423 Capella S. Nicolai in Eltvil privilegiis honoratur 28 Jan. 369

An. 1423 Fabrica in *Lorch* elocat vineam pro duabus marcis 20 Jul. 250
Eod. Commiſſorium à collegio S. Petri datum pro levando cathedratico 9 Aug. 16
1424 Joh. Saneck de Waldeck vendit vineam vicario in *Lorch* 22 Sept. 254
1427 Fundatio altaris S. Michaelis in *Kiderich* 12 Maji 315
Eod. Lampas ante altare S. Crucis in *Lorch* ordinatur 3 Nov. 255
1429 Qualiter capella in *Neudorff* fuerit in parochialem erecta 24 Febr. 381
Eod. Capella in Neudorff erigitur in parochialem 15 Apr. 379
1434 Concordia inter capitulum S. Petri & primiſſarium in *Eltvil* Maji 347
1435 Jus patr. capella OO. SS. declaratur 30 Nov. 821
1438 Mandatum pro capienda poſſeſſione parochiæ in *Crüfftel* 16 Apr. 69
Eod. Inveſtitura parochi in Crüsftel 9 Maji 73
1442 Fridericus III confirmat privilegia eccleſiæ Francof. eorumque conſervatorem conſtituit 10 Aug. 446
1444 Theoderici A. M. circa parochiam Fr. ordinatio 10 Apr. 501
1445 Prima miſſa die ſabbathi in *Lorch* & alia ordinantur 15 Febr. 258
1446 Domus legatur facricæ in Lorch 1 Maji 259

An. 1448 Mon. Aulhauſen præſentiæ in *Lorch* debet ſolvere decem fl. annuos 12 Maji 260

1450 Nicolaus V PP. conſervatores eccleſiæ Fr. conſtituit 27 Jan. 451

Eod. Fundatio altaris S. Crucis in *Eltuil* 22 Febr. 349

Eod. Eccleſiæ S. Petri Fr. & in Sachſenhauſen eriguntur in parochiales 23 Febr. 507

Eod. Fraternitas dicta die elende bruderſchafft erigitur in *Kiderich* 5 Dec. 329

1451 Altere B. M. V. in Lorch coëmit tres fl. annuos 3 Febr. 263

1452 Ordinatio circa novas parochiales S. Petri Fr. & in *Sachſenhauſen* 19 Mart. 514

1453 Parochis S. Petri Fr. & in Sachſenhauſen conſtituitur congrua 26 Jun. 518

1456 Theodericus A. M. ordinat qualia birreta deferant canonici & vicarii Fr. 14 Jun. 461

1457 Vicaria S. Joannis Bapt. dotatur in eccleſia B. M. V. in monte 18 Jan. 726

Eod. Præſentatio ad altare S. Catharinæ in *Igſtat* 3 Oct. 117

1458 Ordinatio circa concionem in *Bornheim* in diebus rogationum 1 Jul. 520

1459 Ordinatio circa parochiam Fr. anno 1444 facta denuo confirmatur 21 Jun. 522

1464 Archidiaconi querelæ contra judices ſæculares 25 Maji 290

Eod. Permutatio vicarii S. Albani in eccleſia B. M. V. in monte 30 Dec. 719

An. 1467 Adolphus A. M. approbat conceſſionem cathedratici capitulo S. Petri factam 3 Mart. 13

Eod. Inſtitutio rectoris neo - collegiatæ in *Konigſtein* 16 Jul. 90

1472 Collegium S. Simeonis Trevir. transfert jus patr. in *Mosbach* in monaſterium *Eberbach* 16 Jul. 107

Eod. Adolphus A. M. confirmat translationem juris patronatus in Mosbach 27 Jul. 109

1474 Confirmatio Ap. translationis juris patr. in Mosbach 19 Jul. 110

1475 Collatio altaris S. Catharinæ in *Igſtat* 9 Octob. 118

Eod. Altaria in *Epſtein* incorporantur collegio in *Königſtein* 7 Nov. 87

1477 Dietherus A. M. concedit facultatem extruendi eccleſiam paroch. intra oppidum *Bonemeſe* 28 Jun. 36

Eod. Dietherus A. M. confirmat altare in *Ryſenberg* 6 Oct. 95

Eod. Receptio fratrum ad collegium in *Königſtein* 12 Nov. 92

Juramentum fratrum ibid.

1478 Fundatio beneficii ſummi altaris ad S. Petrum Francof. 19 Jan. 802

Eod. Capitulum Francof. conſentit in erectionem beneficii ſummi altaris ad S. Petrum 25 Febr. 811

An.

Digitized by Google

An. 1478 Dietherus Arch. Ep. Mog. confirmat beneficium ſummi altaris ad S. Petrum 26 Febr. 809

1479 Dietherus Archiep. Mog. confirmat beneficium in monaſterio S. Catherinæ Francof. 3 Febr. 794

Eod. Præſentatus ad vicariam S. Laurentii inducitur in poſſeſſionem 11 Mart. 759

Eod. Præſentatio ad parochiam in *Crüfftel* 1 Jul. 82

1482 Ordinatis circa competentiam parochi in Crüfftel 8 Mart. 74

Eod. Redditus beneficiorum in *ſuper. Heimbach* augentur 29 Jul. 180

1484 Confirmatio privilegiorum capellæ S. Nicolai in *Eltuil* 25 Febr. 371

1487 Commiſſorium pro levando cathedratico à capitulo S. Petri datum 13 Aug. 23

1490 Statuta ſedis Caſtellenſis 148

1493 Fraternitati in *Kiderich* traduntur decem ſolidi annui 19 Nov. 331

1498 Parochia in Oeſtrich incorporatur collegio S. Victoris 6 Nov. 293

1499 Fundatio anniverſarii j. de Hoënſtein in Kiderich 29 Jun. 333

1501 Capitulum S. Victoris inſtituit vicariam parochum in *Oeſtrich* 26 Febr. 301

1504 Præſentatio ad capellam B. M. V. in ſuper. *Lauſtein* 6 Apr. 142

Digitized by Google

An. 1505 Permutatio juris patronatus altaris S. Michaelis in *Wisbaden* cum altari in Lanſtein 23 Sept. 143

1507 Poſſeſſio altaris S. Antonii prope *Epſtein* 13 Oct. 96

1511 Uriel A. M. concedit erectionem capellæ in *Neudorff* in parochialem 10 Apr. 389

1512 Maximilianus I Imp. innovat privilegia eccleſiæ Fr. 8 Maji 455

Eod. Præpoſitus Mog. conſentit in permutationem altaris S. Crucis in *Lorch* 30 Aug. 266

1516 Redditus altaris S. Michaelis in *Kiderich* deſcribuntur 12 Febr. 322

Eod. Altaria SS. Joannis & Michaelis in Kiderich augentur redditibus 31 Mart. 337

Eod. Dos altaris S. Michaelis ſuper offorio in Kiderich confirmatur 12 Jun. 335

1518 Præſentatio ad altare S. Petri in *Wallawe* 16 Apr. 122

1524 Reverſales neo-parochi in *Sachſenhauſen* 25 Aug. 529

1527 Reſignatio altaris extra *Lanſtein* in favorem 24 Aug. 145

1528 Præſentatio ad altare S. Petri in *Wallawe* 28 Aug. 123

1531 Commiſſorium officialis Præpoſiti Francof. 9 Mart. 477

Digitized by Google

An. 1550	Altare SS. Petri & Pauli in *Rüdesheim* incorporatur parochiæ 24 Febr.	268
1553	Variæ vicariæ eccleſiæ Francof. communibus præſentiis incorporantur 10 Jul.	643
1626	Mon. Marienthal donatur collegio S. j. *Mog.* 9 Mart.	279
Eod.	Sacellum in Bartholome traditur collegio S. j. Mog. 3. Aug.	283

Indices locorum, perſonarum & rerum dabimus ad finem commentationis ultimæ.